LYCURGUS GERMANORUM MORIBUS INFORMATUS: ODER: UNVERFÄNGLICHES...

Hermann Hoffmann

Am 23. Julij 1668. Vermög E. E. Raths
Geschaidt dem Authori verehrt worden.
4. Thaler:

LYCURGUS GERMANORUM MORIBUS INFORMATUS;

Oder:

Unverfängliches Judicium und Gutachten Uber Das einige

Gesetz-Buch und PROCESS-ORDNUNG/

So

Der Vortreffliche Italiener OCTAVIUS PISANI Zusamm getragen und allen andern Recht-und Gerichts-Büchern/ als allein vollständig vorgezogen/ weil dadurch Ohne Advocaten und Procuratorn, ohne Kosten und Beschwerung/ allen streitenden Partheyen in ihrer angebohrnen Muttersprach gut und schleunig Recht gedeyhen könne.

Distribuirt in gewisse Capita, auch mit Gott- und weltlichen Rechten/ Historischen und Philosophischen Gründen behauptet/ meistentheils approbirt/ das Wenigste aber enervirt,

Gefertiget von

D. Hermanno Hoffmann / Consiliario Brandenburgico.

Bayreuth / Gedruckt bey Johann Gebharden/ Im Jahr Christi 1668.

Vaticinium in hodierna Tempora conveniens reperitur.

Habacuc. c. 1. v. 4.

FActum est Judicium, sed contradictio potentior sustulit idem. Propter hoc lacerata est Lex & non pervenit ad finem judicium, quia impius prævalet adversus Justum. Propterea egreditur Judicium perversum.

Nam vivimus

IN ANNO SECULI

QUo videmus Bonos mergi, Malos erigi, reptare Aquilas, Asinos volare. Vulpes in curribus, Corvos in turribus, Lites in Judiciis, veritatem in convitiis, mendacium in delitiis.

INVICTISSIMÆ S. ROMANÆ MAJESTATIS PLENIPOTENTIARIO AUGUSTISSIMO,

UT ET

ELECTORUM, PRINCIPUM

ET STATUUM ROMANO-GERMANICI IMPERII AD COMITIA HODIERNA RATISPONENSIA LEGITIME ET SOLENNITER CONSTITUTIS LEGATIS ET DEPUTATIS SPLENDIDISSIMIS, PRÆCELLENTIBUS ET DIGNISSIMIS,

CELSISSIMO, ILLUSTRISSIMIS, GENEROSIS ANTIQUO ET GLORIOSO STEMMATE NATIS, STRENUIS ET NOBILISSIMIS, OMNIBUS ET SINGULIS,

Dominis meis Clementissimo & omni submissâ veneratione humiliter colendis,

D. D.

Celsissime, Illustrissimi, Generosi, antiquo & glorioso Stemmate nati, Strenui & Nobilissimi, Domini Clementissime & omni submissâ veneratione humiliter colendi.



Ntiquam Germaniam Terrarum in Europâ maximam (a) dulcissimam Patriam nostram (b) olim in Paganismo suo, cum nondum conversa fuerit ad fidem Christianam, Justitiâ tamen & jure gubernatam fuisse, non est quod dubitamus. Nullus enim fuit populus tàm barbarus in

toto

(a) *Aventin. in Annalib. Bojor. pag. 6. n. 40.*

(b) *Juxta illud Euripidis enunciatum:*

Homini profecto operta licet sit malis
Patriâ nutrice dulcius nihil cluet.

toto terrarum orbe , qui non esset JURIS consensu ad utilitatis communionem sociatus, (c) alias populi nomine Gens non digna foret, sed cœtus multitudinis non hominum sed beluarum dici præstaret. Per JUS autem non iniqua intelligo hominum constituta, quæ veram justitiam destruunt, sed comprehendere debet virtutem, quæ sua cuique tribuit, delinquentibus quoque pœnam secundum Platonem (d). Hinc Germanicam Gentem apud Romanos habuisse *summam* Justitiæ & bellicæ laudis *opinionem*, in seculo ante natum Christum testatur Cæsar (e) De Legibus Germanorum nihil ab Historicis certum reperitur, nisi quod apud eos plus valuerint BONI MORES quam alibi bonæ leges. Nam usi fuerunt MORIBUS INCORRUPTIS, ut patet ex Taciti testimonio per verba: *Germania olim non ridebat vitia* h.e. non risu sed coërcitione excipiebat delicta; *nec corrumpere vel corrumpi seculum vocabatur* (f) id est, nullis erratis, nequitiis & criminibus Germani olim, ut hodie proh dolor! fieri videmus, obtendebant: *Sic Seculum est, sic morum malitia invaluit*, ut si velimus non possimus aliter vivere, quia consuetudo alteram in nobis induxit naturam.

Dissimiles nos Majoribus nostris, vitia ridemus, nobisque blandimur & corrumpentes ac corrupti decipientes alios ac circumscribentes culpam in seculum rejicimus (g) Mirandum hoc justitiæ encomium de Germania martiali: cum alias parum fidei & pietatis penes martiales reperiatur: *juxta Lucanum.*

Nulla Fides pietasquè viris, qui castra sequuntur.

Nihilominus tamen hæc armifera Gens retulit â Romanis, hostibus olim

(c) *Per JUS Respublica est res populi, & Populus non est, nec dici meruit populus, qui consensu juris non est sociatus.* S. Augustin. in lib. 19. de Civit. Dei.

(d) *Quæ omnibus meritis etiam tribuit dignitatem & delictis pœnam. Inde justitia remuneratoria & punitoria.*

(e) De bello Gallic. lib. 6.

(f) Tacit de morib. German. c. 19.

(g) *Beatus Rhenanus castigat. in Tacitum d. loco.*

olim ſuis teſtimonium; Nullos mortalium non tantum armis, ſed quod maximum *Fide Germanis fuiſſe priores* (h) virtutem bellicoſam SENECA his verbis exprimit: Germanis quid eſt animoſius? quid ad incurſum acrius? quid armorum cupidius? quibus innaſcuntur & innutriuntur, quorum una illis cura eſt. (i) qui non tantum cum vicinis ſed & remotioribus populis bella geſſerunt. Trojano enim excidio in Phrygia interfuerunt: deinde cum maximis orbis Terrarum Monarchis cùm Græcis tùm Romanis decertarunt. Imo totam ASIAM ſibi tributariam fecerunt, ut neque Reges Orientis ſine mercenario eorum exercitu ulla bella geſſerint. Tantus terror Germanici nominis ſive armorum invicta felicitas fuit, ut aliter neque Majeſtatem ſuam tutam, neque amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Teutonicâ virtute arbitrarentur. (k) Sed quare hodie Germania ab omnibus vicinis impetitur? hoc facit diſcordia Germanorum Procerum. Si coirent Principes Germaniæ nec totus terrarum orbis, nec cunctæ conglobatæ Gentes imperium movere vel contundere poſſent (l) Nam & olim omnis Germanorum *vita in re militari & venationibus* conſiſtebat, utebantur tamen Venationib9 modicè ad victus neceſſitatē, non ad voluptatem. (m) poſſesſionem & uſum auri & argenti Germania parvi pendebat, nec ejusdem ſtudio & curâ adeò afficiebatur, ut venas metallorum ſcrutata fuerit (n) ut nos hodie, ſed proh dolor! viſcera terræ effodi ſolita iterum recluſa ſunt, ob impietatem noſtram & pecuniæ abuſum. Olim nec quisquam Germanorum certum agrorum dominium aut fines proprios habebat, ſed Principes ſ. Primores populi in annos ſingulos cuilibet Familiæ vel communioni, quantum terræ ad agriculturam, ipſis (Principibus) & quo loco? viſum fuit, attribuerunt; ratio erat, ne aſſiduâ conſuetudine capti, ſtudium belli ge-

 ren-

(h) *Tacit. lib. 13. Annal. c. 54.*
(i) *Sen. lib. de ira, quem locum Hottomannus enucleavit.*
(k) *Aventin. in Annalibus Bojor. lib. 1.*
(l) *Criſpinus in Orat. ad Cæſarem.*
(m) *J. Caſ. de bello Gall. lib. 6.*
(n) *Tacit. de morib. Germ. c. 5. & Curt. Pichen, in notis ibid.*

tendi agricultura commutarent, neve latos fines parare studeant, Potentioresque expellerent suis possessionibus, ut hodie fieri videmus, humiliores. Sic animi æquitate continebatur plebs, cum videbat, suas quisque opes cum potentissimis æquari. Accuratiora ædificia struere prohibebantur Germani, ne forsan inter eosdem oreretur cupiditas pecuniæ, ex quâ factiones & dissensiones plerumque nascuntur (o) In summâ, Gens erat nullis conviviorum illecebris corrupta, sine apparatu, sine blandimentis expellebant famen. Erant enim Germanis cibi simplices, agrestia poma, recens fera, lac concretum: ebrietati non indulserunt, quo vitio non minus quã armis vinci crediderũt (p) Ergo innocenter vixerunt Germani *juxta Philonis sententiam: INNOCENTISSIME AGERE EAS GENTES, QUARUM VICTUS EST SIMPLICISSIMUS.* * In connubiis & nuptiarum festivitate nullus erat luxus, & ducta uxor dotem non Marito, sed Maritus Uxori obtulit. Dotalia munera non ad delitias muliebres erant quæsita, sed bini boves & frenatus equus: his accedebat scutum cum frameâ gladioque. *Hoc erat maximum vinculum & hæc arcana conjugum sacra*, quibus ut incipientis matrimonii auspiciis admonebatur: ne Mulier extra virtutum cogitationes oberret, neve extra bellorum casus se constitutam reputet; venire enim debebat ad maritum, ut socia laborum & periculorum, in pace & bello, idem ausura & passura quod ipse Maritus: *CUM EO VIVENDUM ET PEREUNDUM*, quod ipsum *data arma*, quibus uxor contra hostem uti debebat, *denunciabant.* Sed pudicitiâ septa omnia peragere debebat, ne incideret in suspicionem, multò minùs crimen adulterii, cujus pœna præsens & Marito permissa erat. Adulteram enim accisis crinibus coram propinquis nudatam expullit domo, ac per omnem vicum verbere egit, nulla erat venia publicatæ vel prostitutæ semel pudicitiæ. (q) Judicia

(o) *Tacit. de Morib. Germ c. 11.*
(p) *Idem Tacit. de M. G. c. 23.*
(*) *Sic Spartanorum cibus fuit tenuis, & viri jure nigro vescebantur.* Nic. Crag. de Rep. Lacedæm. lib 3. c. 6.

JUDICIA quod attinet Germanorũ, illa constituta fuerunt in conciliis, in quibus Germania olim eligebat Principes, qui vitâ excellebant, & hi tamen de minoribus tantum rebus, omnes verò conjunctim de majoribus consultabant causis, nam secundum *Appianum* tàm in Comitiis quàm Judiciis vicit pars major, & quod pluribus visum fuit id valuisse sentit *Dionysius Halicarnass.* certis convenientes diebus, quibus inchoabatur Luna vel implebatur, quod tempus auspicatissimum crediderunt (r) in religione Flaminem suum, id est, Sacerdotem non minus quam Regem venerabantur. Sed ubi hodie illa reverentia erga Clerum remansit? (s) Jn pace nullus Magistratus, sed ut audivimus Principes delecti Regionum atque pagorum inter suos jus dicebant, & controversias sine mora minuebant (t) quando verò non constabat de veritate, mos erat, *MANU litem discernere,* & cum perjuria crebrò committebantur, jurejurando fuit substituta *MONOMACHIA* (v) Hæc pauca sufficiant de Germanis Paganis, eorundemque moribus antiquis. His ut Ethnicis, qui antea *Solem, Vulcanum & Lunam* adorarunt, & si credimus *Tacito,* præter hos quoque *Mercurium, Herculem & Martem,* ut Deos, coluerunt (vv) circa finem Seculi VII. Episcopi KILIANUS, WIGBERTUS, WILIBALDUS, SUIDBERTUS & WILLIBRODUS Christianam Religionem instillare cœperunt conatu non prorsus irrito. (x) Tandem Carolus Magnus I. Germanorum Jmperator Westphalos

(q) *Tacit. de Morib. Germ. c. 18. & 19.*
(r) *Id. Tacit. de M. G. c. 11. & Jul. Cæs. de bell. Gall. lib. 6. ubi mores Germanorum late descripsit.*
(s) *Vid. tract. c. 41. n. 27. & 28.*
(t) *Cæs. de bell. Gall. lib. 6.*
(u) *Hen. Bangertus in notis Helmoldi Chron. Sclav. c. 24. lib. 2. sub voce duellum p. 277.*
(vv) *Tacitus de M. G. c. 9.*
(x) *Bed. lib. 5. Sigebertus Gemblacens. in Chron. Frising.*

phalos & Saxones quoque *CHRISTI JUGO* submisit, qui Christianam quidem Religionem amplexi fuerũt relicto Idolorum cultu (y) sed aliquoties excusserunt *jugum*, sæpius non advertentes jusjurandum. Jdeò ut metu pœnæ rebellionem compesceret, *occultos* instituit *JUDICES*, quibus potestatem dedit, ut quamprimùm dejerasse aliquem comperissent, mox illum comprehensum nullâ citatione prævià aut defensione præmissâ ultimo afficerent supplicio (z) *Hic Imper. CAROLUS MAGNUS nunquam satis laudatus*, Germaniam jam armis decoratam legibus quoque armavit, & introduci adse litigatores, justaquè sua exponere jussit, atque ubi attentè eos audivit, litem, si potuit, amico & placido arbitrio composuit, sin minus, ex æquo & bono pronunciavit. (A) Sed quia multitudo litium Imperatorem potuisset obruere, ad Jethronis remedium refugit & in qualibet Provincia Præsides & Judicia constituit. (B)

Tandem seculo, â salute reparatâ, decimo, Jmperator Otto Magnus magno conamine sæpius deficientes Saxones Christo adducere cœpit, (Aa) ô miserrima Gens, cum jam tot seculis clarissima Evangelii lux Europam fere totam illustrasset, ipsa adhuc, plusquam cimmeriis involuta tenebris, Dæmones cœco impetu venerabatur, contemto, imo contumaciter repulso æterno salutis nuncio. O inscrutabilia Dei judicia! (Bb) fallò itaque astruere conatus est CLUVERIUS, quod Germani tempore Manni, quem Berosus secundum Germanorum Regem fuisse, & circa annum M. 1065. regnasse probat, unum verum Deum in tribus personis

Patris

(y) *Helmolt. in Chron. Sclav. adde notas Bangerti ad lib. 1. c. 11.*
(z) *Vid. in tract. c. 1. n. 7. & Æneam Picolomineum Senesem Cardinalem de Europa statu* sub Friderico III. c. 29.
(A) *Antimach. lib. 3. theorem. 35. ex Annalibus Anniorum 809. usque ad 814.*
(B) *Exod. c. 18. v. 14.*
(Aa) Helmold. in Chron. Sclav. lib. 1. c. 11.
(Bb) Bangertus in notis ad Helmold. Chron. Sclav, lib. 1. c. 11.

Patris, Filii & Spiritus S. agnoverint (Cc) Quod si hoc verum fuisset, utique tantis & tam diurnis laboribus à Seculo VII. usque ad X. Episcopi in convertendis Germanis non desudassent. Sed ut in viam redeamus, cum nobis sit res cum Lycurgo, aliquid de statu Regiminis annectendum erit. Hic Lycurgus cum Anno M.3024 in Lacedæmone Leges suas tulisset, paulo post inter alios Magistratus constituit V. Ephoros, electos ex tenuioris fortunæ hominibus, quibus cura Reip. & inspectio fuit demandata. (*) Hi Regibus suis non assurgebant, sed potestati Regiæ erant oppositi, quemadmodum Romæ Consulari Imperio Tribuni plebis fuerunt objecti, (Dd) & instar freni potentiam Regum inhibebant luxuriantem. (Ee) utebantur in quovis Magistratus potestate abrogandi, carceribus constringendi, vel in judicium de vitâ vocandi TESTE XENOPHONTE. Sedebant in thronis sive sellis Ephoricis, & habebant ærarium in potestate, bellum sciscebant, pacem rogabant, fœdus inibāt, præmiis & pœnis dignos afficiebant, & TESTE PAUSANIA omnia administrabant, in quibus aliquod momentum erat situm (Ff) Alia & melior est facies Regiminis Romano Germanici Imperii, in quo non inferioris sortis sed summæ ejusdemque Regiæ dignitatis (Gg) Electores olim VII. viri, tempore Ottonis Tertii Imp. circa annum 996. (Hh) Hodie VIII. viri Anno 1648. constituti reperiuntur (Ii) Sacram Romanam Majestatem Jmperatoriam, quæ, licet

(Cc) Arnold. Montan. in notis ad Cæs. de bell. Gall. lib. 6. ad verba: *Solem, Vulcanum & Lunam.*

(*) *Alii Theopompum Proclidem constituisse Ephoros tradunt.*

(Dd) Val. Max. libr. dictor. & factor. memorabilium.

(Ee) *Plato* de legib. lib. 3.

(Ff) Nicol. Cragius de Rep. Lacedæmon. lib. 2. c. 4.

(Gg) Vide decretum Cæsareum 27 Jul. Anno 1590. publicatum. *Nam Electorum dignitas est summa, & Regibus æquiparatur Eorum Autoritas.* Limn. lib. 3. c. 2. n. 3. *imo anteferuntur Regibus si qui adessent in Comitiis.* Goldast. in Rationalib. fol. 99.

(Hh) Kranz de Sax. lib. 4. c. 25. *quam Constitutionem Otto IV. Anno 1208. repetivit ut apud Goldastum videre licet.*

(Ii) *Per* Instrumentum Pacis Monaster. Cæs. Gall. §. quod ad domum Palatinam 12. *Sed cum conditione, quâ forsan Linea Gulielmiana defecerit, ut Octavus Electoratus sit expungendus.* §. 16. d. Instr.

licet Capitulatione sit vinculata, submisse tamen venerantur ut Summi Officiales & Vasalli Imperatoris & Imperii. (Kk) Tandem cum Ephoris, teste Socrate, indictâ causa tot occidere licitum erat, quot libitum fuit, Ephoria in Tyrannidem mutata ruinam Reip. Spartanæ attulit. (*) Econtra *IMPERATORE* & Electoribus Germanis, ceterisque Proceribus Imperii justitiam sectantibus stabit *MONARCHIA ROMANO-GERMANICA* usq; ad consummationem Mundi hujus immundi *tandem conflagrandi.* (Ll) Optandum saltem hoc esset, sicut apud Lacedæmones fuerunt Νομοφύλακες id est, custodes bonarum legum, hos quoque inveniri posse in Germania. Horum officium erat olim eos, qui legibus non parebant, pœnâ mulctare. Legum enim curam ita gerebant, ut nec eas aboleri, mutari & auferri à quopiam sinerent, (Mm) nec hoc absque ratione, quia leges debent constare diuturnitate & observatione interruptâ. Hinc memorabile, quod legitur de Charanda Neapolitano, qui in Urbe Thurino tulit legem: Neminem debere gladio intrare curiam: Ipse inscius, cum peregrè profectus esset, intravit, monitus seipsum necavit ad impletionem legis. Et Zaleucus Locrensium Dux, qui legem tulit punitoriam, in adulterum luminibus orbandum, filium de adulterio convictum uno, se verò altero privavit oculo, ne scilicet lex periret, executione cessante.

Germania nostra bonis utitur legibus & statutis, sed deficiunt Νομοφύλακες, qui civium facta quæque notant & ad legum normam revocant, quive in executionem trahunt delinquentes in leges, quæ subinde non sine gravissimo Reip. damno mutationem vel abolitionem

nem

(Kk) Gail 1. obs. 30. Besold. 1. pol. 4. n. ult.

(*) *Cessit enim cum totâ Græcia Turcorum Imperatori Mahumeti. 2 & hodie vico quam urbi similior, dicitur Mizithra.*

(Ll) Dan. c. 2. v. 33. 43. c. 23. v. 23. *manebit adhuc & durabit ad finem Mundi ἀξίωμα & Majestas Sacri Rom. Imperii, quod penes Germanos est, præ cæteris Regnis omnib. Sed redigi tamen potest Imperium ob injustitiam ad eremum.* Sapient. 5. v. ult. *antequam conflagraverit Mundus.* 2. Pet. 3. v. 7.

(Mm) Pausan. lib. 3.

nem patiuntur (Nn) Melius sane agitur de Republicâ, quæ *Malis moribus* constanter utitur, quàm *quæ bonis sed inconstanter:* (Oo) Status enim Reip: certus firmusque esse nequit, quem mores variati quotidiè depravant. Sed quid dico: *In Germaniâ more Romanorum vivimus, nam ut TEMPORUM, sic MORUM vices apud nos vertuntur* (Pp) Lycurgum in hoc reprehenderunt Lacedæmones, quod nullis legibus represserit morum perversitatem in fœminis, quod tamen antiqui Germani, ut audivimus, non omiserunt. Proinde aliis Magistratibus supperaddebant *HARMOSYNOS*, eos scilicet officiales, qui fuerunt morum concinnatores & censores. Hi in Mulierum præcipuè vitam & mores inquirebant. Hi choris, ludis & gymnasiis muliebribus præfuerunt, ut omnia decorè fierent. (Qq) Horum quoque censorum Germania hodierna eget, nam multa videmus mala ex luxu muliebri & imperiosâ seductione virorum pullulare. Nec desunt quoque adulteria & scortationes, delicta omnino non, vel leniter punita, (Rr) quæ delicta Horatius (Ss) *fæcunda culpæ indigitat secula,* sed cladem totius populi provehentia: & cum nullam partem corporis nudam ostendere conveniat fœminis, ne videlicet mares, in eas oculos conijcientes, illiciti, amoris flammas conciperent; *Nostræ* tamen nudant brachia, & in pectore mamillas: parum deficit, ne quoque Lacænas Virgines imitentur, quæ olim sat impudicè & femora nudabant. (*) *Tandem* quod attinet nostrum Processum Judicialem, qui in Germania hactenus, moribus sat cor-

)( )(rup-

(Nn) Vid. d. infr. c. 17. n. 33. 34. c. 19. n. 7. 8. c. 20. n. 22. c. 36. n. 12. c. 39. n. 9 c. 40. n. 4. 10. 16. 23. 24. & alibi passim.

(Oo) Vasquius in Illustr. controvers.

(Pp) Tacit. lib. 3. Annal. c. 55.

(Qq) Nicol. Cragius de Rep. Lacedæm. lib. 2. c. 7.

(Rr) Vid. in tract. c. 55. n. 6. c. 54. per tot. & in specie n. 16. 17. 18.

(Ss) Horatii vera & seria vox lib. 3. od. 5.

Fæcunda culpæ secula, nuptias
Primum inquinavêre & genus & domos
Hoc fonte derivata clades
In Patriam populumque fluxit.

(*) N. Crag. de Repub. Lac. lib. 3. c. 9.

ruptis invaluit, abhorret iste à primævo Alemannorum instituto, quod refert Rodericus Zamoren, Hispanus (Tt) & ab initio partus sui suffocare profuisset tale monstrum ingens informe horrendum processuale, toti Germaniæ exitiabile, omnibusque piis dirum & lamentabile. Contra quam Beluam insurrexit Anno 1618. celeberrimus JCtus Octavius Pisani in suo *LYCURGO ITALICO*, & ipsam obtruncatam cupit rationibus sanè non contemnendis, quas examinare mihi proposui, hoc ipso tractatu, quem Vestræ Celsitud. Illustriss. & Geneross. Excellentiæ & Dominationum *CENSURÆ* humillimè submitto, vestrum patrocinium pro me & omnibus justitiam infucatam quærentibus, proque viduis & orphanis, omnibusque miseris personis, tot millibus imò myriadibus innocentium subditorum jura protracta deplorantium deverè implorans. Confiteor multa tetigisse, quæ videntur correctionem sapere. Sed non puto me commisisse injuriam in omnibus quæ admonitionis & doctrinæ causâ protuli. (Vv) Nemo enim culpari debet, qui sine nomine contra vitia seculi scribit, (Ww) multò minus generales vitiorum reprehensiones præmonenti cuidam, possunt esse nocivæ, quas licitas esse omni jure, latè defendunt Dd. (Xx) nec alter in genere & ἀπροσώπως dicta quasi in se directa essent, sine præjudicio ad se rapere potest, nisi sibi mali conscius. Eâ fiduciâ nixus liberius taxavi taxanda. Vivimus enim omnes in libero regno eodemque Romano, in quo juxta Jmperat. *TIBERII* sententiam, & linguam & mentem liberas nos habere oportet. Grande siquidem momentum deprehenditur in nomine *Urbis ROMANÆ*, (Yy) quæ *ROMA* communis nostra est patria (Zz) & nos & quilibet ex nobis sumus in orbe Romano ex Constitutione Jmp. Antonini cives effecti Romani (Aaa) Ut pro

viribus

(Tt) Vid. in tract. c. 4. n. 3.

(Vv) Azor. tom. 3. Moralium lib. 13. c. 5 p. 1136.

(Ww) HIERONYM. contra Ruffinum: nam *qui irascitur sui metipsius erit accusator.*

(Xx) *Vid. Rittershus. in Comment. ad Salvianum p. 124.*

(Yy) Tacit. lib. 1. Histor. c. 76.

(Zz) L. Roma 33. ff. ad municipal. & de incol.

(Aaa) l. 17. ff. de stat. hom.

viribus consulamus communioni, quia semper secundum Ciceronem, ille officiô fungitur, qui hominum consulit utilitati. Jam vero *UTILITAS* vel summa esse potest Reip. *abbreviare lites* (Bbb) quæ litium protelationes & multiplicationes tam familiares sunt in Curiis Germaniæ quam obsonium in prandio. (Ccc.)

Ergo Patres Patriæ Celsissimi & Jllustrissimi Vobis, mihi non licet remedia indagare, quibus Processus in immensam latitudinem diffusus, iterum in gyrum reduci & angustioribus limitibus coarctari possit. Multum conduxit sanctissima Recessus Jmp. Ratisp. de Anno 1654. de litibus abbreviandis Sanctio, quæ, si durantibus Comitiis in locis competentibus arctiori supplemento aucta in perpetuam deinde observantiam deduceretur, satis valida erit, & litigaturientium malitiam compescere, & Judiciales adeò tædiosas tollere moras. Si *VISITATIO CAMERÆ* & expeditio causarum in Revisorio Judicio ante annos 14. decreta non diutius retardetur; Si *NUMERUS ASSESSORUM Cam. Imp.* semel determinatus compleatur: *Si Salaria semel constituta* realiter suppeditentur, quam elargitionem divinâ benedictione DEUS JUSTISSIMUS ob nominis sui gloriam centuplicatò remunerabitur: Si conceptus ordinationis Cam. Jmp. ante 50. annos Jmp. *MATTHIÆ* humillimè oblatus, præviâ Revisione accuratâ emendetur: Si obstacula *executionem* remorantia removeantur, tunc demum inferiora quælibet Judicia caperent sequelæ exemplum pro justitiâ maturandâ. Si *Politia universalis* non modò reformetur, sed reformata pœnis contra obviantes stabiliatur, (Ddd) & stabilita in contravenientes absque prosopolepsiâ executione punitoriâ armetur, (Ece) Et mulctæ exinde proveni-

(Bbb) *Frid. Prückm. cons. 58. n. 92. l. properandum 13 pr. C. de Judiciis.*

(Ccc) *Joh. Köppen quæst. quæst. 56. in pr.*

(Ddd) *Inter Leges illa dicitur imperfecta, in quâ nulla deviantib. pœna sancitur.* Macrob. circa finem eorum quæ scripsit ad somniũ Scipionis.

(Ece) *Quantum est jus in Civitate esse? Vel quid prodest Leges in Regno latas? Nisi sint qui jura regere possint? hoc est, qui regimine suo executivo possunt contravenientes punire?* L. 2. §. post. 13. ff. de origin. jur. Aristot. lib. 5. Politic. Es muß beym heilsamen Gesetz eine strenge Handhab seyn. *Exigantur Mulcta à Fisci Advocatis & procuratoribus non uno alterove sed plurib. & inferantur Fisco Imperii, ad dotandum camerale judicium Spirense*

entes deponantur, ut tandem fiat capitalis summa, quâ dotari possit *CAMERA IMPERIALIS*, (Fff) quia prohdolor! 6. 16. Junii Anno 1643. suppeditata DNN. Cameralium consilia pro inveniendis remediis ad Camerale Judicium sustentandum hactenus non voluerunt attendi: Si denique in passibus proficuis Lycurgo Jtalico secundum nostrum Octavium Pisani morem geramus, futurum erit, ut tandem Justitia ex solitudine, in quam abacta hactenus resedit, reduceretur in Germaniam. Eam justitiam ita reductam insequeretur PAX & *CONCORDIA* & *SECURITAS*. *Opus enim justitiæ est Pax, & cultus justitiæ est quies*: & sederet *POPULUS GERMANUS* in pulchritudine PACIS & in requie opulentâ quam Deus dare promisit (Ggg) modo ita reducatur Justitia. Et TU ô DEUS *misericors, mitte Invictissimo nostro Imperatori & Sacro Imperio auxilium de Sancto & de SION: tuere Germaniam & omne consilium Procerum, ad hæc Comitia ablegatorum, confirma. Redime populum ab Injustitia. Pone TIBI nomen mirabile. Fac Germanis Magnalia & horribilia super terram â facie populi tui, quem redemisti â tot hostibus. Per Justitiam magnificetur nomen tuum usque in sempiternum, atque dicatur Dominus Deus exercituum, Deus super GERMANIA, ut olim super ISRAEL*, (Hhh) & *Domus AUSTRIACA stabilita sit coram* DOMINO & *Tu DOMINE, dies super dies adjice Imperatori nostro & annos ejus usque in diem generationis & generationum: sit quoque REGNUM ROMANO-GERMANICUM, in omnibus Statibus* ELECTORUM ET *PRINCIPUM, Comitum & Baronum*, Liberarumque civitatum CONCORDIA stabilitum usque in æternum ante faciem tuam, & thronus ejus sit firmus jugiter & benedictione tuâ benedicatur domus servorum tuorum in sempiternum Amen in JESU nomine Amen.

(Fff) ne sc. Camera habeat nomen sine omine, significatum sine re. Cam. n. dicitur ærarium, in quod thesaurus recolligitur *c. 1. §. si quis vero F. de pac. tenend.*

(Ggg) *Esai. c. 32. v. 17. & 18.* (Hhh) *2. Reg. 7. Psal. 60.*

Dabantur Baruthi die 4. Julii quo ante 25. annum honorib. & Privilegiis Doctoralib. insignitus fui Anno 1668.

Celsitudinis *Illustr. ac Gener.* Excellent.
& *Dominationum Vestr.*

Humillimus minister & officiosissimus
Cliens

Hermannus Hoffmann / J. U. D.
Consiliar. olim. Saxo-Leoburg. hodie Brandeb.

Vorrede

An den gönstigen Leser.

NAchdem Ich mein Sciagraphiam Judiciarii Processus bey vergangener Fasten-Zeit vorigen Jahrs gefertiget/ ist mir unter handen kommen des vortrefflichen berühmten OCTAVII PISANI Italienischer Lycurgus verteutschet und zum andern mahl 1666. zu Sultzbach gedrucket/woraus Ich ersehen/was für GESEZ und ORDNUNG/ wohlbesagter Pisani vorgeschrieben / damit ohne Kosten und Beschwerung der Partheyen/auch ohne Advocaten und Procuratorn, nicht in Lateinischer sondern eines jeden Lands angebohrner Sprach/ ohne Juristen-Bücher auf eine leichte Weis/ welche allen Menschen gemein und kündlich ist/ schleunig Recht und Gerechtigkeit verfüget werden könne/ worüber Ich mich höchlich verwundert / und weil dieses Buch zu meinem Intent zielet/und schon bey funffzig Jahren als 1618. zu Antwerpen sub censurâ Ecclesiasticâ approbirt/ und gleichwohl biß dato in Teutschland dessen Gebrauch nicht recipirt/ noch meines Wissens improbirt worden / hab Ich den Sachen nachgedacht / was doch eigentlich die Verhinderung dessen seyn möchte / und derowegen nicht unterlassen / dieses Buch / wie es ohne dem ruhmwürdig / weiter zu recommendiren, und zugleich dabey anzufügen / wie man sich in Teutschland / wo nicht in allen / dennoch in vielen Stücken dessen theilhafftig zu machen / auch wie dieser Lycurgus moribus Germanorum zu informiren / daß demselben desto

mehr Folg geleistet werden möchte / und weiln wohlbesagter Octavius Pisani, aus recht-Christlichem Eyfer/ den langwirigen überaus-kostbaren Verzug der heutigen Rechts-Procefs, als ein Verderben und Ruin gantzer Länder und Königreich aufs eusserst detestirt, so ist Er mit mir darinn allerdings einig / daß die Procefs abgekürzet / und denen streitenden Partheyen ohne Weitläufftigkeit und grosse Geld-Verspildung zu ihrem Rechten verholffen werde. Ob aber der vorgeschriebene Modus und die von Ihm colligirte Gesetz- und Ordnung allerdings zulanglich / daß deßwegen alle andere Gerichts- und Rechts-Bücher / wie auch Advocaten und Procuratorn abzuschaffen / davon wie auch sonst von andern beyhero mit unterlauffenden Materien soll in diesem Tractätlein / so viel GOTT Gnad und Seegen geben wird / der Discurs formirt werden.

Der Christliche und Günstige Leser woll es mit Bedacht lesen / meine Errores im Besten vermercken / und zu Beförderung des gemeinen Bestens sein reiffes und bessers Gutachten ferner weit erstatten / das wird mich erfreuen / wann Ich bey diesem schweren Negotio secundirt worden / und GOTT / der gerechte Richter wird es einem ieden vergelten / nachdem Er viel oder Wenig zur Gerechtigkeit geholffen.

Alia

Alia Præfatio ad Lectorem,

Cui juncta est
Seria, pro colenda Justitiâ exhortatio
ad Germanos.

I. Nter Ethnicos Legislatores neminem facilè reperies Justiorem LYCURGO. Hic fuit Spartanus, de quo rubrica nostri tractatus inscribitur, qui ex Consilio & authoritate Apollinis gravissimæ Lacedæmoniorum Civitati primus tulit LEGES. *Valer. Maxim. lib. 1. c. 2. n. 3.* Et quidem severissimas, quibus tamen obtemperavit Civitas Spartana. *d. Maxim. lib. 2. c. 6. n. 1.* Cujus Legislatoris fit mentio in JURE Canonico *c. Moyses 1. distinct. 7.* Ut Vobis Germanis inter plurima pauca adducam præcepta.

II. Illud laudabile fuit, quo damnavit lautitiam, immodicos sumptus & luxuriæ incitamenta, prohibuitque homines ad laborem & patientiam natos, ne tenacissimos Patriæ nervos externarum deliciarum contagione solvant. Ideò civitate expulit hospitem Milesium, cùm aliis divitiis affluentem, tùm in vestitu sumptuosiorem, ne corrumperet Cives.

III. Memorabiles leguntur versus, quos nonnulli LYCURGO adscribunt:

Iratus ad pœnam Deus si quos trahit,
Auferre mentem talibus solet

 Calli-

mehr Folg geleistet werden möchte / und weiln wohlbesagter Octavius Pisani, aus recht-Christlichem Eyfer/den langwirigen überaus-kostbaren Verzug der heutigen Rechts-Procefs,als ein Verderben und Ruin gantzer Länder und Königreich aufs eusserst detestirt, so ist Er mit mir darinn allerdings einig / daß die Procefs abgekürtzet / und denen streitenden Partheyen ohne Weitläuffigkeit und grosse Geld-Verspildung zu ihrem Rechten verholffen werde. Ob aber der vorgeschriebene Modus und die von Ihm colligirte Gesetz-und Ordnung allerdings zulanglich/ daß deßwegen alle andere Gerichts-und Rechts-Bücher/wie auch Advocaten und Procuratorn abzuschaffen/ davon wie auch sonst von andern beyhero mit unterlauffenden Materien soll in diesem Tractätlein/ so viel GOTT Gnad und Seegen geben wird/ der Discurs formirt werden.

Der Christliche und Günstige Leser woll es mit Bedacht lesen / meine Errores im Besten vermercken/ und zu Beförderung des gemeinen Bestens sein reiffes und bessers Gutachten ferner weit erstatten/ das wird mich erfreuen/ wann Ich bey diesem schweren Negotio secundirt worden/und GOTT/ der gerechte Richter wird es einem jeden vergelten / nachdem Er viel oder Wenig zur Gerechtigkeit geholffen.

Alia

Alia Præfatio ad Lectorem,

Cui juncta est
Seria, pro colenda Justitiâ exhortatio
ad Germanos.

I. 
Nter Ethnicos Legislatores neminem facilè reperies Justiorem LYCURGO. Hic fuit Spartanus, de quo rubrica nostri tractatus inscribitur, qui ex Consilio & authoritate Apollinis gravissimæ Lacedæmoniorum Civitati primus tulit LEGES. *Valer. Maxim. lib. 1. c. 2. n. 3.* Et quidem severissimas, quibus tamen obtemperavit Civitas Spartana. *d. Maxim. lib. 2. c. 6. n. 1.* Cujus Legislatoris fit mentio in JURE Canonico *c. Moyses 1. distinct. 7.* Ut Vobis Germanis inter plurima pauca adducam præcepta.

II. Illud laudabile fuit, quo damnavit lautitiam, immodicos sumptus & luxuriæ incitamenta, prohibuitque homines ad laborem & patientiam natos, ne tenacissimos Patriæ nervos externarum deliciarum contagione solvant. Ideò civitate expulit hospitem Milesium, cùm aliis divitiis affluentem, tùm in vestitu sumptuosiorem, ne corrumperet Cives.

III. Memorabiles leguntur versus, quos nonnulli LYCURGO adscribunt:

Iratus ad pœnam Deus si quos trahit,
Auferre mentem talibus solet

Caliginemque offundit, ut ruant suas
Furenter in clades, sibi quas Noxii
Accersserunt ultrò consiliis malis.

IV. In bello Lycurgus tutius esse judicavit, sequi rationem quæ frigida est & moderata, quàm iram ardentem & temerariam, quæ profligationum & cladium causa esse solet. Utinam frigidiores essent Germani, & tanta bella non excitarentur.

V. Tulit legem bellicam, quæ præcipiebat pugnaturis contra hostes, aut redire relato clypeo, aut contra hostem stando super clypeum occumbere, quam legem servare & fortitudo Germanica postulat.

VI. Cum agri tenerentur à divitibus solis, conditâ Lege, Lycurgus eos partitus est inter Cives æqualiter, ut pauperes æquâ sorte de iisdem participarent. Removit usum monetæ aureæ & argenteæ, & introduxit ferream.

VII. Ad ædificandas ædes nullum aliud instrumentum voluit adhiberi, quàm securim ac serram. His legibus conciliavit sibi odium & invidiam divitum, quam declinaturus, cum aufugeret ad templum quasi ad Asylum, ipsi ab Alcandro oculus inter respiciendum exculpitur.

VIII. Tandem spontaneum elegit exilium civibus prius, obstrictis Juramento, ne quid in legibus suis mutarent, usque ad suum reditum, quem ideò ad mortis eventum prolongavit, ut inviolabiliter perpetueretur legum Sanctio.

IX. Non tamen dixeris omnia & singula Lycurgi Præcepta rationem honestatis habuisse. Non dicam de Lege in cælibes sancitâ, quod qui in orbitate & solitudine viverent, eâ deberent affici ignominiâ, ut non tantùm à ludis arcerentur, sed & per hyemen forum nudi circumire cogerentur.

X. Sed inprimis mihi displicet impudicum institutum de vestitu & exercitiis puellarum, cum adolescentibus, quo mulieres non solùm Juvenes, sed etiam anus, in Gymnasiis nudas cum

viris

viris luctari, adolescentulas nudas cursu & equis certare, & in solemnitatibus eas quoque nudas cum nudis Juvenibus tripudiare concessit.

XI. Quod institutum PLATO secutus suis etiam recommendavit, sed ab Eusebio aliisque Ecclesiasticis Scriptoribus graviter, ut meruit, reprehenditur. Imò Ignatius eum ideò compellat Sathanam & Spiritum fornicationis. Nam licet quis esset consummatus inter filios hominum: Si tamen ab illo abfuerit Sapientia Divina, quæ ab irreverentiâ oculorum, impudica membra respicientium, cavere præcipit. *Ecclesiast. cap. 26. v. 16.* In nihilum computabitur. *Sapient. cap. 9. v. 6.*

XII. Hoc autem inprimis in LYCURGO memoratu dignum, nihil unquam in alios statuisse, quod ipse non servaverit.

XIII. Hinc ARISTOTELES Regni Legitimi Speciem fecit Regnum Spartanum. Nam hic Rex extra bellum haut paulo majorem habebat potestatem, quàm privatus, ut testatur *Xenophon. de Rep. Spart.* Constat enim non fuisse Legibus solutum, nec potuisse uti ulla extraordinariâ potestate.

XIV. Multum enim conducit, Regem anteire populum virtutibus & legum custodiâ. Nam

Regis ad exemplum totus componitur Orbis.

XV. Hinc DD. Severi & Antonini Imperatorum gloriosa vox fuit: Licet Legibus soluti simus, Legibus tamen vivimus. *Cujus mentio fit in § Eâdem 7. Institut. quib. mod. testam. infirm.*

XVI. Ut ad rem redeam, LYCURGUS quoque concepit Leges terminandi lites absque lite. Quas Leges ROGERIUS, REX Neapolitanus, ad praxin deduxit.

XVII. Hunc LYCURGUM, ut celeberrimum Legislatorem, noster Author OCTAVIUS PISANI in suo proposito secutus, consimiles Leges de abbreviandis litibus conscripsit, & Lycurgum, ad

Italicos

Italicos mores reformatum, Romanis pro Conſcientia recommendavit. Leges præſcribendo, per & juxta quas fieri & adminiſtrari posſit, vera, prompta & expedita JUSTITIA ſine expenſis & moleſtiis litigantium. Sine Advocatis, Procuratoribus, Conſiliariis ſententiis & interlocutoriis. Sine Latinitatis uſu, *quem aliàs magni precii æſtimamus.* Nam *ſine lingua latina Negotia rerum Civilium in cauſis proceſſualibus parum feliciter expediri poſſunt.* Imò Juſtitia posſit adminiſtrari ſine aliis libris. Cum unus iſte tractatus ſit inſtar omnium librorum & pro omnibus aliis ſolus ſufficiat. Posſit adminiſtrari Juſtitia modo perfacili & omnibus communi, ut fiat juſtum & æquum, in Juſtitia verisſima & expeditisſima, quantum in hoc mundo fieri poteſt. Licet contra injuſtos Judices, falſos & corruptos teſtes, contraque vim & violentiam neque Juſtitia detur, neque remedium Salutis ullum inveniatur.

XVIII. Confiteor ſincèrè, multis modis me delectaſſe hunc librum, quò protelationes Proceſſuum, multitudinem litium, Litigantium protervìam, iniqua Cauſarum patrocinia, Convitia Advocatorum eorundemque diſputationes inanes, Procuratorum calumnioſa ſubterfugia Judicum ſordes, Aſſeſſorum corruptiones, Profeſſorum errores, Practicorum cautelas ſæpè ridiculas, Legum ænigmata, Statutorum varietatem & Juris ſive Pontifici, ſive Cæſarei perplexitatem, tàm apertè quàm graphicè omnibus ſuis coloribus depingit.

XIX. Multus & præclarus labor noſtrum Authorem occupavit, dum hunc librum tàm eruditè collegit. An verò ipſius mens ſeria fuerit abolere ſimul omnes & ſingulos Juriſperitos, Legiſtas, Doctores, Advocatos, Procuratores, Præſides, Conſiliarios & Aſſeſſores, in eorundemque locum inducere homines illiteratos, ſimplices, Juris neſcios, de hoc valdè dubito. Cum ipſe fuerit Juris Doctor & profesſionem fecerit de Jure interpretando.

XX.


XX. Unico dicam verbo: Voluit deteſtabilem aboleri abuſum, retineri tamen uſum legitimum; reſpexit tentatus conſcientiâ ad iniquam, vel diutius quàm par eſt, protractam juſtitiæ adminiſtrationem, ejusque culpam ſalutari, quod vel terrarum Orbi univerſo pateſcat, remedio avertere maluit. Vivat ejusdem anima in gloria perenni & æviterna Salus ipſam concomitetur, & omnis populus, qui peroptat celerem & non fucatam juſtitiam, dicat Amen.

XXI. Ejusdem celeberrimi Authoris ductum ſecutus, omnia in hoc libro elegantisſimo contenta, diſtribui certa in capita, non ut reprehenderem ordinem quaſi inverſum, vel res de unâ eademque materia ſæpius repetitas. Stylus Italicæ linguæ & generoſus docendi genius, hanc ſeriem & frequentatam inculcationem poſtulavit, quam improbare mihi nefas eſſet. Ad captum tamen Germanorum reſpiciens, multa contraxi, & quæ germanico Idiomati parum congrua videbantur, vero rerum ſenſu retento, mutatis paululum verbis quodammodò explicatius, ſi non expresſi, exprimere tamen tentavi.

XXII. Deinde per exegeſin unum quodvis Caput præmiſſum, examinavi, approbavi, corroboravi, denique Judicium meum ſubnexi, & in quo Germanorum mores aliud & diverſum ſuaſerunt, discrepantiam ſine æmulatione notavi.

XXIII. DEUS ter optimus maximus Opuſculo huic benedicat, ut in Juſtitiæ Gloriam & proximi emolumentum vergat, ſitque Cynoſura Judiciorum in abbreviandis litibus, ne Germania tandem ob litium multitudinem indeciſam audiat, quod olim Reſpublica Iſraelitica audivit,

XXIV. *Quia Justitiam in terra relinquitis, Domus Vestra comburetur, & eam devorabit Ignis, quem nemo extinguere poterit.* Quærite Germani Dominum & vivetis. *Amos. c. 5. v. 6. & 7.* Non autem quærere melius potestis Deum, quàm in Justitiâ non segnius administrandâ. Nam Justitia in decennium vel vicennium, imò ultra longissimum, non dicam immemoriale tempus, protracta, non est Justitia, sed secundum verba prædicti Prophetæ, erit judicium in absynthium conversum. Ratio quia tunc sæpiùs majores fiunt litium expensæ & damni perpessi prætensiones, quàm fructus sententiæ. Cavete ergò Vobis, Judices, Advocati & Procuratores, qui partes litigantes cibatis absinthio, ne non Deus Vosmet ipsos vel jure talionis nutriat absynthio, & poculum fellis amaritudine plenum infundat. *Jer. 9. v. 15.* Vivite felices Germani, & mala omina absint, ast colite melius Justitiam & eandem maturius administrate & Vivetis.



Brevis

Brevis Enarratio Capitum, quæ in hoc libello continentur.

I. Handelt Octavius Pisani de Juris & Legum Constitutione, deque personis constituentibus judicium, nemlich vom Rechts-Gesetzen und Gerichts-Büchern/ auch den jenigen Personen/ so eigentlich die Gerichts-Händel treiben sollen/ob JCti, Doctores, Advocati, Procuratores, Notarii von nöthen/oder nicht vielmehr dieselbe/samt dem bißhero üblich gewesenen Recht/abzuschaffen.

II. Tractirt Er das Civile und Bürgerliche Gericht/ samt dessen Obrigkeit/ und theilt es ab in nachfolgende 6. Articul:

1. Discurirt Er vom Gebrauch der Contracten, und wie dieselbe beständig formirt werden mögen.
2. Von Testamentlichen Dispositionen und deren Gebräuch.
3. Von Gewerb und Handthierung der beweglichen Gütter.
4. Von Tax und Wehrt der beweglichen Gütter/ in Kauffen und Verkauffen.
5. Von der Börse und Kauffmanns-Gülde.
6. Von Contracten und Negotien der Börse.

III. Stellet Er vor das Moral und sittliche Gericht und dessen Gebrauch/ dabey handelt Er:

1. Von Conversation und Wandel der Menschenkinder ins gemein/ bey Conventen und Zusammenkunfften.
2. Wobey Er die Untreu und verrätherische Unart der Menschen auf unterschiedliche Weis particulariter beschreibet.
3. Erzehlet Er die allgemeine Moral und sittliche Gebrechen.
4. Dat remedium wider alle Spötter/ Injurianten, Auftreiber und Furfanten, nemlich wie dieselbe auch von einem beleidigten privato bandisirt werden können.

5. Handelt er von der Policey/so weit dieselbe von der Moralischen Obrigkeit zu beobachten. Wobey

6. Angehengt wird/ vom Gewinn des Spielens/ob und wie weit derselbe zu exigiren.

IV. Handelt Er vom Criminal-Gericht und dessen bestellter Obrigkeit in 6. Cammer-Gerichten/ wobey der Author vorstellt

1. Den Gebrauch und Anlaß der Criminal-Fäll/wie und welcher Gestalt dieselbe entstehen.

2. Den Gebrauch des Gottesbann / wordurch den zänckischen lasterhafften Menschen die Conversatio verwehret werden könne.

3. Die Regul des Criminal-Gerichts/wornach die Maleficanten zu bestraffen.

4. Den Unterscheid der Malefiz-Fäll in po. homicidii, ob Sie dolo vel culpâ, clàm vel manifestè, perpetrirt.

5. Stellet Er vor Delictorum aggravationem vel extenuationem: Die Verringer- und Vermehrung eines Verbrechens.

6. Αὐτοδικίαι oder die jenige Fälle/ in welchen einer ohne der Obrigkeit bey Hülff sich selbst rächen mag.

7. Handelt Er de Indiciis ad torturam sufficientibus.

8. De Testium proba, was von jeden Zeugen und dessen Aussag zu halten sey.

9. De Jure aggratiandi, wie und wann die Leib-Straff der Gebrechen in ein Geld-Buß verwandelt werden mögen.

V. Handelt Er de Examine sive Scrutinio conscientiæ von Erforschung des Gewissens. Wobey

1. In specie Er ein modum præscribirt, wie ein jeder sich selbst auf vielerley Art ins gemein prüfen soll.

2. Erzehlt Er die vornehmsten / das Gewissen betreffende Puncten.

3. Handelt Er von Erforschung des Gewissens in particular und absonderlichen Zufällen/und beschleust den Tractat mit einem schweren Fluch wider den jenigen/ so diese Gesetze hindern/ daß Sie ihren Lauff nicht nehmen können/daß nemlich alle Schäden und Interesse auf seine Seel fallen sollen.

CAPUT I.

De Constitutione Magistratuum & Officialium, qui Justitiam in omnibus administrare debent Judiciis.

DJe Obrigkeiten werden vom Octavio Pisani unterschieden und getheilet: In civil- und Bürgerlichen Sachen / ordnet Er zwey Gericht und in selben 28. Magistraten.

2. Etliche darunter seyn Inquisitores und Aufseher des Friedens / oder Taxatores rerum cùm fungibilium tùm non fungibilium.

3. Das erste Tribunal hat zwey Saal / den ersten vor das Archiv, welchen zehen Personen vorstehen / der andere Saal vor zwölff Obrigkeiten oder Regiments-Personen / vier von Ihnen heissen Inquisitorn und Aufseher des Friedes / und sechs Wardirer und Schätzer / und sitzen alle in ein Cantuor oder Cabinet , und haben ihre Knechte und Schreiber zu ihren Diensten.

4. Das andere Gericht ist die Börse und also ein absonderlich Tribunal, und hat 6. Magistraten.

5. Das Judicium Morale oder Sitten-Gericht hat 5. Richter und 2. Fiscalische Advocaten und Fürsprecher.

6. Die Criminal-Justiz hat sechs Cammer-Gericht.

7. Im ersten Cammer-Gericht ist ein fiscalischer Advocat, der mit seinen Schreibern über die Maleficanten, durch Zeugen-Verhör/ information einnimmt. Kan auch ein klein Verbrechen straffen/ summarisch und ohne Ordnung des Gerichts. In diesem ersten Cammer-Gericht ist auch ein Abbreviator, welcher solicitirt, daß man schleunig Recht ergehen lassen soll.

8. Im andern Cammer-Gericht seyn fünff Richter und haben zwey Secretarios, welche die Inquisitos in der Relation-Stuben verhören/ und zugleich in fidem testium inquiriren.

9. Im dritten Cammer-Gericht seyn auch fünff Richter / und zwey Secretarii, diese geben ihr schrifftliches Gutachten über die causam inquisitionis.

10. Im vierdten Cammer-Gericht seyn drey Magistraten, so man nennt Terminatores, welche die Sach scheiden. Und haben diese drey Terminatores noch bey sich fünff Richter und zwen Secretarios, welche den Sententz/ nach der Terminatorn Verordnung/ concipiren.

11. Im fünfften Cammer-Gericht seyn abermals so viel Richter/ und kommt darein der Fiscalische Advocat mit seinem Diener der Justitz, nemlich dem Scharff-Richter/ und läßt die Sententz/ in Beyseyn der Richter/ exequiren: Als nemlich die Inquisitos entweder weiters hin torquiren/ oder gar vom Leben zum Tod bringen.

12. Im sechsten Cammer-Gericht seyn auch Executores, wie viel/ specificiret Er nicht/ es wäre denn Sach / daß aus einer oder ander von obbenandten Cammern die Magistraten sich in die sechste verfügten/ und seyn also der Magistraten so viel / so beym peinlichen Malefiz-Recht zu schaffen/ daß der Author selbst nicht alle zehlen wollen.

Cap.


CAP. I.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Multitudo Magistratuum ponderatur.
II. Eaque stabilitur rationibus &
III. Exemplis à Romano Imperio petitis.
IV. Referuntur Imperatores, qui multis Consiliariis stipati fuerunt, ut Hadrianus, Alexander severus, Leo.
V. Carolus Magnus ut Inclytus Justitiarius audit.
VI. Suprema Imperii Judicia in Aula Cæsaris habita à Caroli Magni tempore.
VII. Judicium Westphalicum das Fehm-Gericht / à quo introductum & cur sit abolitum.
VIII. Judicium supremum, quod in Aulis Cæsarum exercebatur, Rotwilam à Conrado III. translatum Anno 1146.
IX. Alterum concedebatur Friderico Burggravio de Nurnberg. Anno 1273.
X. Constitutio Judicii Cameralis facta à Maximiliano I. Anno 1495. Ut & Aulicum Consilium Anno 1512. de novo introductum.
XI. Regimentum constituebatur à Carolo V. Anno 1521.
XII. Eodem Anno Judicium Austregarum introductum.
XIII, XIV, XV, XVI & XVII. Judicium Cameræ Imperialis Successu

I.



Ecenſet noſter Author benè multos Magiſtratus, quibus Juſtitiæ Adminiſtratio ſimul injungenda eſſet. Verùm non miror multitudinem.

2. Nam ſæpius requiritur major numerus JUDICUM, cum cautióne, ne Juſtitia à paucis propter metum corruptionis intervertatur. Deinde requiritur tanta multitudo, ad facilitandam cauſarum lite pendentium expeditionem. Nam facilius invenitur, quod à pluribus quæritur, quàm à paucioribus. *c. fin. diſtinct. 20. gloſſa ibidem in verbo: pluribus* & integrum dicitur Judicium, quod *plurimorum* Sententiis confirmatur. *c. Prudentiam 21. X. de officio delegati*, ut hoc ipſum ad noſtrum ROMANO-Germanicum Imperium applicem.

3. Conſtat ab initio Romæ conditæ Romulum creaſſe centum Senatores ex Albanis & quinquaginta ex Sabinis. Regnante verò Tarquinio ducentos fuiſſe, teſtis eſt *Livius.* Expulſis Regibus ad 300. numerum crevit Senatus. Tempore Auguſti ſupra mille erant Senatores, quem tamen nume-

numerum millenarium, licet grandem, quater superat Sinarum Regio. Nam in eâ Provinciâ quinque Senatorum millia numerantur. *Teste Strabone.* Fuerunt Romæ præter Senatores & alii Magistratus, utpote Dictatores, Consules, Censores, Prætores, Ædiles, Tribuni plebis, Tribuni ærarii, Tribuni militum, Quæstores, Trium-viri Capitales, decem-viri, Præfecti urbis, Præfecti annonæ, Præfecti vigilum. Non dicam de Provincialibus Magistratibus, qui propriè Potestates dicebantur *l. eum qui 13. ff. de Jurisdict.* utpote Præsides, Proconsules, Proprætores, Proquæstores aliique Rectores provinciales.

4. Sic cùm Latini tùm Græci Cæsares semper fuerunt stipati frequentiâ Consiliariorum, quorum ope ubivis locorum justitiam implorantibus administrârunt. Cæsar Hadrianus centum JCtos, quocunque iret, secum duxit, quorum Consilio & Auxilio Litigantium causas decidebat. Quod idem de Alexandro Severo testatur *Æmilius Lampridius.* Imperator Leo in Seculi octavi Anno 16. ad imperium evectus, centum quinquaginta in Consilium assumpsit, de cujus Concilio vid. *L. nemini 11. C. de Advoc. diversor. judicior.*

5. De CAROLO Magno proditum est, quod fuerit inclytus Justitiarius, qui dum calcearetur etiam lites diremerit. Hic legem tulit subsequentem: *Hæc Missi* (Legati) *nostri notum faciant Comitibus & Populo, quod nos in omni Septimanâ unum diem ad audiendas causas sedere velimus. Sed ubi sedent hodiè nostri Principes?* Sedent tamen nonnulli in nominis sui gloriam nunquam interituram. Ita sederunt ex familia Austriaca progeniti Imperatores quàm plurimi.

6. A tempore CAROLI magni, utpote Primi Germanorum Regis, suprema semper penes Imperatores, inque eorundem Aulis, frequentata fuerunt *Judicia.*

7. Hic Imperator contra Apostatas vel reos Apostasiæ ordinavit judicium Westphalicum, communiter dictum das Fehm-Gericht / quod fuit occultum Judicium, quò provincia malis hominibus purgaretur: Nam vox Fehmen / significat despumare. Sed quia illud judicium ob malitiam judicantium degeneravit, abolitum est.

8. Dixi suprema judicia in Aulis Cæsarum habita fuisse, sed non diutius quàm ad annum 1146. quo anno Imperator Cunradus III. qui dum in Palæstinam, licet infeliciter, moveret, Cæsareo-Aulicum Consistorium transtulit ROTWILAM, & sic eodem anno Judicium *Rotwilense* fundavit.

9. Sed cum videret Rudolphus, Romanorum Rex, quod Judicium Rotwilense non suffecerit toti Germaniæ, Anno 1273. Friderico Burggravio de Nürnberg, in feudum concessit Judicium provinciale in Nürnberg, cui Vice-Imperatoris, omne Judicium judicans præsidere debebat.

10. MAXIMILIANUS I. Cæsar Anno 1495. constituit Judicium Camerale, quod ab uno in alium locum transferebatur, nunc Francofurti ad Mœnum, nunc Spiræ, nunc Wormatiæ, nunc Norinbergæ, Ratisbonæ, nunc Eslingæ consistebat; Hodie verò fixam habet Spiræ sedem. Dedit, primitùs Divus *Maximilianus* huic Camerali judicio Judicem, eidemque adjunxit 16. Assessores.

11. Idem *Maximilianus* aliud Consilium Aulicum, 8. constans Consiliariis, Anno 1512. reintroduxit. Quorum 4. ab Electoribus, 4. à reliquis Imperii ordinibus denominabantur. Imperator Carolus V. Hispaniæ Rex, in comitiis Wormatiensibus Anno 1521. ad sexennium constituit Regimentum Imperii, quod 22. Assessoribus consistebat, quibus præpositus fuit, Locum-tenens.

Solches Reichs-Regiment solte des heiligen Reiches Sachen Recht und Fried handhaben/und gegen den Ansächtern des Reichs / Teutscher Nation, mit heylsamen Rathschlägen Widerstand thun.

12. Eodem Anno constitutum fuit judicium Austregarum, der Chur-fürsten/Fürsten und Fürstenmässigen austrägliches Gericht.

13. Dum Camera Imperialis, numero 16. Assessorum non contenta, plures desiderare cœperat, Anno 1521. duo superadditi fuerunt Assessores.

14. Ipsa Ordinatio Cameralis egebat denuò emendatione, & Anno 1533. tertiâ, Anno 1555. verò 4tâ vice aucta fuit. Quô annô propter litium multitudinem 6. Assessores adsciti sunt, qui numerum 24. impleverunt.

15. Sed nec hic sufficiebat numerus, nisi Anno 1566. Octonarius accessisset, qui cum priori additus, XXXII. constituit Assessores.

16. Anno 1557. deputabantur ad expediendas lites XVI. extraordinarii Assessores, qui ultra annum & quadrantem non commorabantur.

17. Sed quia crescente multitudine litium, crescere debebat & numerus Assessorum ordinarius Anno 1570. IX. Assessores denuò assumebantur, ut essent 41. Tandem placuit Imperatori & Statibus Imperii, in conventu pacificatorio Monasteriensi & Osnabruggensi præter Judicem

& 4.

& 4. Præsides, numerum Assessorum ad quinquaginta in universum adaugeri.

18. Quæris an omni tempore fuerint in numero constituto introducti Assessores? R. quod non. Nam reperies in 50. annis, ne quidem dimidiam partem Judicio interfuisse. Uti nec hodie ultra XVIII. numerantur propter denegatam sustentationem. Ita promovetur Justitia per Germaniam!

19. Alterum quod attinet supremum Imperii Judicium Aulicum scil. Consilium Cæsaris, numero octodenario incluso Præside, excluso tamen S. R. Imperii Vice-Cancellario, contentum esse vult, & quoad processum judiciarium, sequitur ordinationem Cameræ Imperialis. Loco verò revisionis, in Camera usitatæ supplicant partes gravatæ ad Imperatorem.

20. Inferiora Judicia Electorum & Principum, aliorumque Statuum Imperii non uniformia sunt, sed hoc paucioribus, illud pluribus gaudet Assessoribus & Senatoribus, prout latitudo territorii Hujus vel Illius ferre potest. Sunt tamen ubique Illustria Judicia Curialia Hoffrath-Stuben vel Dicasteria & provincialia concilia Hof-und Land-Gericht. Inter eadem præfulgent Judicia Appellationum sive suprema Tribunalia respectu privilegiorum de non appellando, ut in Electoratibus Saxoniæ & Marchiæ Brandenburgensis, itemque in Tribunali Sueco-Wismariensi. Hactenus de civili Judicio.

21. Quod attinet Judicium MORALE, illud hodie inter Germanos in desuetudinem abivit. Nam non CENSORES dantur, qui vitam & mores hominum corrigunt. Sic nec hodie inveniuntur *IRENARCHÆ*, h. e. Principes Pacis, qui in pacem inquirunt & criminosos explorantur. De quibus *videatur textus l. 6. ff. de custod. & exhibition. reor.* Utinam restituerentur hi Magistratus, posset forsan firmior Romano-Germanico Imperio pax & Securitas restabiliri.

22. CRIMINALE Judicium, quâ voce olim Morum Imperium significabatur, das Halsgericht oder Blutban/ diversis in locis Germaniæ, diversimodè constituitur. Quod Judicium non nisi Magnates & Imperiales, aliæque liberæ Civitates, quibus Regalia sunt concessa, per Substitutos exercent. Dantur enim Judices, qui vulgariter dicuntur Stadt-Richter/ Stadtvogt/ Cent-Richter/ iisdemque adjunguntur Assessores, qui dicuntur Scabini, vulgò Schöpffen/ & horum 2.3.7. vel 12. pro more uniuscujusq; Regionis. Hi Scabini licet non semper sint legales & docti, modo tamen liberæ conditionis & honestæ vitæ fuerint, adhiberi possunt. Georg Korschiz

in process. criminali artic. 3. n. 3. Et in hoc unico convenit requisitum nostri Authoris, qui illegales personas judiciis vult adhiberi.

23. Quoad cætera, tot Magistratus in tanto numero, quantum in quolibet loco exigit Author noster, GERMANIA nunquam constituet, quia deficient Salaria, quæ nec destinatis Cameræ Spirensis Assessoribus porriguntur, aliàs jam dudum in numero quinquagenario fuissent introducti, & ita quasi sepultæ non jacuissent, tot litium indecisarum myriades.

CAPUT II.

De abolendis legibus & jure antiquo cassando.

Es præsupponirt Octavius Pisani erstlich / daß alle Gesetz / so zu unsern Zeiten gebräuchlich / ein gut Recht und Gerechtigkeit zu verschaffen / nicht genug noch sufficient wären / und das hält Er vor ein klare undisputirliche Sach / berufft sich auf die tägliche Erfahrung / weil allzeit und jedes mahl bey dergleichen Zanckerey und Rechts-Händeln hundert mahl mehr Kosten aufgewendet würde / als das Principal und Haupt-Gut ist / darüber man rechtet. Und geschehe solches darum / weil jederman nach seinen Kopff handeln / contrahirn und negotiiren wolle / und vor sich Rationes und Disputationes, dann allerhand terminos zu erfinden wisse / dahero die Particular-Fäll und Umständ der Contracten und Handlungen also gemehret / daß Sie fast unendlich / consequenter, die Gesetz und Recht zu unseren Zeiten nicht weniger multiplicirt würden / dahero die Obrigkeit einer solchen Meng und Vermehrung zu begegnen und derselben abzuhelffen / neue Gesetz lanciren müsten / die zwar einen allgemeinen Verstand haben / und alle Particular-Fäll und Umständ in sich schliessen solten. Dieweil aber sich die Contrahenten der verordneten Statuten nicht bedienten / sondern offtmals davon ausschritten / so wäre von neuem nöthig / daß man nochmals über die Casus singulares nach und nach / ohngeacht der Rechts-Bücher / der Consu-

Consulenten und Decidenten allbereit überheufft viel / dennoch der Gelehrten Rathschläg und Bedencken einholen / neue Statuten, Practiken und Gewohnheiten / schreiben setzen und ordnen muste / darüber die Process unendlich würden. Darum nicht von nöthen / daß man so viel Bücher zu den Gesetzen oder der Justiz gehörig drucken dörffte: diß Buch allein sey genug für alle andere Rechts-Bücher / dieweil Octavius Pisani alles aus allen zusammen gelesen / und in diß einige Scriptum eingetragen. Und wann man zuliese / daß mehr Bücher gedrucket würden / köndte man nimmermehr die Wahrheit wissen / dann ein Buch schriebe wider das andere / und eines bestritt und widerfecht des andern Meinung. Und wer solchem nicht glauben wolte / der möchte selbst die Prob nehmen und erfahren / wann Er so viel Bücher gelesen / und eines gegen das ander gehalten / würd Er allzeit befinden / daß in einer und eben derselbigen materia substrata, daß eine dem andern widerspreche / und daß niemal alle / oder jedoch wenig Scribenten sich unter einander vergleichen und einig seyn. Hingegen sey alles was in so viel taussend grossen Büchern und Voluminibus zusamm geschrieben / einig und allein vollkömmlich / in des Octavii Gesetz-Büchlein begriffen: Derowegen alles ander / als überflüssig / abzuschaffen.

CAPITIS II.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Octavii opinio de abolendis Legibus, non est absque ratione.

II. & III. Sed habet Adstipulatores Philosophos, Heraclitum & Democritum.

IV. Empedoclem, Socratem.

V. Academicorum Sectam.

VI. Clitomachum, Carneadem, Protagaram, Aristonem, Pyrrhonem Elidensem.

VII. Imò ipsum Platonem. VIII. Thrasimachum.

IX. Ideò quia Jus solâ hominum phantasiâ & Principum nutibus constaret.

X. Illud abrogari jussit Edicto, Imperator Macrinus & Phocas ipsum secutus, nec hoc sine ratione.

XI. Cùm nihil sit stabile in legibus.

XII. Nec indubium.

XIII. Nec immutabile, sed tumultuosum & variabile.

XIV. Et conditores Legum sunt variabiles, quorum cognitio imperfecta, cogitatio incerta, inventio difficilis & corupta. Adde, quòd Legislatio sit superflua, quia

XV. Nec omnis populus regitur Legibus, sed suis vivit moribus, & licet Roma jure scripto gavisa.

XVI. Leges tamen XII. Tabularum, quibus populus Romanus utebatur, erant insufficientes.

XVII. Ideò augebantur Prudentum interpretationibus & actionum formulis.

XVIII. Legibus. XIX. Plebiscitis. XX. SCtis. XXI. Prætorum Edictis, exinde immensum fuit factum Jus civile. XXII. Quod Julius Cæsar contrahere tentavit, quia autem morte præventus. XXIII. Absolvit Hadrianus Edicta Prætorum in unum Volumen congerendo.

XXIV. Constitutiones quoque Principum Ethnicorum multi-

multiplices sub Diocletiano in duo Volumina. Sub Theodosio Juniore autem Christianorum in tertium Volumen Collectæ & Codices dicti sunt.

xxv. Quos 3. Codices Justinianus Imperator iterum in unum contraxit, & Corpus Juris componi curavit.

xxvi. Consuetudines feudales, licet Jus non scriptum, usu tamen receptæ.

xxvii. Sic & jus Canonicum.

xxviii. Et tandem jus publicum in Recessibus Imperii invaluit.

xxix. & xxx. Nisi subinde jura inprimis civilia per contrarium usum abrogata, vel per Interpretum sensum corrupta, vel nimis ampliata fuerint.

xxxi. Sunt enim Leges ænigmata. xxxii. & Institutiones juris informes. xxxiii. Imò totius juris Justinianei Compilator malè audit.

xxxiv. Sunt contra rationem disputandi multa introducta in jure. Ergò tollenda.

xxxv. Quare autem non sint tollenda jura antiqua, rationes in contrarium adducuntur. Quia imò leges Romanæ sunt, quæ Characterem Monarchiæ ultimæ denotant.

xxxvi. Secundò quia in Academiis Universalibus leguntur & explicantur. Deberent enim aliàs extirpari Facultates juridicæ, quæ tamen multis privilegiis irrevocabilibus subnixæ sunt.

xxxvii. Deberent 3. degradari Doctores Juris & omnes Legistæ

Legistæ removeri, innocentes cum nocentibus puniri.

XXXVIII. Quam Legum abrogationem 4to reprehendunt Thucides Herodotus, Caballinus.

XXXIX. 5. Inventum Dei humanæ mutationi non debet esse obnoxium.

XL. Debent esse perpetuæ & sempiternæ leges & quare?

XLI. Absurdum esset ut inferior tolleret leges superioris.

XLII. Resolvitur dubium ex jure Canonico & Lycurgi instituto.

XLIII. Mutatio legum quando tolerabilis.

XLIV. Dispositio juris privati non omnes casus comprehendit, sed eadem est adjuvanda inductione & applicatione.

XLV. Quod non textu exprimitur, colligi debet argumentis per bonas consequentias.

XLVI. Contrariæ Dd. sententiæ æquâ distinctione discernendæ.

I.



On absque ratione noster Octavius Pisani tollere voluit Leges, ideò quod iisdem parum juvetur. Jus & Justitia. Ad ipsius sententiam & olim assurrexerunt, summi *Philosophi Antiquiores*.

2. *Heraclitus* nullam juris vel alius disciplinæ scientiam esse statuit.

3. *Democritus* veritatem puteo profundo submersam, omnesque artes adeòque JURIS doctrinam densissimis Nebulis circumfusam scripsit.

4 Horum

4. Horum vestigiis *Empedocles* insistens, omnia abstrusa esse: *Socrates* nihil sciri: *Plato* hominem nullius scientiæ, sed solius reminiscentiæ capacem esse, profitebantur.

5. Ab his Philosophis *Academicorum Secta* originem ducens, veram Sapientiam in dubitationum perpetuarum professione consistere asserebat.

6. In hujus Sectæ Schola *Clitomachus*, *Carneades*, imò & *Protagoras*, *Aristo & Pyrrho Elidensis* edocti palàm docebant: *Nullum Jus certum esse*, sed ex solâ hominum vagâ & incertâ opinione pendere, & cum eâdem nasci & interire, stare ac cadere.

7. A quâ sententia ipse Divinus *Plato* non fuisse videtur alienus, qui fortunam ipsam variosquê ejusdem eventus jura condere, eademquê figere ac refigere dixit.

8. Omnium verò Philosophorum Juris Censor iniquissimus extitit *Thrasimachus*, qui id solum justum & æquum esse dicebat, quod potentiori utile & commodum videretur. Quin & Imperator Justinianus Principum Placitis Legis tribuit efficaciam, unde & *Cynus JCtus in L. humanum 8. C. de LL.* uno Principis placito, uno momento tolli omnem JCtorum doctrinam ait.

9. Proinde nemo inficiari ausit, jus solo nomine solâque hominum phantasia constare, nullâ certa arte comprehensum esse, sed pro regionum moribus, Principum nutibus, & Placitis variare, idemque ne quidem existere dici posse.

10. Hinc *Imperator Popilio Macrinus* Edicto proposuisse fertur: omnium Principum constitutiones abolendas esse, utpote cum nihil iniquius videretur, quàm unius hominis *Arbitrio vago* & *instabili* legem nasci & interire. Quem secutus *Imperator Phoças*, qui omnes JCtorum Bibliothecas comburi jussit.

11. Nihil enim est stabile in legibus, nihil immobile inter homines, quia ad naturæ varietatem variatur lex, & omnis noster Status humanus sub perpetuo motu consistit, testante Imperatore Justiniano *Novell. 7. c. 2. pr.*

12. Nihil est inter homines indubitatum ut non possit, licet aliquid valdè justissimum, suscipere quandam solicitam dubitationem. *per textum in Novell. 44. cap. 1. §. & non fingant 3.*

13 Mutabile hoc est humanum, & quod manere idem nunquam valet, fit quidem semper, manet autem nunquam, sed *Legislationibus* & iis, quæ sæpius

rectè se habere & firmè posita judicantur, introducit aliquem tumultum: Imò & ea quæ subtili observatione cauta sunt, plerumque turbavit emergentium varietas causarum. *Verba sunt Textus in Novell. 49. pr.*

14. Quia etiam Conditores legum sunt homines variabiles, errantes, affectibus indulgentes, leges figunt & refigunt. In summa *ex parte tantùm cognoscunt:* Ihr Wissen ist Stückwerck. *1. Corinth. 13 v. 9.* Ex parte aliquid sciunt, in toto nihil. Et hoc non tantùm in Spiritualibus, sed & in terrenis negotiis. Nam cogitationes Mortalium sunt admodum infirmæ, & incerta est providentia nostra. Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animum, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem, ut difficilia æstimemus, quæ in terrâ sunt, & quæ in prospectu sunt, inveniamus cum labore. Teste vel sapientissimo Rege Salomone. Sapient. *c. 9. v. 15. & 16.* ut infra n. 31. & seqq. patebit.

15. Accedit, quòd Legum constitutio videatur superflua, cùm non semper Legibus regantur homines, sed Spartanorum exemplo, moribus & consuetudinibus, ut Moschi, Scythæ, aliæque gentes. Sic Populus Romanus per longissimum tempus non paruit Legibus, & quidem Regiis, quas Numa Pompilius primus tulit, teste *Isidoro,* quem Jus Can. *in c. 1. distinct. 7. allegat.* sed easdem, licet exactè à Sexto Papirio collectas (unde Nomen Juris Papiriani nactæ) cum exacto rege Tarquinio abolevit Anno M. 3442.

16. Vixit itaque sine certo scriptoq; jure, usque ad tempus, quo Leges XII. Tabularum publicatæ sunt. Quæ licet à Græcorum institutis summo labore mutuatæ, non tamen sufficiebant ad Jus & Justitiam; Quia non omnia iisdem legibus continebantur, sed in disputatione fori per Prudentum interpretationem aliud subinde ex alio collectum fuit.

17. Imò posteà ex ipsis Legibus, quædam formulæ, quas vocabant Legis Actiones, olim à Collegio Pontificum, posteà à Prætoribus petitæ, à *Cn. Flavio* in librum redactæ, *Jus Flavianum* dici cœperunt, quod paulò post *Sextus Ælius* adauxit, unde Jus *Ælianum* dictum. Sed quia actiones in factum ex edictis elicebantur innumerabiles. *§ 12. Justit. de action.* Jus nostrum factum fuit infinitum.

18. Huic accesserunt Leges singulares novæ à Populo pro Reipubl. necessitate latæ: Utpote *Lex Velleja, Julia, Miscellia, Norbona, Cornelia, Voconia, Falcidia, Papia, Poppæa, Rhodia, Aquilia, Visellia, Fabia. &c.*

19. Plebiscita quoque tulit Plebs, quæ eo tempore, quo in discordiam cum patritiis deducta, confinxit *l. 2. §. 4. ff. de origin.* quæ legis vigorem nacta.

nacta sunt, deinde per L. Hortensiam. §. *Plebiscitum Inst. de J. N. G. & C.*

20. SCta quoque viguerunt, quæ Senatus promulgavit, eademque certis nominibus indigitavit, utpote: *Pegasianum, Trebellianum, Rubrianum, Hadrianum, Tertullianum, Orphitianum, Silanianum, Macedonianum, Vellejanum, Claudianum, Sabinianum, Largianum, Turpillianum, Libonianum &c.*

21. Prætores etiam constituti sunt amplius annis 80. post promulgatas 12. Tabulas, penes quos, tanquam juris Civilis Custodes, summum Juris inter Privatos dicendi Imperium esse cæpit, qui Edictis suis Prætoriis primum annuis, mox perpetuis, Jura Civilia suâ Jurisdictione mirum in modum adauxerunt.

22. Anno M. 3907. Julius Cæsar, Romanorum Imperator primus, ex immensâ & diffusâ LL. copiâ optima saltem & necessaria colligere sibi proposuit, sed eum mors violenta prævenit.

23. Tandem Imperator Hadrianus, sub initio Seculi secundi æræ Christianæ; operâ *Salvii Juliani, JCti,* Edicta Prætorum in unum volumen congessit, & illud post antiquatas Leges 12. Tabularum promulgavit. Quod subsequenti tempore *Papinianus, Ulpianus, Paulus, Cajus & Scævola Commentariis* suis illustrarunt.

24. Ne autem constitutiones Principum vagarentur, imperante Diocletiano, sub fine Seculi tertii, in duos Codices, sed privatâ potius, quàm publicâ authoritate collexerunt Gregorius & Hermogenes. Hinc est Codex *Gregorianus & Hermogenianus.* Hos in Seculo quarto subsecutus est Imperator *Theodosius* minor, qui constitutiones Principum Christianorum uno volumine est complexus, quod ab ejus nomine *Theodosianus* codex nuncupatus fuit.

25. Quos Tres Codices *Justinianus Imperator* ope Triboniani Exquæstore sacri palatii, quem allaborantibus pluribus doctis Viris præfecit, in unum codicem componi mandavit, eumque sub nomine Justinianeum appellavit atque edidit Anno 529. (cujus tamen usus ultra quinquennium non fuit,) Libros 50. Digestorum cum institutionibus Anno 533. novum verò Codicem, qui Corpori Juris est insertus, Anno 534. promulgari fecit. Novellas constitutiones, quas edidit Justinianus, successivè publicavit, quibus tamen Ejusdem Successorum Justini & Tyberii decisiones commiscentur. Quas 4. Juris Justinianæi partes nempe Institutiones, Pandectas, Codicem & Novellas in unum volumen collectas, Corpus Juris vocare solemus;

26. Consuetudines feudales à Longobardis initium cœperunt, quas posteà Mediolanensium aliorumque populorum moribus, nec non *Lotharii, Conradi Friderici I.* & aliorum Imperatorum constitutionibus locupletatas *Gerhard de Nigro, & Albertus de Orto*, Practici & Consules Mediolanenses, privatâ authoritate, in scripturam redegerunt, quibus utuntur Germani in decidendis causis feudalibus.

27. Jus Canonicum à Pontificibus Romanis originem ducit, quod dividitur in duas partes, in Decretum & Decretales. Decretum constat ut plurimum ex canonibus Conciliorum, S. Patrum Scriptis, & partim legibus juris civilis. Compilatum à Monacho Bononiensi Gratiano, & ab *Eugenio III. Pontifice* Anno 1150. confirmatum. Decretales, secunda pars juris Canonici sunt Epistolæ, rescripta & Edicta Pontificum usque ad *Gregorium IX.* per Capellanum & pœnitentiarium Raymundum collecta in 5. libros disposita, & postmodum à *Gregorio XIII.* Pontifice confirmata. Sequuntur minus principales partes 4. 1. Liber *Sextus Decretalium* adscribitur *Bonifacio VIII.* 2. Clementinæ, ab ipso authore Papâ *Clemente V.* dictæ sunt constitutiones. 3. *Extravagantes Johannis XXII.* dictæ, quod extra alios libros vagerentur. 4. Extravagantes communes à variis Pontificibus, ut *Bonifacio VIII. Benedicto XI. & Sixto IV.* collectæ & in lib. 5. distributæ. Accedunt ultimo loco Institutiones Juris Canonici, à Johanne Paulo *Lancelloto*, JCto Perusino, in libros 4. congestæ.

28. Publicum jus Romano-Germanici Imperii quod attinet, illud authoritate Imperatorum, unanimi consensu Electorum & Statuum Imperii, in Comitiis universalibus constituitur. Quod continetur in Recessibus Imperii, Reichs-Abschied/ ab Anno 1442. huc usque collectis. Quibus præmittitur AUREA Bulla à CAROLO 4to Anno 1356. publicata. His Imperii Recessibus insertæ sunt, Ordinationes Cameræ Imperialis, Constitutiones Politicæ & militares, Policey-Ordnung und Kriegs-Articul/ item Pax publica & Religiosa, itemque speciales Pacificationes de Anno 1635. & 648. Allaborant etiam status Imperii iisdem Capitulationis formam perpetuam annectere Recessibus Imperii; coronidis loco subjungitur Constitutio criminalis Imperatoris Caroli V. Anno 1530. publicata.

29. Et hactenus recensita jura cùm publica tùm privata, cùm canonica tùm civilia, itemque feudalia apud Germanos in perpetuo usu essent, nisi iisdem per constitutiones provinciales, locales consuetudines & statuta civitatum particularia in his & illis terris, per hos & illos Status Imperii, derogatum esset.

30. Ex

30. Ex his patet, quòd Jura, quibus Germania utitur, sint multivaria, quæ omnia & singula non semper & ubique locorum recepta, quæque à tot JCtis per varias disputationes in Academiis, deinde in foro à Judicibus & Advocatis practicis in dubium vocata, in opiniones vel singulares vel communes, communiores & communissimas resoluta, per infinita statuta localia vel restricta vel ampliata vel partim abolita, per stylum & observantiam hujus & Illius Dicasterii stuprata, variata, antiquata, ita ut possimus cum Octavio Pisani nostro concludere, tot jura non sufficere, ad effectum resolutivum omnium causarum cum variatis suis circumstantiis, quas subinde novas generat natura variabilis. Quia in se & suâ naturâ;

31. Sunt *Teste Antonio Manthes in pr. Inst. Juris* Leges civiles ænigmata, Sybillæ folia, Fallacia Apollinis Delphici & obscura Sphingis paradoxa. Omnes verò Corpus Juris corporis cruciatum & ingenii carnificinam appellant.

32. Institutionum Elementarios libellos, nec materiam nec methodum habentes, fastidit *Wesenbecius*.

33. Compilatorem Juris Justinianei TRIBONIANUM Hottomannus hominem facinorosum: malè de nobis meritum: *Cujacius* impudentem, Mendacem: *Budaus* pandectarum architectum frivolum, & atheum, alii aliter eum vocant & insectantur. Nam iniquè nobiscum egit, quia ex innumeris legum & eterum Jctorum libris passim circumcisis, nihil nobis, præter fragmenta, quædam reliquit, nullo ordine descripta, sed ita confuse, & perturbatè disjecta, ut quasi *Sybillæ* folia esse videantur, ideò *Hottomannus* ipsum nominavit Cauponatorem, qui legibus ad quæstum abusus fuit.

34. Nam & multa in legibus contra rationem disputandi introduxit. *l. ita vulneratus 51. §. ult. in fin. ff. ad L. Aquil.* quorum veritas cum sano sensu certat, ut vel hinc noster Octavius Pisani rectius suaserit de removendo jure Justinianeo.

35. Verùm, quicquid sit, jura nostra Romana hactenus in signum Romani imperii, cùm in foro tùm in Scholis usurpata, non sunt abolenda, ne per eorundem abolitionem simul pereat character Monarchiæ ultimæ. Sicut enim ferrum durissimum est inter metalla: ita Imperium *Romanum*, per ferrum significatum, diutissimè durabit, usque sc. ad consumationem *Seculi*. *Dan. 7. v. 9. & c. 2. v. 45.* Jam autem Lex Romana spondet pro suâ Republ. unde dicitur Sponsio communis Reipubl. *L. 1. ff. de Legibus*, quam Rempublicam repræsentat quivis Imperator, cui & in quem ab initio Monarchiæ Lege Regiâ populus Romanus omne imperium & potestatem concessit, qui

ut viva & animata Lex spospondit, in capitulatione cæsarea Leges ab *Antecessoribus* latas & in futurum ferendas custodire.

36. Hinc cum Imperator *Lotharius II.* Saxo Leges Romanas in *Apuliâ* repertas, & per aliquot secula neglectas, *Pisanis* donaverat, constituit simul *JCtum Irnerium*, ut de novo publicè doceret jura justinianea, potestatem quoque concessit, Doctores Juris solennibus ceremonibus creandi, quem subsecuti sunt Imperatores Germani in erigendis *Academiis* Universalibus, in quibus juridicam Facultatem multis privilegiis condonarunt. Nam *Antistites* profitentur non solùm publicè jura, sed & leges illustrant commentariis uberrimè, decidunt causas tàm civiles quàm criminales ad acta sibi transmissa. Creant Doctores, iisdemque publico Cæsaris nomine, eandem potestatem jura interpretandi concedunt. Quod *Privilegium*, utpote summum regale, inter cætera ad splendorem, majestatem & authoritatem *Cæsaream* maximè tuendam, soli Imperatori reservatum manet. Cui verò semel concessit privilegium, irrevocabiliter concessisse præsumitur, *arg. l. 5. ff. de decretis ab Ordin. faciend.* Quia transiit in vim pacti & conditionis, ut reliqua omnia *Privilegia*. *Carol. Tapia in l. fin. p. 2. c. 9. & seqq. ff. de constitut. Principum.* Pone autem Leges Romanas esse abrogandas, cassandæ simul essent *Academiæ*, vel imprimis Facultates juridicæ, degradandi quoque Doctores juris & removendi essent omnes Legistæ, quibus hactenus totus illustratus fuit Mundus, testante Imperatore *FRIDERICO I. in Authent. Habita C. ne filius pro patre.*

37. Cum autem remotio & degradatio sit pæna, quam culpa præcedere debuit, non autem omnes simul Doctores peccarint, iniquum erit, innocentes cum nocentibus puniri, cum pæna tenere suos authores & delinquentes, & ultra eosdem non vagari debeat. *l. sancimus 22. C. de pœnis.* Et nemo, pro alterius delicto, pænæ subjugandus sit *Ezechiel c. 18. vers. 20.* Nec Imperator procedere posset ad destructionem *Academiarum*, quæ Electoribus, *Principibus* & *Statibus* imperii semel sunt concessæ, sed potius privilegia, ab *Antecessoribus* lata, confirmare tenetur. *Capitulat. Cæsar nupera Leopoldin. 6.* Und zum dritten. Quæ confirmatio privilegiorum non est nova quædam adinventio, sed ex instituto Tiberii profecta. *Sveton. in Vita Vespas. testis est, Plin. 3. Epistol.*

38. *A*brogationem Legum antiquarum non esse probabilem, multi sunt, qui asserunt. Thucidides ait: Tutissimas esse Respublicas, quæ quàm minimùm mutant in legibus veteribus, etiamsi habeant aliquid vitii. Herodotus dicit insanire eos, qui Leges patrias & mores antiquos tollere velint.

Tàm

Tam sacra enim est litera legis, ut nec sensu quidem servato lædi, nedum aboleri debeat, ait *Callabin. in tractat. de eo quod interest. n. 100. in fin.*

39. Iniquum insuper esset, divinitus semel inspirata, (Leges enim sunt inventum Dei, *juxta Demosthenem in l. 2. ff. d. LL.*) humano & inconstanti nutu expirare, contra regulam, quod eo modo non dissolvantur, quo collectæ sunt. Cum Deus sit immutabilis in disponendis Legibus, & quæ justa fuerunt, justa esse non desinant.

40. Proinde Leges debent esse perpetuæ & sempiternæ. Nam quod pulchrè & longo tempore ante concinnatum & coadunatum exstitit, in suâ firmitate relinquatur, quia id novare & dividere absque rationabili causâ, non confirmati validique Imperii esse solet, loquitur Justinianus in *Novell. 28. pr.* Nam leges in beatitudinem Imperii latæ dicuntur *l. 8. C. de Legibus*, quibus sublatis, tolleretur & beatitudo. Deinde &

41. Absurdum esset, ut inferior tolleret ac immutaret Leges Superioris, tot Vigiliis & laboribus conditas, quia nec Romanus Imperator observationem, vel solius solennitatis testamentariæ evertere voluisse credendus est, licet liberam testamenti factionem concesserit, *L. si quando 35. pr. C. de inofficios testam.*

42. Sequamur itaque in hâc quæstionis enodatione Jus Canonicum, quod ex divinâ Scripturâ & probabili doctrinâ sole clarius patere dicit, non posse quemquam, qui minoris est authoritatis, eum qui majoris est potestatis, Judiciis suis addicere, h. e. *sua censura subjicere*, aut propriis definitionibus subjugare. *c. inferior 4. distinct. 21.* Adde quod noster Lycurgus suo spontaneo exilio perennare voluerit Leges à se latas. *Suprà in præfat. n. 8.*

43. Et quamvis mutatio Legum toleretur propter varietatem temporum: *c. non debet 8. X. de consang. & affinitat*; Hoc tamen intelligendum est non de totali, sed partiali mutatione, de publico magis quàm privatorum jure, quod in corpore Juris Justinianei, *exceptis lib. 3. C. posteriorib.* comprehenditur. Et dixerim nec in jure publico absque urgenti necessitate evidentique utilitate concessam esse mutationem. Nam eadem in mundo fabula agitur & semper recurritur ad idem punctum momenti, quo ante mutata tempora constitit. Certum enim est nullius rei eodem semper loco stare fortunam, cum rebus cunctis insit, velut orbis. *Juxta Tacitum lib. 3. Ann. c. 55.* Hinc & Leges de publico Regiminis statu non omninò tollendas, sed ad varietatem temporis variandas esse judico.

44. Et licet jus privatum non omnes casus comprehendat. Siquidem nulla lex vel Statum in Republ. videtur ad omnia sufficienter ab initio promulgatum,

mulgatum, sed multâ indigent correctione, ut ad naturæ varietatem & ejus machinationes sufficiat. *Novell. 74. pr.* Magna tamen virtus Legis consistit in inductione, adaptatione s. applicatione *per text. l. non solùm 10. ff. de excusat. Tutor.*

45. Si igitur liquidò non constare potest de re, argumento cognosci debet. *l. 5. §. 6. ff. de re militari*, colligere debemus, si non expressis verbis casus in textu habetur, per bonas consequentias *l. 27. §. 3. ff. de rei vindic.*

46. Quod attinet contrarietates Dd. in decidendis casibus, quibus incertus quis reddi posset, Judex circumspectus non curet. Responsorum enim diversitas, opinionum lubricitas, ex mero juris abusu oritur, ideò verum non tollit. *Maronem* hîc imitari oportet, qui ut ex Ennii Stercore gemmas se legisse dicebat; ita ex glossematum variis tricis & faraginibus Judex deligere debet decisiones, & rationi & æquitati maximè consentaneas. Sicut enim hæreses & schismata, Verbi Divini lucernam non extinguunt, ita nec opiniones & dissidia interpretum lucem rectæ rationis non tollunt. Sæpè enim una vel modica distinctio facit cessare confusionem *secundum Zasium* & in contrariis opinionibus est receptum, sequi eam, quæ fœdere distinctionis cæteras conciliat, & sic sæpè opinionem sibi dissimilem, in suis terminis recipiendam, suadet ratio à contrario sensu. *Arg. l. 18. in fin. ff. vers ibi autem ff. de hared. petit. l. si finita 15. §. 32. vers. ego puto ff. de damn. infect.* Sententiæ enim distinguentium & dissentientes opiniones conciliantium valdè sunt favorabiles, *Nevizan. lib. 5. sylv. nupt. n. 32. p. 450.* Modo tamen non sint distinctiones fallaces & Sophisticæ vel supervacuæ, quas exulare jubet *textus in l. 23. C. de SC. Vellejan.*

CAP. III.

De removendis JCtis & Doctoribus à Judiciali Consessu.

STatuirt Octavius Pisani, daß die Præsidenten und alle JurisConsulti, samt deren vorgeschriebenem Process nicht gnug seyn/ ein Gut Recht und Gerechtigkeit zu verschaffen. Weil 1. die Advocaten und Fürsprecher/ die von der Partheyen Sold leben/ allzeit

allzeit der Wahrheit entweder etwas zu/oder ablegen/und die Richter nur damit irr machen.

3 Vors 2. wären der Scribenten Disputationes, rationes, argumenta und Beweiß-Ursachen so viel / und die Mannigfaltigkeit und Unterscheid der Meinung so groß/daß sich der Richter nimmer daraus finden und resolviren kan. Wann nun ein Richter so vielen Büchern nachgehen wolte/so kan Er kein Richter seyn/das ist/ Er kan nimmermehr einen Spruch oder Urthel weder ein noch andern Theil geben/weil so viel rationes wider ein und andern Theil militiren/ so viel opiniones sich herfür thun/daß Er sich nicht resolviren/oder iemals bey seiner Meinung zu frieden geben kan. Ob Er auch schon der Rechtsgelehrten Rathschläg und Gutachten zu einem und mehrmahln eingeholt/so wird Er doch befinden/ daß der Consulenten widrige Bedenken in infinitum erstrecket werden/und Er dannoch abermahl nicht wissen mag/ was Er sprechen und urtheilen soll/ darum wer Præsident, Obrigkeit und Richter seyn will / der muß sich vorhero selbst zu der Partheyen Advocaten und Fürsprecher machen/und zwischen einem und andern Theil / als ein Mann der beeden Theilen gemein ist/Handlung pflegen/ und mögen alle Menschen/ seiner Meinung nach/Obrigkeit und Richter seyn/ wann Sie schon kein Periti Juris, nur aber lesen und schreiben können/ und seynd Leut von ehrlichen Namen und gutem Gerücht.

CAPITIS III.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Author removet JCtos à Judiciali Consessu, quod sibi soleant esse contrarii, dubitantes, hæsitantes,

II. Taxantur JCti Veteres. utpote III. Pomponius. IV. Servius

Sulpitius. v. Paulus & Nerva. vi. Cellus. vii. Labeo & Proculus.

VIII. Gallus & Servius, qui ſibi obloquuntur.

IX. Alii dubitativè reſpondent.

X. Dant magis Conſilium quàm Deciſionem.

XI. Juris Interpretes non ſatis intelligunt leges.

XII. Nec Juris materias, veluti Jus accreſcendi.

XIII. Et circa Diſpoſitiones teſtamentarias clauſulas ſubſtitutionis.

XIV. Gloſſa legum licet ſemel recepta iterum repudiata repetitur.

XV. Notatur Secta Sabinianorum & Proculianorum.

XVI. Ultra-& Citra-montanorum JCtorum.

XVII. Reperiuntur Antinomiæ in Jure Juſtinianeo.

XVIII. Et errores inter Practicos.

XIX. Contradictiones ſæpè oriuntur ex libidine diſſentiendi.

XX. Quod Fulgoſius de ſemetipſo teſtatur.

XXI. Scribis & Phariſæis aſſimilantur Legiſtæ & Juriſperiti.

XXII. Non eſſe tamen extirpandos JCtos, ſuadet ipſorum dignitas & præeminentia.

XXIII. Quos Nobiles reddit nobilis Jurisprudentia.

XXIV. XXV. Magnus recenſetur numerus JCtorum, quibus maximus honor & ſumma dignitas collata fuit, non tantùm à Romanis, ſed Germanis quoque Imperatoribus.

I.



Oster Author omnes Præsides cum suis Assessoribus, quatenus Juris Peritos esse noscit, à Judicio removet. Ideò quòd sibi sint sæpius contrarii, dubitantes & hæsitantes. Sub voce Præsidis intelligit judicem ordinarium, quo significatu accipitur Præses in *l. 33. C. de Episcop. & Cleric. l. 2. C. de proxim. sacror. scrinior.* Tacebo Juris Interpretes Neotericos, quorum authoritas in decisionibus causarum non necessaria, sed tantùm probabilis est.

2. Cùm JCtorum Veterum etiam dubitationem & hæsitationem possum pro Authore nostro, vel ex Libris Digestorum probare, & quidem illorum, qui Juris Antistites dicebantur, quorum authoritas à Cæsare approbata, ut vim legis haberet.

3. Sic enim legimus de Ulpiano, quòd reprehenderit JCtum Pomponium acerbis verbis: Non dicere verum. Quia ex jure casum non decidere valuit. *L. de illo 23. §. 1. ff. pro Socio.*

4. Sic Servius Sulpitius, qui aliàs in causis perorandis primum locum post Marcum Tullium obtinuit, Quintum Mutium consulendo, sed parum intelligendo Juris responsum, ab eo graviter castigatus fuit, his verbis: Turpe esse Patricio, & Nobili, & causas oranti, Jus, in quo versaretur, ignorare. *l. 2. §. 43. ff. de Origin. Jur.*

5. Paulus hæsitavit *l. 5. §. 1. ff. Si pars hæreditatis. pet.* Derisus est Nerva, *l. 9. ff. in quib. caus. pign. tac. contrah.*

6. JCtum Celsum pro calumniatore nonnulli tractant. *l. 1. §. 1.* per verba: An cavillamur? *ff. de Regul. Catonian.*

7. Labio ita scribit, Proculus contra, & sic sibi contrariantur. *l. 24. ff. de Servitut. prædior. rusticor.*

8. Gallus putat sic, sed contra ipsum evaluit Servii Sententia. *l. 6. §. 1. ff. Si servit. vindic.* Vide magnum Catalogum Veterum JCtorum, qui sese mutuò pupugerunt apud *Tiraquel. de Nobilitate c. 31. n. 534. cum seqq.*

9. Imò Jurisperiti sæpius subdubiâ voce: *Fortasse*: Respondent. Ut videre licet *in l. si duo 13. pr. ff. de recept. arbitris.* & dubitant de re certa. Utpote *in L. 1 ff. de J. & J.* ibi. Justitia NI FALLOR, est vera Philosophia. Mucianus, dum de jure respondit, tentasse dicitur. *l. 3. pr. ff. quibus modis usus fr. amittatur.* Imò & ipsi judices & arbitri sibi non liquere sæpius confitentur, & jurant, se rem non compertam habere. *L. Pomponius 13. §. ult. ff. de arbitr.*

10. Ita leges non adeò certæ sunt, ut in iisdem omnia præcisè deciderentur. Sed JCti videntur dare magis Consilium quàm jus. Hinc sæpè legimus: Tutiùs tamen fecerit is, cui consulitur, si hoc vel illud egerit. *l. fin. §. fin. ff. de inofficios testam.* alibi melius faceret, si se sumptibus non vexaret. *l. 1. §. fin. ff. d. t.* possent plura recenseri, si instituti ratio postularet: Licet autem ex paucis his præsuppositis videre, quod LEGES, quarum amica debuit esse simplicitas, molestâ & inutili JCtorum vel variantium, & sibi contradicentium compositione sunt depravatæ.

11. De

11. De Juris interpretibus pauca notabo. Dum Petrus Bilardus jactasset se omnium Legum habere sanum intellectum in explicandâ *L. 5. C. fin. regund.* rubore suffusus est. *Petrus de Bella Pertica Burgundus* subtilissimus Doctor, dixit: se octies legisse infortiatum neque tamen unquam intellexisse, *L. Mævio 41. ff de Legat. 2. Cujacium* nulla Lex diutius torsit quam *L. cum societas 69. ff. pro socio*, nec ausus fuit dicere se plenè intelligere *ipso se teste 4. Observ. 17.* Quanta sit difficultas. *L. Gallus 29. ff. de Lib. & posthumis.* Prolixus ad illum ostendit Commentarius, quem JCtus *Georgius* Franzke edidit.

12. Quàm obscurum sit JUS ACCRESCENDI, (quo hæreditatis aut rei legatæ vel mortis causa datæ pars deficiens in uno ex cohæredibus aut collegatariis *defuncti voluntate* conjunctis, vel etiam *absque ejusdem dispositione* concurrentibus alteri partem suam agnoscenti accrescit vel adjungitur,) testantur tot Leges hinc inde diffusæ, quot Interpretum sunt variatæ opiniones.

13. Quàm subtilissima etiam sit circa testamentarias dispositiones materia *substitutionis*, & quidem *fidei commissariæ*, non tantùm testantur Dd. dissensiones, sed etiam cruentum bellum inter Germanos PRINCIPES L. H. C. & D. Anno 1646. exortum, quo non per adscitum Judicem, quem determinare e lim potuisse, partes litigantes desperarunt, sed stricto gladio, vel una hujus materiæ quæstio nodosa soluta fuit.

14. JCtus Martinus scripsit Glossas juris, quæ ab initio cum applausu receptæ, posteà in controversiam revocatæ sunt & repudiatæ, testante *Cyn. in l. unica. § Taceant. C. de rei uxor action.*

15. Ita videmus dissensiones inter JCtos fuisse, ut Sabinus & Proculus in Sectas abiverint. Inde Sabiniani, quibus adhæsit Javolenus *l. 79. ff. de contrah. empt.* certabant cum Proculianis. *Ut conjicere licet ex L. 2. §. Sabinus vers. & si in diem. ff. pro Emptore.* Quæ L. continet Sabinianorum opinionem, cui contrariatur *l. 12. ff. de præscriptis verb.* defensa à Proculianis. Et hæc dissensio JCtorum refertur in oppositione *L. 6. ff. de rescind. vendit.*

16. Ita foverunt acerbam discordiam JCti Citramontani, cum JCtis ultramontanis, Itali sc. cum Gallis, in multis juris quæstionibus, nec possunt nec volunt ad hodiernum usque diem inter se conciliari.

17. Innumeras Antinomias in jure Justinianeo solus Cujacius reperiri asserit. *Vid. 19. O 19, 25. O. 23. & alibi*, in quibus conciliandis multi allaborarunt JCti.

18. Quot errores reperiuntur inter *Practicos*? Unicus Faber 25. Decades errorum, quibus hodierni Pragmatici involvuntur, recenset. Quid tu senties, si plures chiliades ab aliis Dd. sparsim animadversas tibi repræsentarentur.

19. Sed quæris, unde tot contradictiones, tot dissensiones, totque certamina oriuntur? Respondeo tibi, ex dissentiendi libidine, quam turpis sæpè quæstus & lucri sordidi ratio extorquet. Nulla enim hodie est sententia, quæ non habeat contradictorem, testis est *Cothman. cons. 26. n. 86. vol. 1.* Hinc Jurisprudentiam nominat *Bertrand. vol. 3. cons. 173.* proficuam somniorum artem, in quâ, qui plures excogitare potest rationes, excellere dicatur. Hinc tot millia consiliorum sunt, quæ sibi in uno eodemque litis casu contrariantur, tot millia inveniuntur Decisionum, quæ in unâ eademque facti specie discrepant; tot millia præjudiciorum in judiciis Romani Imperii audiuntur, quæ lites easdem diversimodè tamen deciderunt.

20. Si desideras, testimonium dabit tibi *JCtus Fulgosius*, qui de seipso in Commentario Codicis refert: quod consultò sæpè dissentiendi libidine contra communem opinionem insurrexerit, Auditores suos subtilibus, ast erroneis paverit & inescaverit ratiunculis.

21. Ergone putas, Christum Salvatorem nostrum iniquè reprehendisse Jurisperitos? Per verba: Nisi abundaverit justitia vestra, plus quàm Scribarum & Pharisæorum, h. e. (*juxta non meam, sed Rod. Zamorensis Sententiam,*) Legistarum & Jurisperitorum, non intrabitis in regnum cœlorum, *Matth. 5. v. 20.*

22. Hinc nonimmeritò noster Author removet Judices, Jurisperitos & doctos, inque locum eorundem substituit homines simplices, indoctos, modò literas in linguâ vernaculâ legere & scribere eruditos, sint tamen bonæ & integræ famæ.

23. Verum, quicquid sit JCtos extirpandos ideò non censeo, quia olim fuerunt, sic & hodie sunt in magno precio. Sextus Papirius, *de quo supra*

pra c. 2. n. 13 mentio facta, qui Leges Regias s. curiatas in unum corpus redegit, unus ex viris Principalibus fuit. Nam beneficio juris scientiæ, JURIS-PERITI Principem in republ. locum tenuerunt, teste *Cicerone*.

24. Sic Nobilem Juris scientiâ nobiliorem fieri, contestatur *Spartianus in Juliano*. Quod apud Romanos Scævolarum, Aquiliorum, Semproniorum, Cassiorum, Fabiorum, Maniliorum, Sulpitiorum, aliorumque JCtorum, præclara Facta probant.

25. Unde & Principes ipsi *JCtos* semper in precio vel maximo habuerunt. TRAJANUS inter alios *JCtos Neratium* tanti fecit, ut eum Successorem Regni delegerit. ADRIANUS *Salvium Julianum* summo in precio habuit. SEVERUS *Papianum* tanto honore coluit, ut eum affinitate sibi jungeret, & post mortem filiis, Tutorem constitueret: *Idem Ulpianum* nobilem *Phœnicem* amicum suum nominavit, ut parentem honoravit, ut fratrem ab injuriis militum proprio pallio texit & defendit; nec quicquam momentosi gessit, quòd in Consilio 20. JCtorum conclusum non esset. Idem quoque in THEODOSIO & VALENTINIANO constitutio Codici inserta laudat, *in l. humanum 8. C. de LL.* JUSTINIANUS quoque id ipsum exemplo suo probavit, qui Tribonianum, Theophilum & Dorotheum, cæterosque Antecessores, ad summas & illustres dignitates evexit Germanici quoque Imperatores JCtos semper ad gubernacula Rerumpublicarum adhibuerunt: LOTHARIUS *Irnerium*, FRIDERICHS, *Bulgarum*, *Martinum*, *Hugonem*, CAROLUS IV. *Bartolum*, quem tanto in honore habuit, ut eum, in Regiam quasi familiam adoptando, insignibus Regni Bohemici ornaverit.

26. Sic *Georgius Fridericus*. Marchio Brandeburgensis, Burggravius de Nürnberg, testabatur de suo regimine: Ego, inquit, Comites, Barones, Nobiles & denique JCtos mihi associavi, quorum ope & consiliis in gubernaculo usus, quosvis singulari experimento tentavi, quid valeant humeri cujusvis, quidvé ferre recusent, denique expertus fui, quod nec Comitum nec Baronum, nec Nobilium ope satis adjutus fuerim, solos juris Doctores mihi aptos ad gubernandum & laborandum in processibus judicavi & in hâc electione minimè deceptus fui.

27. Iniquum igitur esset eos à limine Judiciorum removeri, qvi ad Gubernacula Rerumpublicarum tot seculis idonei reputati fuerunt. Hinc non crederem nostrum *Octavium* seriò dedisse consilium de deponendis

jctis

JCtis, nisi forsan respexerit ad nostra tempora, quibus Jurisperiti in Aulis quorundam Principum, omnibus fermè aulicis, nobile saltem naturâ, licet nullâ virtute decoratum nomen præ se ferentibus, postponuntur, eorum consilia, nisi ad Principis sæpius à Cameralibus fictum interesse, sint conformia spernuntur, monita licet pro conscientiâ consulentium salubria negliguntur, & denique Nobili Prosapiæ ludibrio exponuntur. Eo enim casu pro jam bepositis, vel ad minimum suspensis habentur, nec ulteriorem expectare debent remotionem.

28. Quod autem in illorum locum simplices & Legum imperiti homines sint substituendi, hoc interdum fieri videmus præter intentionem substituentis, & possem Authoris nostri sententiam stabilire antiquo jure. Olim enim fuit judicandi potestas concessa militaribus etiam hominibus, qui sæpè nec legere nec scribere poterant. Quid enim esset obstaculi, eos, qui alicujus rei peritiam habeant, de eâdem re quoque judicare. Cum sciamus omnes homines per usum quotidianum approbatos fieri posse, ut & audiant, lites easdemque dirimant, & pro sui scientia altercationibus finem imponant. *Ita loquitur textus in l. pen. C. de judiciis,*

29. Scias tamen solùm de facto, non simul de jure cognovisse. Ideoque judices isti imperiti JCtos consuluisse leguntur, *Arg §. responsa 8. Instit. de jure natur.* Nec simul habuisse jurisdictionem. *l. ult. C. ubi & apud quem cognitio in Integr. rest. ag sit.*

30. Sed cùm Imperator Justinianus seculum juris definiti tacitum deprehenderit, sustulit legem de judiciorum ordine, ab Imperatore Zenone latam & improbavit, audiri judices legum ineruditos, qui non haberunt causarum experimentum, ideòque requisivit juris peritiam in judicibus, nec voluit pedaneos etiam judices, (qui, ut nonnulli conjiciunt, inde dicti quasi pedibus iverint in aliorum sententiam. **Fielen andern zu gefallen zu / wie ein Baur in die Stiffel /**) judicandi honestatem aliunde emendicare, *Nov 82. pr. & c. 1.*

31. Quippe debebant cum veritate & legum observatione judicium disponere, h. e. judicare de re controversa, *l. 14. pr. C. de judiciis.*

32. Si autem, secundum nostrum Authorem, etiam in Germania novi, & quidem imperiti Magistratus essent adornandi, & antiqui removendi, hoc tantùm

tantùm metuo, ne quàm multæ myriades causarum indecisarum intactæ relinquerentur. Nam simplicistæ non capere, quid acta & actitata sibi velint, neque facti speciem eruere possent. Quia absque legum peritiâ, cognoscere de jure controvertentium nemo poterit. Judici enim terminare aliquid antequam termini quæstionis intelligantur, difficile imò absurdum & stolidum esset. *L. Domitius Labeo 27. ff. qui testam. facer. poss.* Tolleretur respectus personarum, si doctus indoctum, peritus imperitum, plebs patriciam vel nobilem gentem regere deberet, imò minueretur providentia Magistralis. Omnis enim gens, sub majore JUDICE constituta, majorem sentit providentiam. *c. 6. §. 1. Novell. 15.* Nam simplicitas, quæ parit contemptum. *Curt. lib. 8. c. 2.* magis directè pugnat cum Majestate, quam quilibet Judex præ se fert, *l. 9. ff. de Jurisdict.* quàm versutia.

33. Taceo, quòd simplicistæ suo fallaci arbitrio omnia dirimerent, cùm tamen Judicis etiam docti arbitrio, quàm minimum sit permittendum, ut ex *Aristotel. 1. Rhetor.* benè monet *Scipio Gentilis lib. 4. de donat. int. virum & uxor. c. 9.* Arbitrium enim debet regulari à jure. *l. 1. ff. de usuris.* Non indulgere propriæ Voluntati *notab. est text, in C. judicet. 4. caus. 3. quæst. 7.* Nec esse liberum, vagum, indiscretum, pravum, vel ex proprio cerebello extractum, sed LLbus, regulis juris, rationi rectæ, justitiæ & artis, boni & æqui consentaneum, & ex illis, quæ probata sunt, formatum & ædificatum. *l. 1.* ibique Cothman. *ff. de Recept. Arb.* Simplicitas est quidem amica legum, sed non Legistarum, de quibus in *l. Nemini 11. pr. & § 1. C. de Advocat. divers. judic*, constitutum reperitur, quod non nisi aliquo gradu juris insignitis, judicandi officium usurpare liceat.

34. An autem & quatenus Judex simul Advocati partes, quas noster author defert cuilibet Magistratui, subire possit? Paucis me expediam. De Jure nostro non potest quis esse in eodem judicio, & Advocatus & Judex, *l. 6. pr. C. de Postulando.* Imò, si desierit Advocatus, adhuc tamen operam in dirimendâ causâ præbere nequit, propter pristinam affectionem, quâ causæ, à se defensæ, deditus esse præsumitur. *l. Prætor. 17. ff. de Jurisd. omn. judic.* Si autem maluerit consulere partibus, abstrahi debet à judicandi munere. *l. 14. pr. ff. de Assessorib.* Supplere autem potest ea, quæ desunt Advocatis in juris allegationibus *l. un. C. ut quæ des. Advoc. part. judex supp.* Et hoc non tantùm in primâ, sed ulteriori instantia. Si pars Appellata absens fuerit, & contraria judicatis opposita Judex deprehenderit, *l. ult. §. 1. in*

 fin. C.

fin. C. de Appellat. In facto autem nihil supplere debet, quia proprio motu impostulatus, sponte officium non communicat, ne videatur uni parti, magis, quàm alteri adsistere. *l. 4. §. Hoc autem 8. ff. de damn. infecto.*

35. *Postremò*, judicium meum esto hoc: suaderem, non esse removendos hodiernos Magistratus, JCtos, Doctores, aliosqué Jurisperitos; sed potiùs unicuiq;, sive fuerit Cancellarius, Consiliarius, Consul, Senator, & quilibet Prætor, id est, omnis is, qui Jurisdictionem habet injungendum, ut strenuè justitiæ administrandæ advigilet, & si parùm idoneus, vel claudicans repertus fuerit, id est, si justitiam torquere, retardare, inclinare semel iterumque cæperit, cum infamiâ deponatur, removeatur, in exilium deportetur, id verò, quod turpiter cæpit, muneribus occœcatus, fisco applicetur. *L. Lucius 9. ff. de jure fisci.*

CAPUT IV.

De removendis Advocatis & Procuratoribus à Limine Judicii.

Helt Octavius Pisani beständig davor / und bewehrt es mit vielen Gründen / daß alle Advocaten und Procuratorn gäntzlich abzuschaffen / und keiner von selbigen weder bey den Civil noch Moral, noch weniger aber bey den Criminal-Gerichten zu dulden sey / weiln die Advocaten nichts anders thäten / als daß Sie das wahre Factum, so offt es ihren Principaln schädlich fallen köndte / verkehrten / mit seinen Umständen fälschlich / und allein zu Vortheil ihrer Parthey / wie etwa ein jeder seine Gedanken zur Application der Rechten gerichtet / und den Sieg davon zu tragen verhoffet / einzurichten pflegen; Wodurch der Richter offtmals zu ungerechten Urthel verführet würde / dann wann die Advocaten es auf diese Weis nicht machen würden / köndten Sie den Partheyen vor das empfangene Geld sonst keine Satisfaction geben. Ich (sagt Octavianus an andern Ort /) hab offtermal und gemeiniglich wahrgenommen und gesehen / daß die Procesß gewonnen oder verlohren werden /

werden/ nicht aus wahren Rationibus, und Rechts-Ursachen / sondern weil ein listiger und abgeführter/ spitzfindiger Advocat, den andern Advocaten, der in Procefs-Sachen nicht so schlauch und listig/ oder im Schreiben/ concipiren, Münd- und Schrifftlichen recessiren so abgeführt und verschlagen/ hat können ertappen/ (erwischen/) über den Tölpel werffen/ Ihm einen Ranck angewinnen/ Ihn zu übereilen/ oder in Procefs zu übervortheilen. Gleichwohl in diesem allen offt die ganze Victori des Rechts-Handels bestehet: Dann etliche Advocaten und Procuratoren setzen bißweilen per figmenta etliche Wort oder Ding in Procefs, zum vermeinten Vortheil ihrer Principaln, und werden eben dadurch nachmals von ihrem Gegen-Anwaldt auf faulen Fischen ertappet / daß Sie dadurch offtmals/ auch in einer gerechter Sach/ niederliegen/ und das muß hernach die Parthey / deren Sie also unvorsichtig gedient haben/ ohnschuldig entgelten/ welches ja ein verdammliches Wesen. Hingegen wenn man die Advocaten, Fürsprecher und Procuratorn abschaffet / und die Partheyen bekennen müssen/ daß Sie merita causæ, das ist / das Recht oder Rationes und Gründ ihrer Streit-Sach / vor der Obrigkeit Ordnungs-mässig selbst nicht wissen vorzubringen / und beklagen sich/ Sie möchten darüber wider Recht verdammt / und der Sachen verlustig erkandt werden/ so geschichts dann / daß die Richter selbst der Advocaten und Vorsprecher Stell vertretten/ und sich so wohl der einen als der andern Parthey/ gleich den Schiedsmännern / gemein machen/ und was so wohl dem Kläger als Beklagten zu thun oder zu lassen/ mit einrathen/ beeden Theilen gleich zugethan seyn müssen/ und das ist Ihnen verträglicher/ weil Sie den Richtern/ wie auch den Advocaten keinen Sold noch Lohn darum zu reichen schuldig. Wann aber der Richter die Person der Advocaten annimmt/ so muß Er sich unparteyisch halten/ das ist/ Er muß hören was der eine Theil sagt und verbringt / und nachdem Er das jenige verstanden/ was dieser saget/ so muß Er wohl zusehen/ was man noch mehr zu seinen favor, oder Ihm zum Besten anführen köndte/ jedoch ohne falsch

etwas von der Wahrheit abzuthun/ und derselben zuzusetzen / und nachdem Er dieses gethan/so soll Er ingleichen hören und wohl einnehmen/was die andere Parthey sagt: Und ebener Gestalt wohl bedenken/was man derselben andern Parthey noch zum Besten wider die erste reden köndte/ohne etwas von dem/was geschehen ist / ab- oder zuzuthun.

CAP. IV.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Advocatorum defectus facit cessare litigia.

II. India caret Advocatis, & quare?

III. Germani olim fastiderunt lites, ideoque fuerunt felices.

IV. Sed hodie plures sunt quàm corvi. Melius censetur nonnullos injustè opprimi, quàm totam Rempublicam litibus inquietari.

V. Advocati sunt litium confusores.

VI. Construunt Stratagemata forensia. Juristen-Possen.

VII. Absque conspicillis videre non possunt.

VIII. Affectant lucellum, & Juris prudentiam reddunt contemptibilem, & Advocati & Procuratores.

IX. Ideò Imperator Fridericus III. eosdem exterminare conclusit Anno 1441.

X. Quem Machiavellus secutus, eosdem ex Florentino Ducatu profligare voluit.

XI. Nec

xi. Nec Nobiles Megapolitani aliud votum de Dd. expellendis concipiunt.

xii. Contraria tamen ſententia de retinendis Advocatis & Procuratoribus æquior & mitior judicatur.

xiii. Quia Advocati militant pro patriâ, & Spes ſunt afflictorum.

xiv. Gaudent ut Doctores Privilegiis Nobilium.

xv. Et lucent quaſi Splendor firmamenti, ſi ſc. Juſtitiam promovent.

xvi. Indignos autem ſe reddunt privilegiis prævaricationis crimine, quod in illis graviter punitur.

xvii. Diſtinctio inter Advocatos Juniores & Seniores: Exercitatos & minùs exercitatos, judiciis recommendatur.

xviii. Advocatorum officium, in quo conſiſtat, brevibus exponitur.

xix. Litem injuſtam defendendam, non ſuſcipiant, ſuſceptam autem maturè deſerant, graviter aliàs peccant.

I.



Oſter Author, pro litium abbreviandarum remedio, ponit etiam Advocatorum & Procuratorum remotionem, & non ſine ratione, quia, *ubi deſunt Advocati*, ibi cauſæ & litigia deerunt, ubi verò *Advocatorum* turba ſtrepit, ibi litium anfractibus tota Civitas ardebit, nec domus aliqua à litigio vacabit; *Johann. Bapt. Magon. de rect. Patrocin. ratione p. 1. c. 11. n. 9.*

2. Hinc Imperatorem Ferdinandum Advocatos non misisse in Indiam, ne litium Semina mitterentur, refert *Bodinus lib. 5. de Republ. cap. 1.*

3. Et *Rodericus Zamorens.* Hispanus, recenset, se vidisse populatissimas *in Germaniâ* Civitates, ubi paucissimæ lites fuerunt, quia Advocati defuerunt, sibi verò causam quærenti responderent, cum risu: *Ultimam esse litem Primæ.* Der ersten Strittigkeit / folge der letzte Rechts Procefs.

4. O felicem eo tempore Germaniam! hoc seculo plus Advocatorum quàm corvorum: Plurimi quidem pleruumque non litigarent, sed potiùs injustè paterentur, nisi Advocatorum pronitas adesset, qui vincere litem pollicerentur. Plures periêre armorum fiduciâ, quàm penuriâ: Tolle frenetico arma, præstabis & ei vitam: Tolle cupidis litigandi ministros, simul tolles & lites. *Rodericus Zamorens. d. lib. 2. c. 18.* Ubi arbitratur minus perniciosum, quosdam injustè opprimi ob defensionis, advocationisque defectum, quàm plurimos, imò ipsam Rempublicam, ejusque quietem tot tantisque, ut cernimus, litium perturbationibus concuti atque subverti. *Magon. de rect. patr. rat. pag. 1. c. 11. n. 10.*

5. Nam Advocati, inprimis juniores, sunt & dicuntur litium confusores. Factum quodcunque sæpe utcunque capiunt, idque in transcursu quasi. Huic Facto malè apprehenso, ut fundamento labili superædificant jura pejus applicata. Nam in causa Jus positum est. *l. 52. §. 2. ff. ad L. aquil.* Quam causam vel mutilatim vel excessivè, multis falsò superadditis circumstantiis referunt, & sic Jus in falsificatâ causa ponunt. Unde post tantos labores, tautæque moræ sumptuum & molestarum interventum, processus instar fili undique latè fumosi nectitur, & educitur, ut quod horâ unâ optimè componi posset litigium, de eo anni plures consumantur pessimè, *Magn. Pegel. in thes. rer. select. pag. 10.*

6. Semel enim implicita causa & malè detorta facti Species, longam moram postulat, ad ejusdem explicationem, sumptus quoque & molestiæ abundanter intercedunt. Utuntur quoque frequentiùs & communiùs simulatione & dissimulationione, construunt etiam stratagemata forensia, Juristens Possen/ quasi licita essent in bellis: Cùm litis contestatio nihil aliud sit quàm prælium civile, ergò in illis argutias, deceptiones, dolos, mendacia & perjuria licita esse opinantur. *Parth. Litigios. lib. 1. c. 10. n. 31. 32.*

7. Et

7. Et sic, secundum nostrum Octavium, neque Judex solus, neque cum Judice simul Advocatus sufficiunt causam bonam vel instruere, vel decidere, sed uterque absque conspicillis scripturas videre non potest.

8. Nam quærunt ac inquirunt, & ut inde aliquid lucri capiant, decipiunt, lites procrastinant, literas obliterant, Sigilla sugillant. Hoc nisi liceat, dicere solet illa rabies: So möcht wohl der Teuffel ein Jurist seyn. Author vom Justitien-Werck. p. m. 94. Ita affectantes Lucellum à Collitigatoribus Jurisprudentiam reddunt contemptibilem, quod fieri videmus, si per Juris allegationum plaustra, potiùs marsupium quàm chartam implere satagunt, quibus corrumpunt causam, vel intricant, ut lites fiant immortales. O mores Germanorum pessimi! De Procuratoribus idem est Judicium. Nam nec hi poterunt subsistere remotis Advocatis, quibus adminiculantur isti: Denn diese verschiessen die Pfeil/ so jene geschmiedet. Hoc ipsum probè ponderavit

9. Imperator Fridericus III. ideò de Legistis, ab omni Consilio arcendis, & ex Judiciorum Subselliis relegandis, inivit consilium. Cujus verba memorabilia hæc sunt: Daß alle Doctores der Rechten im Heil. Römischen Reich/ Teutscher Nation, am Cammer-Gericht/ bey keinem Rechten/ und in keines Fürsten oder andern Rathstuben/ mehr gelitten/ sondern gantz abgethan werden solln/ weil Ihnen das Recht mehr/dann den Leyen verschlossen ist/ und kan ihrer keiner ein Schlüssel dazu finden/ biß beede Theil arm werden/ oder gar verdorben sind. Sie seynd Stiff-Väter/ und nicht die rechten Erben der Recht; Dann Sie nehmen Ihnen den Grund der Wahrheit/ und bringen durch ihren unordentlichen Geitz das Recht zu solchen Unglauben/ daß kein frommer Mann sein Vertrauen darein setzen kan. Hæc verba recensentur à Goldasto in Reichs-Satzungen/ ubi in Specie agit de Imperatoris Friederici reformatione de Anno 1442. pag. 164.

10. Hoc dogma de extirpandis Juris Doctoribus Machiavellus igneus iste Florentinus BORGIÆ suo quoque instillavit,

11. Et Megapolitani Nobiles, ut sæpius audivi, sive seriò, sive per Jocum senserint, posset de ipsis quæri, judicium formant tale, dicentes: Nostri Doctores Juris, Advocati & Procuratores, (nam in Dicasterio sive judicio provinciali Megapolensi non admittuntur ad Procuraturam, nisi gradu Docto-

Doctorali insigniti fuerint,) quotquot eorum sunt, merentur in luporum dorsis reponi, & canibus extra provinciam fugari, ut unâ simul operâ & lupis & Doctoribus purgaretur provincia.

12. Verùm quicquid sit, Advocati suam etiam merentur laudem, nec sunt profligandi, modò sint *conscientiosi, & litium abbreviatores.* Nam eorum officium est publicum, & humano Generi maximè proficuum. *l. Advocati 4. pr. C. de Advocat. divers. Judicium.* Si ad lucidationem justitiæ, & non ad subversionem veritatis exercetur. *Magon. de rect. Patroc. ratione part. 1. c. 6. n. 18.*

13. Hinc militibus, pro patriâ decertantibus, æquiparantur, qui gloriosæ vocis munimine laborantium, h. e. *Afflictorum & Suppressorum* Spem, vitam & posteros defendunt. *l. 14. C. de Advoc. divers. judiciorum.*

14. Accedit, quòd Advocati in Germaniâ, ut plurimum dignitate gradûs Doctorei decorentur, & omnibus nobilium privilegiis gaudeant, quibus, ut Doctoribus, etiam sine speciali Imperatoris permissu, insignia Nobilium, h. e. Wappen mit offenem Schild und Helm / gerere & usurpare licet, dummodo ab insignibus certæ familiæ, propriis abstineant. *Bocer. de privilegiis, Dd. ubi allegat Chassaneum. part. 1. Catalog. glor. mundi. Conclus. 20.*

15. Adde, quod Doctores quasi Splendor Firmamenti lucere, & tanquam luminosæ Candelæ Firmamenti, universi orbis corpus, profligatis errorum tenebris, velut Sydus matutinum, & Stellæ in omnem æternitatem mansuræ, irradiare dicuntur. *c. Super Specula 5. X. de Magistris.* Et licet de Theologiæ Dd. textus loquatur, ad Sacerdotes tamen justitiæ eâdem ratione extenditur.

16. Illos itaque absque causa deponi, & quasi degradari iniquissimum esset. Aliud dicendum foret, si circa officium deliquisse probati fuerint, veluti si perperam advocando prævaricationis vel collusionis crimen admiserint, tunc exuuntur privilegiis & plebeis assimilantur. *Arg. textus in cap. fin. X. de immunitate Eccles.* imò infames fiunt, *l. 4. §. 4. ff. de his qui notantur infam.* Aliisque pœnis extraordinariis subjugantur. *l. 2. & 4. ff. de prævaricat.* Criminaliter autem puniuntur Procuratores prævaricantes: Werden an Pranger und Halseisen gestellet/mit Ruthen ausgehauen und des Landes verwiesen. *Constitut. Crim. Carol. V. artic. 115.*

17. Cùm

17. Cùm itaque, contra Octavium nostrum, sint tolerandi Advocati, inter eosdem in Judiciis, ut satisfaciamus obstaculo, nostro ab Authore moto, erit discrimen adhibendum, quod III. Imperatores, Valentinianus & Valens cum Gratiano, *in l. providendum 7. C. de postulando, praescribunt.* Hujus praescripti forma haec est: *Advocati, quos vel meritum vel vetustas in foro nobilissimos fecit, à Rudibus & Tyronibus erunt discernendi, ut fiat à Judice par distributio Causidicorum, ne sc. ex unâ parte litigatorum stet peritus, ex alterâ imperitus. Nam paris defensionis copia huic subtraheretur, illi verò auxilium inaequatum superadderetur.* Quod fieri olim non debuit, sed hodie non attenditur, ideoquè & huic nostro Authori dedit causam indignationis, quà vehementiùs invehitur in Judicia hodierna. Inprimis, cùm perspexerit nostros Germanos Judices interdum colludere cum partibus, dum huic minus idoneum, illi magis exercitatum adjungunt Advocatum, pro favore sc. quem partes vel precibus, vel precio meruerunt.

18. Deinde Advocatis erit injungendum, ut saltem Agant Quod Causa Desiderat, seque temperent Ab Iniuria. Quae officii Regula ipsis jamdudum praescripta legitur *in l. 6. §. 1. C. de postulando.* Sed proh dolor à multis neglecta. Non agunt autem, quod causa desiderat, si judicium superfluis Recessibus, & Recessus pluribus jurium allegatis, quae judex nosse debet, onerant. Quibus, si in Scriptis convitiantur, manus, si autem ore maledicunt, linguas praecidendas esse, *S. Bernhardus* dixit.

19. Tandem non suscipiant injustam causam, & si susceperint ignari, in tempore abstrahantur. Peccat enim in Spiritum Sanctum, qui *scienter* defendit lites injustas. *Ita sensit Jacobus Benius tract. de privil. Dd. privileg. 71. n. 32.* Ergò eidem tàm Voluntariè peccanti, non relinquitur pro peccatis hostia; Sed manebit ipsum terribilis expectatio judicii & ignis aemulatio, quae consumtura est ejusmodi controvertentes. *Ebreor. c. 10. v. 26. & 27.*

CAPUT V.
De remotione Notariorum, quos Tabellarios nominamus.

DAnn sagt Octavianus, daß die Keys. Notarien und gemeine Schreiber zu nichts nutz/sondern dem gemeinen Wesen mehr

schäd-

schädlich fallen/ dann es entstünde aus ihrer Arbeit dieses incon-veniens, daß die Schrifften / die vermittels solcher Notarien und Zeugen täglich verfertiget werden/ und andere Acta zu nichts anders dieneten/ als Zanck/Proceſs, Verwirrung/ Unrichtigkeit und Klagen anzurichten/ wordurch die zwistige Partheyen in Unkosten gebracht/ und zum Spendiren angenöthiget werden / dann das Gesetz oder vielmehr die eingeruckte exceptio des vermittenen Argwohns der Furcht/ der Zunöthigung und des Betrugs ist nicht genug/ solchen durch die Notarien aufgerichten Schrifften und Contracten das ewige Stillschweigen und paratam executionem zugeben / oder aufzulegen/ sondern man hab sich vielmehr grosser Disputats und Wort-Gezäncks zu besorgen/ wodurch der Creditor, dem etwas zu zahlen verschrieben/ zur Befriedigung nicht gelangen kan. Item: Man erlaubt jederman nach selbst-eigenen Gefallen und Belieben zu contrahirn, und brauchen die Contrahenten Zeugen / Notarien und liederliche Diener/ und soll diß allein Ihnen zu unser Zeit gnug seyn/ wann sie gewiß seyn wollen/ daß ein Contract durch Notarien und Zeugen/ (auch wohl zum öfftern ohne Zeugen) aufgerichtet und zu Papier gebracht worden: nichts achtende/ ob ein solcher Contract wohl oder übel gefertiget/ das ist/ zum Præjudiß und Schaden des ein und andern Theils/ oder auch zu Abbruch eines Tertii und Nachtheil der nächsten Erben gereichen/ und übel/ nemlich zu nichts anders als zu Zanck und Streit ausschlagen könne: Weil die ein und andere Parthey nicht wohl informirt, und des Handels kündig gewesen / sondern öffters übereilet/ ja zuweiln übern Tölpel geworffen / und also entstehen Proceſs, und müssen die Advocaten, wiewohl vergeblich / dahin laboriren / daß Sie ein solchen nichtigen Contract in seinen Würden behalten / suchen also remedia post vulneratam causam, und nachdem der Kopff entzwey / suchen Sie erst mit der Wund-Artzney denselben wieder zu heilen. Sie verhüten und sorgen nicht/ daß man vorhero Fleiß anwende/ wie man den Hals nicht brechen möge/ und nachdem an solchen allen die Notarii Schuld/ so wäre nicht unbillich/ daß Sie gar abgeschaffet würden.

CAP. V.

CAPITIS V.
Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Sunt Notarii discordiarum ebuccinatores & succenturisati litium protelatores.
II. Sunt Servi publici.
III. Quorum imperitia totum mundum destruit.
IV. Contrahentes in discrimen inducunt, ideò quod efficaciam clausularum, in contractibus appositarum, ignorent.
V. Errores eorum:
VI. Et mores recensentur.
VII. Hodie Notariatus honor est & dignitas.
VIII. Et Notariorum ordo est clarissimus.
IX. Apud Germanos in quatuor classes rediguntur. In primâ classe sunt Protonotarii, quorum officium describitur.
X. In secundâ classe Notarii sunt Cameræ Imperialis, Actuarii vel Secretarii.
XI. Comparantur cum Primi-ceriis & Secundi-ceriis.
XII. Tertii ordinis notarii sunt immatriculati.
XIII. Quarti ordinis verò sunt Communes Scribæ vel Tabularii, qui matriculæ Cameræ Imperialis non inseruntur,

XIV. Non sunt hi ultimi removendi, quamdiu juramento præstito satis-faciunt.

XV. Juramenti formula annectitur, cujus tamen ultima clausula hodie in desuetudinem abiit.

I.



Otarios, Scribas & Tabellarios removet Author noster, tanquam discordiarum Ebuccinatores & Succenturiatos litium protelatores, propter eorundem imperitiam, & quòd causentur litigia, & sint instrumenta rixarum, exinde proficiscentium querelarum, actionum & Processuum.

2. Nam & olim servilis fuerunt conditionis, & vilissimum erat eorum officium, quia Servi sunt publici. *Johan. de Plat in rubr. C. de Tabular.* nec hodienum sunt sufficientes in conficiendis contractibus, ut omnem materiam litis futuræ præcaverent.

3. Quandoque enim ponunt Clausulas & verba extra materiam, quæ intentioni contrahentium postea magis nociva, quàm proficua deprehenduntur, quorum imprudentiam graviter taxat *Rolland. à Valle Cons. 54. n. 26.* dicendo, quòd illorum imperitia totum mundum destruat, & conscientias bonorum Virorum in magna pericula conjiciat.

4. *Anton Faber lib. 7. tit. 7. definit. 16. inquit:* Notariorum Instrumenta aliis lucrum, aliis damnum indebitè & malitiosè afferentia, plurimas suscitarunt lites, ideò quòd efficaciam Clausularum nesciant, & per consequens litigatores in discrimen adducant.

5. Vides enim quotidiè, *monente Casparo Glok. Cons. 35. n. 201.* quòd nonnulli Notariorum suos habeant Advocatos litigiosos, quibus omnes deferunt lites. Nonnulli scribunt testes juràsse, qui injurati deposuerunt. Nonnulli secreta Processus nondum publicati evulgant. Nonnulli mille alia litium

litium protelandarum vafrimenta noverunt & cognoverunt, & quod si per Notarios Commissiones expediantur, magna sequitur pernicies fortunarum, dignitatum, honorum, imò & vitæ ipsius jactura.

6. Unde plures sunt similes picæ & Psittaco, qui stant in palatiis Dominorum, & nesciunt quid loquantur, ut tersim eorum errores & imperitiam detigit *Ventura de Valentiis in suo Parthen. litigioso lib. 1. c. 9. n. 34. 35. & 36.*

7. Verùm, quicquid sit: *Notariatus* hodiè est honor & dignitas, quæ non defertur personis vilibus & indignis, quibus portæ dignitatis patere non debent. *c. Inter dilectos 11. X. de excess. prælat. c. infamibus X. de R. J. in 6.*

8. Nec supra dicta sunt intelligenda de probis & legalibus Notariis, quorum ordo est honestus, imò clarissimus. *l. 4. §. 2. C. de Advoc. divers. judicum.*

9. Ut autem ordinem illorum, pro more Germanorum, perfectius cognoscas, in quatuor classes redigo Notarios. In primâ sunt *Protonotarii* tanquam primarii. Isti sunt excellentes, nam eorum officium est celeberrimum, qui non tantùm Secretarii, sed supra alios quosvis Secretarios collocari, & Doctoribus practicis æquiparari solent. Hi, constituti in Camera Imperiali, Procuratorum Recessus orales ad verbum conscribunt, longiores aliave de causa prohibitos notant, nullo assessore conscribente, concipiunt omnia mandata & rescripta. Assiduè Senatui assident, Assessorum sententias & suffragia, præsertim indefinitivis, conscribunt, sententiæ formam ex mente Majoris partis (nullâ præviâ dictaturâ, ut solet Secretariis fieri in judiciis inferioribus) concipiunt, & DNN. Referentibus subscribendam porrigunt. In Judicio gesta & dicta juncto Notario excipiunt, errores, in protocollis observatos, judici & Assessoribus indicant, submissiones Codici suo inscribunt, & Lectoribus tradunt, ut acta compleantur. Hîc nota consilium: Si forsan allaboras causam, & litem tuam in Camera Spirensi ad finem perducere, præprimis consule hos Protonotarios, & tibi viam præparabunt ad definitivam. Ut denique concludam: Annua Sententiarum volumina describunt.

10. 2. In Classe secunda sunt Notarii Cameræ secundarii, hi sunt Actuarii.

arii, qui loco Secretariorum, idem quod Protonotarii factitant, illis succedere possunt, si in actionibus semet præstiterint dignos. Acta conclusa, cum Lectoribus, unà complere solent. Protonotariorum absentiam vel impeditorum locum supplent. Illis repertoriorum cura incumbit, in margine cujusvis Protocolli verbum COMPLET cum die & anno annotant, si in Titulaturâ sive Inscriptione Recessus à Procuratoribus error sive mendum commissum, indicare debent Præfecto. Quando causa decisa, in Protocollo debent annotare verbum EXPEDITUM.

11. Illis duobus assimulo *Primicerios* & Secundicerios. Nam & hi fuerunt Notarii primi & secundi ordinis, ut conspicere licet *ex tot. tit. 7. lib. 12. Codicis repetitæ lectionis.*

12. Tertii ordinis Notarii sunt immatriculati, quorum nomina à Simone Günthero, ab initio Cameræ Imperialis introducta, usque ad annum 1651. secundum Alphabetum collecta sunt, inter quos Notarios etiam multi reperiuntur Doctores, Magistri, Advocati, Syndici, Secretarii, Præfecti, Senatores, qui vel in Camera Imperiali, vel etiam per Commissarios rigerosè examinati, Legales fuerunt reperti, qui soli, remotis aliis, Processus Camerales insinuare solent. Horum conditio sæpiùs tàm fæcunda est, ut sortem cum Practicis Advocatis non facilè mutarent.

13. Quarti & ultimi Ordinis Notarii sunt nostri communes Scribæ, vel Tabularii, qui vel à Juridicâ Facultate alicujus universitatis, (cui Comitiva ab Imperatore concessa reperitur,) vel ab ipsis Comitibus *Palatinis* creantur. De his quoque non dicerem, quòd omnes & singuli sint legum imperiti, quamvis plurima pars inter Legistas numerari non possit, probæ tamen & infucatæ vitæ aliquos reperies, qui de malignantium vitiis non participant, sed bono publico fideliter inserviunt, & licet aliqui fuerint imperiti, magnam tamen peritiam æstimato, si ferre potes aliorum imperitiam, ut olim Pythagoras judicavit.

Si enim hos omnes vel saltem tertii vel quarti ordinis Notarios removere malueris, vel centum innocentes cum nocentibus simul è medio sustuleris, quod nefas esse judico, quia & Juri divino contrariatur. *Gen. 18. v. 25.* Nam usque dum juramento præstito fidem servaverint, patienter tolerandi erunt, & sic officium eorum & utile & necessarium, sin minus ut perjurii removendi,

movendi. Ut autem scias, ad quod juramentum obligentur, formulam tibi apponere volui, quæ in meâ Sciagraphia Processus judiciarij omissa fuit.

15. Notariat-Eyd.

Ihr sollet schwehren zu GOtt dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd / erstlich / daß / wann ihr nun zu einem offenbahren Notario creiret seyd / der Röm. Keyserl. Majestät / Unserm Allergnädigsten Herrn / und dero rechtmässigen Successorn, Römischen Keyser und Königen / wie auch dem gantzen H. Röm. Reich / und dessen vereinigten Gliedmassen / ihr jederzeit treu und hold seyn / deren aller Schaden warnẽ / und so viel an Euch ist / hindern / dem jenigen / so widerig / nicht beywohnen / sondern ihro Bestes jederzeit defendiren / fördern / und allen besorgenden Schaden nach Möglichkeit wollet helffen abwenden.

Zum andern / daß / wann Ihr von Ampts wegen zu einigen Geschäfften erfordert / das jenige / so Ihr sehet und höret / was vor Euch geschicht und gehandelt wird / ohne alle Partheylichkeit fleissig ad notam nehmen / treulich protocolliren: Instrumenta, sie seyn Publica oder Privata, Testamenta, Codicillen, Gerichtliche Acta, auch sonsten alles und jedes anders / so Euch Ampts-wegen zu verrichten oblieget / und aufgetragen werden mag / der Gebühr nach / ohne Ansehung der Person / ausfertigen: Hingegen nichts gefährliches aus Haß / Feindschafft / Gunst / Freundschafft /

schafft/ Falsch / Betrug / noch um Geld und Geschenck/oder dergleichen ichtwas zu keinem mahl vorgehen lassen/ oder selbst werckstellig machen wollet.


Drittens / daß ihr die jenige Schrifften/ so in publicam formam zu bringen / auf rein sauber und ohnverletzt Pergament oder Papier / treulich und nach Lands-Gewohnheit rein und sauber schreiben / fleissig revidirn und nachlesen: Und da ihr selbst zu schreiben behindert/ einem andern solches zu verrichten auftragen/ und allzeit dabey beobachten wollet / daß kein Falsch-noch Verdächtigkeit mit unterlauffe.

Vierdtens / daß ihr bey gerichtlichen Zeugen Führ-oder Verhörungen und andern Judicial-Actibus und Handlungen aufrichtige Protocolla halten ; Davon nichts offenbahren/ sondern verschwiegen seyn/ deßgleichen keinen wucherlichen oder unziemlichen Contract und Handlung aufrichten / oder solches andern gestatten / fürters / den beschriebenen Rechten/ des H. Reichs Gesetzen; Insonderheit dem im Jahr 1512. zu Cöllen aufgerichteten Abschied / in allen und jeden Puncten und Clausulen nachleben: Und sonst auch das jenige/ was sich Lands-Art und guter Sitten halber/ geziemt /und rechtschaffenen offenbahren Notariis wohl anstehet und gebühret / uffs Beste verrichten wollet.

Letzlich sollet ihr auch/dem gemeinen Nutzen zum Besten/ in viis regiis auf öffentlichen Weg und Steg/ Wasser-

Waſſerbrücken und Uberfahrden/ daß dieſelbe in gutem Stand erhalten/ und wann ſie bußwürdig befunden/ deren Gebrechen allenthalben gebeſſert/ fleiſſige Auffſicht haben/ auch ſonſten in Obacht nehmen/ daß frembde durchreiſende/ beförders Kauff- und Fuhr-Leut/ mit keinem ungewöhnlichen neuen Zoll/ Weg- und Fahr-Geld beläſtiget werden/ ſondern/ da dergleichen befindlich/ ſolches der Obrigkeit des Orts/ wo ihr Euch aufhaltet/ jederzeit beſcheidentlich andeuten/ und wann auf Euer Erinnern kein Remedirung geſchicht/ ſolches dem Keyſ. Fiſcali zu verſtehen geben. Hæc clauſula, quia multam invidiam & odium Notariis contraxit, jam dudum remiſſa in deſuetudinem abivit.

Hactenus Prolegomena, quæ noſtri Authoris ductu in 5. capitibus huic Tractatui præmittere volui, & ſic abſoluta eſt pars prima.



Sequitur jam in alterâ parte Tractatus de Civili Judicio.

CAP. VI.

De Deſcriptione rerum immobilium, utpote Prædiorum, & de eorundem appertinentiis.

H Vom

Vom Bürgerlichen Gericht/und dem jenigen/so dabey in Obacht zu nehmen/ als : Vom Beschreibung aller unbeweglichen Gütter und Gründ/auch derselben Zugehörungen.

ERstlich sollen in einer jeden Stadt/ Marck und Dorffschafft alle liegende Gründ/als Haus/Hoff/Aecker/Wiesen/Holtz/Fischwasser/dann alle Lehen-Gütter mit ihren Pertinentien, samt allen anstossenden Märcken und Gräntzen/ aufs fleissigste verzeichnet und beschrieben/ dann auch über ein jedes Ampt und Landschafft/darinn die Städt/Flecken und Dörffer gelegen/ von erfahrnen Feldmessern und Mahlern ein richtiger Abriß gefertiget werden/damit ein jede Obrigkeit/ die rechte Maß und Größ ihres Territorii, Grund und Bodens / mit allen Angräntzungen/ stets vor Augen haben könne. Zumandern sollen auch die Intraden, was ein jedes Gut jährlich an erbauten Getraid/ Zinß- und Güld-Pension und Pacht/ Ordinar- und Extra-Ordinar-Steuer erträgt / in absonderliche Bücher geschrieben werden. Dann sollen aufgezeichnet werden vors dritte alle Donationes und Schenck-Brieff/ alle Pfand-Verschreibung/ Servitutes und Dienstbarkeiten/ alle Obligationes, Contract und Verbindung/ so nicht allein zwischen Bürgern und Bauern/ sondern auch denen von Adel und Geschlechtern vorgehen/getroffen und verabhandelt werden/ so sollen auch Adeliche Sitz und Gütter / so wohl frey als verpfändt / mit ihren Einkünfften/dann auch ihre Heyrath-Gütter / wachsend- und abnehmende Interesse verzeichnet : Und diese Verzeichnuß soll 5. in ein allgemein Archiv gebracht/und darinn asservirt werden/welches Gründ-Buch oder æstimum, und die bißhero aufgerichtete Libri Contractuum zum Fundament der Warheit gesetzt/ allen Unterthanen/ Adel und Unadel/ zu Fried und Einigkeit dienen : So daß

Sie

Sie vor allen Zanck und Zwietracht gesichert stehen können. Müste aber bey Lebens-Straff nichts Falsches und Unrechtes ins Archiv geschrieben werden. Dann 6. sollen gewissenhaffte und hierzu verayde te Obrigkeits-Personen fest darüber halten / daß mit ihren Wissen allein das jenige/was wahr und recht ist / solchen Contract-Büchern einverleibet werde.

CAP. VI.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Designatio bonorum immobilium fieri debet per confectionem librorum æstimi s. Catastri, als Steur-Bücher und Anschlags-Register.

II. Per illos libros æqualiter distribuatur census.

III. Describantur agri præsentibus Officialibus cujusque loci.

IV. Forma censualis antiqua confertur cum hodierna, Daß man ein gantze Landschafft von verständigen Feldmessern in richtige Marckscheidung setze / welche so dann von einem erfahrnen Mahler in Abriß gebracht werde.

V. Ratio redditur, ne fallamur in modi renunciatione futurâ, & quæstio de termino moto non retardetur.

VI. Indictiones, unde Ortum suum traxerint.

VII. Præses Provinciæ, h. e. Quilibet superior Magistra-

tus prospicere debet, ne graventur Subditi per falsam descriptionem.

VIII. Ideò Censitores juramento sunt obstringendi.

IX. Mos antiquus peræquandi tributorum onera recensetur.

X. Imperator Tiberius Decreta exemptionis per furtivam deprecationem emanata iterum cassavit.

XI. Omnes quorum interest, convocari debent in Catastri confectione & renovatione.

XII. Catastrum ritè confectum est loco promissionis, & quasi contractus.

XIII. Germanorum querela de inæqualitate contribuentium.

XIV. Non est nova, sed audita ante XIII. Secula.

XV. Contra quam Afflictionem olim Defensores Civitatum constituti.

XVI. Defensoribus Civitatum omnia documenta olim insinuabantur.

XVII. Quæ insinuatio & hodie necessaria est, in alienationibus fundorum, quibus libri censuales mutantur.

XVIII. Recensetur communis abusus in alienandis immobilibus per Germaniam.

XIX. Hodie nullum est communius, quàm Stellionatus, crimen.

XX. Ager à vero Dominô desertus, & ab aliô occupatus, lapso biennio, irrevocabiliter occupantis fit proprius.

XXI.

XXI. Quæstio feudalis: Utrum Vasallus ad Domini Directi jussum feudi partes etiam minimas designare teneatur? exemplificatur præjudicio.

XX. Et denique authoritate Juris affirmativa stabilitur.

I.



AD diminuendas lites non inconsultum videtur, Subditorum bona, imprimis immobilia, designari, ut quilibet magistratus, vel primo intuitu, ante oculos habere possit vires, & substantiam eorum, qui collectis supponuntur, hinc regulariter conficiuntur libri æstimi sive catastri, Steuer-Bücher & Anschlags-Register/ ne unus præ alio ultra debitum gravetur, sed pro viribus patrimonii injungatur census, & justæ tributorum mensuræ constituantur.

2. Ut itaque Adscriptio censualis, die Zuschreibung der Steuer / curat pro viribus singulorum, adscribi debent territoria, h. e. agri civium, ne plus, neve minus poscatur, quàm necessitas imperaverit. Oportet namque per singula, non sterilia juga, certa fieri distributio. *L. Omnes 12. C. de oper. publ.*

3. In æstimatione autem alicujus universalis territorii, Provinciæ, Civitatis, vel Pagi vocantur Præsides, Officiales & Præfecti, Consules, Syndici & Susceptores; prout in singulis locis reperiuntur, utpote apud nostrates die Haupt-Leut/ Amptmänner/ Landvoigt/ Ampts-Schösser/ Castner Amptschreiber/ Burgermeister und Rath/ Viertelmeister und Schultheissen/ Susceptores apud nostros sunt & dicuntur Receptores sive Collectores, qui recipiunt Collectas Ober- und Nieder-Steuer-Einnehmer/ ita *Imperat. VALENT. THEOD. & ARCAD. in l. Susceptores 10. C. de Susceptoribus.* disponunt, quod præsentibus Susceptoribus & Defensoribus, liceat & modum jugationis possessorum, & species singulas, vel eorum numerum, quantitatemque describere.

4. Forma censualis pulchrè describitur *in l. 4. pr. ff. de censibus*, per verba: Agri sic in censum referantur, ut nomen fundi cujusque, & in qua civitate, & quo pago sit, & quos duos vicinos habeat exprimatur. Arvum, quod in decem annos proximos satum. Pratum quod in annos decem sectum, quot jugerum, wie viel Füß die Breit und Länge in sich begreifft. Nam jugerum est mensura aggrestis, quæ pedibus fieri solet. Die Huffen/Morgen und Tagwerck Lands/ so von jedermänniglichen besessen / müssen in Augenschein genommen/derselben namentliche Stück an Brincken / Kämpen/ Schlägen/Peunten/ nach Zahl und Größ derselben abgemessen / mit ihren richtigen Marckscheidungen/ vereint und versteinet / beyhero die Gütigkeit und Ertrag des Erdreichs angemercket / die Angelegenheit der Gräntz-Nachbarschafft beschrieben/ und dann dieselbe von einem erfahrnen Land-Messer und Mahler/ in einen richtigen Abriß gebracht werden.

5. Nam, si contentio fuerit de finibus fundi, interest nostrâ, ne fallamur in modi renunciatione, *l. 1. pr. ff. si mensor. fals. mod. dix.* Qui modus in primæva descriptione censuali semel renunciatus, semper durat, & subsequentem de termino moto quæstionem facilè tollit, vicinumque convincit conversi finis, mutata locorum facie. *l. fin. §. ult. ff. de termino moto.*

6. Secundum igitur libros æstimi fiunt Indictiones, & hæ ortum suum traxerunt ab Anno Christi 313. Et quidem eo die, quo Maxentius Victus religioque Christiana in libertatem vindicata fuit.

7. Indictiones non personis, sed rebus indici solent, & ideò, ne fiant ultra modum earundem possessionum, quas possident Subditi, Præses provinciæ prospicere debet. *Ita Imp. Diocl. & Maxim. in l. inductionis 3. C. de annon. & tribut. disponunt.*

8. Ut autem descriptio decenter peragatur, Censitores ante omnia jurare debent, se officium suum fideliter exerciturOs, ita, ut peræquatis bonis, æquâ lance indictio procedat, *& ut formalia textûs retineam juxta Novell. 17. c. 8. p. 2.* quantitas Zygocephalorum aut jugerum sive jugalium certa fiat per descriptionem. Hîc nota Zygocephalum dici jugerum, quod juncti boves, h. e. unum boum jugum, uno die exarare possunt. Ein Tagwerck oder Morgens Ackers. Hinc *Peræquatores* & Inspectores constituuntur, qui prædiis inspectis & adæquatis invicem onera probè moderantur.

9. Ut

9. Ita olim fuit mos, quod Impp. ad census agendos, & onera tributorum exæquanda, primarios Reip. viros in provincias destinaverint. Nam narrante Suida ex Antiquo Autore. XX. Viri inculpatæ vitæ ad ejusmodi ministerium, ab Imperatore *Augusto* fuerunt selecti, & per omnes provincias dimissi, qui personas describerent earundemque fortunas.

10. Sic *Tiberius* ad possibilitatem singulorum locorum respexit & sustulit decreta, quæ ad iniquam exactionem unius, per potentiam alterius, vel furtivam deprecationem fuerunt elicita *vel ex practicata. L. Tiberianus 1. C. de fund. Limi trophis. n. 59.* Utinam & in Germaniâ sæpius audirentur ejusmodi decreta cassatoria, & Subditi, suspiriis suis crebrioribus, cœlum non fatigarent.

11. In Catastri cùm confectione tùm renovatione, quæ fit in finem quotizandi, sive taxandi singulos cives, requiruntur singuli possessores bonorum immobilium. Illis enim absentibus & posteà reclamantibus, talis confectio & renovatio neque nocere, neque prodesse potest, quia cuilibet Tertio salva manet actio. Licet enim, ego apud Censitores professus fuerim, possessionem ut meam, cum tamen litigiosa fuerit, nihil tamen egi. *l. forma 4. §. si cum ego 4. ff. de censibus.*

12. Ritè autem confecta matricula sive catastrum, est loco promissionis, & quasi contractus: licet enim cuidam terrarum quantulacunque possessio fuerit, isque denegare vellet censum, quia tamen proprio nomine in libris censualibus conscriptus reperitur, agnoscere debet annonarias functiones ex solo nominis conscriptione, quæ instar obligationis habetur, *ita loquitur textus in l. Hi penes 4. C. agricol. & Cens.*

13. Sed hodiè apud Germanos, ubivis ferè locorum, maxima est inæqualitas inter censitos. Pauperes nihil habent in bonis, & egent æris; divites plurima possident, sed quia exemptionum privilegiis donantur, nihil contribuunt; Qui autem mediæ existunt conditionis inter alterutros, onera soli portare coguntur, secundum proverbium Germanorum commune: *Tous et* hat nicht / *Sex cinq* giebt nicht / *Quatre trois* helffen frey.

14. At hæc non nova, sed ante XIII. secula est audita querela, quapropter *Impp. Valent. & Valens in d. l. 4.* Ejusdem faciunt mentionem, per verba: Qui

ba: Qui *mediocritati sunt commissi*, vel mediocres sunt, *Illi præprimis* tales functiones agnoscere compelluntur.

15. Hanc afflictionem videns Imperator Justinianus, deputavit *Defensores Civitatum*, & Hi olim vim & injuriam patientibus opem ferebant. *Nov. 15. pr.* Sed ubi nunc reperiuntur? Respondeo cum Justiniano. *Conculcatum est nomen eorum in multis Reipublicæ partibus.*

16. Defensoribus civitatum olim fiebant insinuationes testamentorum & donationum, & quicquid aliud est monumentorum proprium, *d. Nov. 15. c. 3. pr.*

17. Sic & hodie in bene constitutis civitatibus Germaniæ, omnes contractus, quibus bona immobilia vel alienantur vel oppignantur, ad Archivum reponuntur, Man findet Contract- und Verträg-Bücher. Et hoc ipsum non sine ratione, nam per alienationes immobilium rerum immutantur libri censuales, ideoque annotatio fieri debet. Es müssen die Steuer-Anlagen dem Verkäuffer ab- und dem Käuffer zugeschrieben werden. Germanicè ideò loquor, ut intelligant nostri Officiales, & omnes alii, qui destituuntur latinitatis usu.

18. Wann die Unterthanen/ ohne Vorbewust der Obrigkeit/ von ihren liegenden Zinß- Lehn- und Erb-Gründen/ als viertel/ halben und gantzen Huffen/ nach und nach ein und anders Stück veräussern/ so gerathen die Appertinentien in vieler Käuffer Hände/ welche solche an sich erhandelte Feld- und Wiesen-Pertinentien auch nicht behalten/ sondern aufs neu verkauffen/ daß Sie offtmals an dem dritt- und vierdten Besitzer gedeyhen/ alsdann gibts ein Hauffen Strittigkeit/ biß man dergleichen Gütter hinwieder zusammen bringe; Denn wo Præscriptio decennalis, vicennalis & tricennalis hinzukommt/ so wird der Herrschafft ihr Ordinar-Gefäll tacitè entzogen/ und man weiß/ nach Verlauff 10. 20. 30. Jahren nicht/ wie man gantze und Halb-Höf und Meyereyen hinwieder zusammen lesen soll/ absonderlich/ wann bey Kriegs-Zeiten die Libri censuales, oder Anschlags-Register von abhanden kommen/ die Beamte verstorben/ zu geschweigen der mancherley Partiten/ so solche Contrahenten unter sich vorgehen lassen/ wann Sie ein Gut offtmals nicht einem/ sondern auch dem andern und dritten Mann verpfänden/ und Geld darüber aufnehmen/ vertauschen und verwechseln die Erb- und Lehen-Stück gegen einander/

verän-

verarmen aber allesamt darüber/ und kommt offt ein Gut in 20. 30. Jahren in 10. Leut Hände/ oder haben doch ihrer so viel Anspruch darauff/ daß die Reluitio schwer gemacht/und sich niemand mehr zu dem mit so vielen Schulden afficirten Gut bekennen will. Also werden der Herrschafft die Gefäll weidlich abgestrickt. Hæc sunt tàm manifesta, ut probatione non indigeant, nisi illis, qui in Judiciis non sunt versati, nec tales audierunt querelas, quibus aures meæ sunt obtusæ.

19. Sic hodie non aliud est communius, quàm stellionatus-crimen. Qui enim rem uni obligatam dissimulatâ obligatione per calliditatem alii distraxerit vel permutaverit, vel in solutum dederit, crimen stellionatus committit. *l.3. §.1.ff. stellionatus.*

20. Nota tamen quòd extra venditionem bona immobilia ad alium pervenire possint absque ordinariâ præscriptione. Nam si ager desertus à Domino & vacans, occupatus fuerit ab alio, & intra biennium non revocatus, occupantis fit proprius, & sic jure dominii carere debet vetus agri Dominus. *l. qui agros 8. C. de omni agro deserto.* Hæc constitutio, licet dura videatur, habet tamen rationem, ne scil. incultus relinquatur ager & censu Dominus defraudetur.

21. An Nobiles, & quidem Vasalli, feuda sua specificé cum omnibus & singulis, ejusdemque minimis pertinentiis, designare teneantur, quæritur? Puto quod sic: Ejusmodi mandatum annexâ citatione, à quodam Principe Rom. Imp. ad Vasallos suos memini emanatum fuisse, hujus tenoris:

Daß alle und jede Lehen-Leut ihre Lehen-Stück und Gütter/ es sey an Schlössern/Häussern/Ritter- und Landgüttern / Gerichten und Gerechtigkeiten/Zehenden / Zinß und Gefällen/ Leuten / Dörffern/ Meyerhöfen/Bathhöfen / (Selden-Gütter /) Wiesenwachs/ Feldern/ Hölzungen/ Fischereyen/Mühlen oder andern unbewegenden oder ihnen gleichenden Güttern und Gerechtsamkeiten / wie die genennet werden möchten/ und sie zu Lehen tragen/ ein umbständige / ausführliche Special-Verzeichnüß ediren und ausreichen : Und ob es auch wäre/ daß sie nicht alle Stück in Besitz hätten/sondern theils durch ihr eigen oder Ihrer Vorfahren Nachlässigkeit und Verabseumung entweder gar von handen kommen und abalienirt, oder auch durch / mit/ oder ohne Consens

beschehen Verpfänd-Versetz- oder auch wohl gar Vertausch- und anderer Abalienirung in frembde Händ gerathen/ oder aus andern Ursachen / wie die seyn möchten/ sich itzo nicht finden wollen/ dennoch zur Lehen-Cantzley einen ausführlichen/ wahrhafften/ schrifftlichen Bericht/ mit seinen nothdürfftigen Umständen erstatte/ in specie aber berühren sollen/ was eigentlich und in specie vor Stück von obhanden kommen/ wie und zu welcher Zeit es geschehen/ auch wer sie anitzo in Händen hab/ item, was davon ohn und mit Consens verpfändet und versetzet/ wann und weme ? Auch wie hoch auf jedes verpfändtes Stück der Pfandschilling sey/ gleichfalls was aus solchen Lehen-Güttern andern veraffterlehnet/ und weme in specie ? Item in was Ort und End/ auch in welchen Aemptern aus- und innerhalb des Lehenherrn territorio die in Lehen-Brieff befindliche Lehen-Stück gelegen: Und diese ihre Specification und Bericht solten Sie unter Ihrer Hand und Pitschafft / auf ihre Lehens-Eyd und Pflicht/ damit Sie dem Lehenherrn verbunden/ bey willkührlicher Straff und denegirung anderwertiger Belehnung/ auch Straff der Entziehung des jenigen/ was zu Gefährdt verschwiegen würde/ ungesäumt innerhalb der dazu bestimmten Zeit / wie obbemeldt/ zur Lehenstuben einschaffen/ auch alle Lehenrührige Verpfändung/ bey Verlust der verpfändeten Lehen / wieder abführen / oder dieselbe von der Schulden Last befreyen. A quo mandato Nobiles ad Cameram Imperialem appellationem interposuerunt, ad quam Processus appellatorii emanarunt; verùm infra biennium causa fuit terminata, & Appellantes remissi sunt ad devotionem Domino directo præstandam.

21. Nam licet feudum ab initio cum suis appendicibus in investitura describatur, potest tamen unus alterve casus evenire, quô Dominus ignorantiam justam allegare possit, & tenentur Vasalli singuli Domino Catalogum, descriptas res feudales continentem, exhibere, & sic inviti ad designationem cogi possunt, econtra si negaverint partem & quantitatem rei, proportione negatæ amittunt, ut inter alios *Rosenth. de feudis, c. 8. Conclus. 32. multis textibus corroborat.*

CAPUT VII.

De contractibus conficiendis à Magistratu.

Soll

SOll der Inquisitorn oder Aufseher des Friedens Amts-Verrichtung dahin gehen / wann ein Contract oder Obligation aufgerichtet oder Satisfaction geschicht / daß Sie zusehen / und fleissig Achtung haben / damit kein Betrug noch Schad so bald Anfangs / dann über kurtz oder lang ein oder anderm Theil daraus entstehen könne / derowegen sie dann nicht zulassen sollen / daß einiger Contract oder Obligation vorgehe / Sie seynd dann in ihren Gewissen sicher / daß kein Betrug noch Gefährlichkeit / Streit und Mißverständnuß daraus entstehen könne / und da dergleichen verspürt / und die Contrahenten sich einiger Arglistigkeit / Falsches und Betrugs gebrauchen wolten / dieselbe / gestalten Sachen nach / mit Gefängnuß oder Geldbusen abstraffen. Soll also niemanden durchaus zu contrahiren / sich zu verbinden / oder seiner Obligation ein Genügen zu thun / erlaubt seyn / es geschehe dann mit Vorbewust der 6. Magistraten, anderer Gestalt soll der Contract vor ungültig geacht / die Bezahlung confiscirt, die Parthey aber noch darzu gestrafft werden! Item alibi : Alle Credita und Debita, alles borgen und hinleihen / alle Pfand-Verschreibung / alle Kauff-Contract, item alles Mithen und Vermithen / nemlich location und Conduction-Contracten sollen von der Obrigkeit aufgezeichnet werden / und sollen die Obrigkeiten in acht nehmen / und zusehen / daß das gut / und die Sachen so verkaufft und gekaufft werden / nicht gestohlen / noch verfälscht / noch auf einerley Weis afficiret / und verpfändet seyn / sondern daß Sie frey und ungehindert verkaufft werden können : Item wer sein Gut verhafften oder verpfänden will / dem stehet es frey. Jedoch solcher und ander Gestalt nicht / dann nur auf ein gewisse Zeit / innerhalb welcher es wieder an sich zulosen / daß es von den Creditorn nicht angegriffen werden kan.

Wann aber die Contrahenten die Obrigkeiten nicht alsobald gegenwärtig haben können / um einiger Nothwendigkeit willen / und es doch von nöthen ist / daß Sie sich obligiren / oder ihrer Verbindung

gnug thun und Satisfaction leisten müssen/ so mögen sie zwar Contract aufrichten/ anderer Gestalt aber nicht/ dann unter dem eydlichen Versprechen/ solchen dem Magistrat kundt zuthun/und schrifftlich auszuantworten. So lang nun besagter Magistrat solche contract nicht approbirt und aufgezeichnet/ sind Sie null nichtig und ungültig.

Begebs sich aber/ daß beede Theil eins werden / den getroffenen Contract hinwiederum aufzuheben/ bedarff es nichts anders / als daß beede Contrahenten selbst/ oder durch Gevollmächtige vor der Obrigkeit die Contracten casiirn,und aus den Archiv abthun und ausmustern lassen.

CAP. VII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Conceptus Contractuum non debet esse damnificus.

II. Duplex Solennitas requiritur ad contractus celebrationem: Probationis & dispositionis.

III. Ad probationem requiritur, vel documentum inscriptis:

IV. Vel vivum testimonium, quod testibus vel paucioribus, vel pluribus absolvitur, prout materia substrata postulat.

V. Solennitas dispositionis præcavere debet omnem deceptionem.

VI. Ideò Notarii, qui contractibus adhiberi solent, colligunt

ligunt omnis generis formulas, & fingunt clausulas, quibus firmant actum & gestum.

VII. Recensentur ordine suo clausulæ juris renunciatoriæ, quas contractibus inserunt.

VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. Cùm Generales tùm Speciales.

XVII. Additur magnus Assecurationis clausularum cumulus.

XVIII. Quæritur utrum istis enarratis clausulis contrahentium jura sarta tecta sint & maneant?

XIX. Negativa probatur per elisionem renunciatæ Exceptionis doli mali & fraudis.

XX. Nec renunciata simulati contractus exceptio de jure quicquam operatur.

XXI. Multò minus renunciatio metus

XXII. Et Potentatus. XXIII. Et Erroris.

XXIV. Et læsionis ultradimidialis, renunciantem excludunt defensione.

XXV. Clausula constituti possessorii cum clausula Precarii juncta inepta est, quia una alteri est contradictoria.

XXVI. Clausula will daran nicht gefrevelt haben / est contra bonos mores.

XXVII. Licet quidem renunciare eisdem, quæ pro se introducta sunt, at alter in cujus gratiam renunciatur, ideò in conscientiâ non est tutus.

XXVIII. Quælibet renunciatio est impeditiva humanitatis & misericordiæ.

XXIX. Vi & metu extorta præſumitur quoties periculum famæ & exiſtimationis renunciationem ſuaſit.

XXX. XXXI. XXXII. Plurima Renunciantium pars non intelligit, quid renunciavit, & ob ignorantiam tuta eſt.

XXXIII. Ideò confirmatur laudabilis noſtri Octavii ſententia de non contrahendo, niſi coram Magiſtratu.

I.



Ontractus ita concipiendi ſunt, ne exinde contrahentibus dolus & damnum inferatur. Nam ſi contrahentes metuant damni incurſionem, potiùs contractus inſtrumentum expedit occultare quàm publicare, *l. ſi poſtulentur 22. C. de fid. Inſtrument.*

2. Requiritur autem ad contractus celebrationem duplex ſolemnitas: *Probationis & Diſpoſitionis.*

3. Quoad *Probationis ſolemnitatem* requiritur, vel documentum in ſcriptis, vel vivum teſtimonium. Contractus fieri dicitur in ſcriptis, quando per expreſſum actum fuit: Quod non valere debeat actum, niſi in ſcripturam fuerit redactum. Aliud dicendum, ſi ſimpliciter convenitur, ut in ſcripturam redigatur contractus; tunc ſive in continenti, ſive ex intervallo fiat, ad commemorationem, non ad ſubſtantiam contractus conducet illa conventio. *Jacob. Marchiſellus, quæſt. 76. per tot lib. recollectur.*

4. Ad vivum teſtimonium olim plures requirebantur teſtes, v. g. V. teſtes ad Gentis ſive familiæ probationem. *l. hanc. 15. C. de teſtibus.* Ita & quinarius numerus requirebatur ad docendam probationem ſolutæ pecuniæ, niſi quittantia præceſſerit. *l. teſtium 18. C. d. t.* Teſtium verò numerus ſeptenarius requirebatur ad divortium faciendum. *l. 9. ff. de divortio facto*, ſic & ad teſtamenti factionem. *§. 3. Inſt. de teſtam. ordin.* Teſtes 12. auriti ad probandam affinitatem. *c. 47. juxta de teſtib.* qui numerus duodenarius olim

olim in Holsatia sufficiebat ad crimina quævis purganda, contra testes duos tresve præsentes, & de visu testantes. Sed hæc probandi consuetudo, ut enormis, jam dudum abolita. Sic olim reo defensio concedebatur sub conditione, ut vel ipse juret cum 12. Sacramentalibus, vel si malit, jusjurandum referret. *Borcholt. ad c. nn. F. quid sit investitura in Comment. ad Consuet. Feud. c. 7. n. 53.* Hodiè, exceptâ testamenti causâ, testium paulò remissior est numerus, pro judicantium arbitrio, plerumque autem duali numero gaudet. *Dd. ad l. ubi 12. ff. de test. c. 32. juxta eod.*

5. Præter solemnitatem probationis requiritur, & solemnitas dispositionis. Ne fiat *fraus & dolus* neve contrahentibus inferatur *damnum* per confectionem contractuum, non enim decipi debent contrahentes *l. 11. §. 5. ff de Instit. act.* Sed in contrahendo unusquisque providus esse & prospicere debet, quid verisimiliter ex uno vel alio casu evenire possit: damnum aliàs incurrens non relevabitur. *Arg. l. 9. §. 1. ff. locat. conduct.* Ideòque ita comparatum est in jure, ut mihi non aliter sit cautum, quàm ipsemet volui, licet proh dolor! deceptus fuerim, *verba sunt textus in l. 9. §. 2. ff. de pignorat. action.*

6. Ad quam deceptionem præcavendam hodie per Germaniam ut plurimum adhiberi solent Notarii animô evitandi futuras lites. Ideò nostri Notarii nimis curiosè colligunt certas clausulas & obligandi & renunciandi formulas, has ad stabiliendos contractus Instrumento inserunt, & posteà abeunt securi.

7. Ins gemein haben Sie formulas juris renunciatorias, und setzen dieselbe bey jeder Verhandlung Contract und Vertrag / da sich die Contrahenten begeben müssen der exception doli mali, fraudis, persuasionis, metus, rei non sic sed aliter gestæ, simulati contractus, erroris, læsionis cujusvis, etiam ultra dimidialis, imò enormissimæ.

8. In specie aber / bey Kauff Contracten müssen die Contrahenten renunciren / dem Remedio *l. 2. C. de rescind. vendit.* Der exception non traditæ mercis, dem beneficio quanti minoris & redhibitorii: Wann mit grossen Herren einige Privat Personen contrahiren / müssen sich diese / jenen zu Gefallen / der exception *Potentatus*, qua infirmatur quævis per potentiam extorta venditio, donatio, transactio, *l. fin. C. de his, quæ vi metúsve caus. gest. sunt*, begeben.

9. Sonst

9. Sonst aber ins gemein muß in andern Fällen/ es schicke oder reimesich wohl oder übel/ dennoch renuncirt werden / der exception non adhibitarum solennitatum, item fori non competentis, inordinati processus, arresti. Item allen condictionibus, als indebiti sine causâ, ex injustâ causâ & ob turpem causam.

10. In contractu Commodati des Beneficii actionis redhibitoriæ & quanti minoris, quamvis hæc renunciatio parum sit congrua, multis tamen commodati contractibus insertam reperiri.

11. In contractu mutui der Exception non numeratæ, non solutæ, nec in rem mutuantis versæ pecuniæ, der exception des beneficii competentiæ, compensationis, moratoriæ & quinquennalis.

12. Item des beneficii *c. Odoardus X. de Solutionibus.* So viel die geistliche Debitorn betrifft. Item des beneficii *L. civitas 27. ff. de reb. creditis.* Wann ein Stadt-Gemein Schulden halben sich verschreibt.

13. In conductionis seu pensionis contractu der Exception: Immodicæ pensionis, sterilitatis & Casus insoliti, (nam fortuitos casus licet in se suscipere, *l. 78. §. fin. ff. de contrah. empt.*) daß kein Frost/ Reiff/ Hagel/ Regen/ Wind und anders den Pachtmann hindern soll/ die pension nicht völlig zu erstatten.

14. Bey den Contractibus Mulierum der exception *Seti Vellejani & Authent. Si qua mulier C. ad Setum Vellej.*

15. In contractu fideiussorio, wird renuncirt dem beneficio excussionis & divisionis: Cedendarum actionum; Novæ constitutionis de duobus reis debendi & solvendi.

16. Bey der donation wird renunciirt dem beneficio, *L. si unquam 8. C. de revocandis donat.* ne sc. ob supervenientiam liberorum res donatæ revocari possit.

17. Und dann werden die Versicherunge bey allen und ieden Contracten nachfolgender Gestalt ausgefertiget. Da muß der Debitor dem Creditori hochbetheuerlich zusagen/ geloben und versprechen / daß Ihm ver- und angeliehen Capital mit denn betagten Zinsen an guter unverbotener

tener angenehmer Reichs-Müntz / (ohne einigen Aufschub und Seumsaal/ Schaden und Unkosten) in sein / des Creditoris sicher Gewahrsam/ auf sein Gefahr und Unkosten / samt allen aufgelauffenen Schaden und Interesse, da deren viel oder wenig darauff gegangen/ wie die auch beschaffen/ darinn seinen/ des Creditoris schlechten Worten / ohne einige vorgehende Liquidation, Eyd-Betheurung/ oder ander Beweiß geglaubet werden soll/ zu voller Gnüg baar mit einander unzertrennt/ zu erlegen und zubezahlen/ und solches alles bey Verpfändung seiner Güter / itziger und künfftiger; Wird auch wohl zwischen Creditorn und Debitorn verabredet/ daß über Ihr willkührliche und verglichene Verschreibung / weder in noch ausser Gerichten erkennet/ disputirt und gestritten werden soll / sondern was zu viel oder wenig/ oder was mißverständig und dunckel gesetzt/ soll bey niemand andern/ der wahre Verstand oder Interpretation, als bey dem Creditori und seinen Erben stehen/ und wie sodann dieselbe es verstanden haben wollen/ gleiche Krafft/ als es durch rechtlich Erkändtnüß geschehen/ haben soll. Auch wann der Brieff an Papier / Pergament und Siegel/ naß/ feucht/ löcheticht oder sonst schadhafft und wandelbahr würde/ das soll dem Creditori gleichfals unschädlich seyn. Uber das alles muß der arme Debitor den Creditoren die Possession der verpfändeten Gütter übergeben. Hinc clausula constituti possessorii Assecurationibus inseri solet, Cui additur & interdum etiam clausula precarii. Wobey zugleich allen rechtlichen beneficiis in genere & specie, ins gemein der clausulæ Juris dicentis generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit Specialis, *per text. l. 4. §. 4. ff. Si quis cantion in jud. sist. caus. fact non obtemp.* Item, der Appellation, leuteration, restitution in integrum, nullitatis, querelæ, revisionis, reductionis ad boni viri arbitrium , offtmals cum juramento renunciirt wird: und dann muß der Debitor dem Creditori bey ereigendem Mangel der Bezahlung frey geben ; Jhn den Schuldner/ mit oder ohne Recht vorzunehmen / sich mit oder ohne Hülff der Obrigkeit/ in die Possession der verpfändten Gütter/ zu setzen: Executoriales, mandata de solvendo, immissorialia ad dimittendam hypothecam , und zwar sine clausulâ arctioris & melioris formæ, ohne vorgehende cognition causæ zu impetriren und auszubringen. Dann wird bey den Gült- und Zinß-Verschreibung der Reichs-Constitution de Anno 1600. §. Ferners 36. wann 2. Pensiones zusammenkommen / per expressum renunciirt, dawider soll nun dem Creditori nicht hinderlich seyn / noch den Debitorem schützen weder geistlich noch weltlich / Päbst- oder Kayserl. Recht / auch kein

Kayser, Königl. und Fürstl. constitutiones, edicta & Rescripta, ausgangene Ordnung und Satzung/ Freyheit und Begnadigung / kein Dispensation und relaxation, keine Privilegia und exemptiones, auch keine exceptiones & defensiones, so itzt albereit erdacht/ eingeführt und gesetzt / oder ins künfftig gegeben und ausgehen werden. Es sollen ihm / dem Debitori, viel weniger vortragen alle gemeine beschriebene Recht / kein Glaid/ kein Gebot und Verbott/ kein Arrest, repressalien, kein indult, Restitution oder Absolution ; Es soll ihm auch nicht schützen noch zu statten kommen besondere Marck-und andere Freyheiten : Und das alles verschreibt der Debitor mit gutem Wissen / und bestem Wohlbedacht / und verspricht dabeneben mit seinen wahren Worten/ guten Glauben / Treu/ Ehr und Redlichkeit : Und verpfändet offt noch dabey seine arme Seel : Mit denen noch wol beygefügten Formalibus : So wahr ihm GOtt helff und sein H. Wort. Letzlich wird hinangeruckt : Alles getreulich/ ohne Gefährdt und Argelist &c. &c. &c. Und das seyn nun alle Künste/ deren sich die Notarii, jezuweilen auch die Advocati Practici wissen zu gebrauchen.

18. Nunc quæritur, an contrahentibus per ejusmodi clausularum cumulationem ita solidè consulatur, ut evitari possint omnes lites & processus ? Licet ego vellem affirmare, Praxis tamen, & quodvis Germaniæ forum reclamant ; quot enim quotidie producuntur in judiciis optimè clausulati contractus, nec tamen servantur, sed in disputationem prorumpunt partes, ad infirmandum id, quod gestum.

19. Ostendam autem tibi paucis, & ineptudinem & imprudentiam Notariorum & Practicorum, qui confisi clausulis enarratis sperant, & promittunt securitatem contrahentibus, quos tamen fallunt, & ipsi falluntur. pone renunciationem factam fuisse objiciendæ exceptionis *doli mali & fraudis* : Nunc iterum pone, aut dolus est verè commissus, aut non est commissus. Si verus dolus intervenit, & causam dedit contractui, contractus erit ipso jure nullus, nec exceptione opus erit. per text. *l. & eleganter 7. pr. ibi NULLA EST VENDITIO, SI IN HOC IPSO, UT VENDERET, CIRCUMSCRIPTUS EST VENDITOR. ff. de dol. mal.* Quòd autem nullum est, nullum producit effectum. *l. 4. §. 6. ff. de re judic.* Nec contractus aut pactum, tale ullam producit actionem. *l. 6. C. de pactis.* Erit itaque exceptio doli etiam reservata superflua, quia exceptio debet excludere actio-

reactionem. *l. 2. pr. ff. de except.* quæ hic non existit. Aut dolus non est commissus, erit iterum superflua renunciata doli exceptio, quia nihil operatur, non entis enim nullæ sunt qualitates. *l. 41. vers. si quod stipulatus ff. Si certum petatur.* Nisi quod ejusmodi insana renunciatio arguat Creditorem fraudis perpetratæ, quam tamen non commisit. *R*atio autem inconvenientis renunciationis hæc dari potest, quod tantummodò illis Juribus renunciare possimus, quæ nobis sunt Competentia, *l. Judex 41. ff. & minoribus.* Si autem nec debitori competiit exceptio doli, quia dolus abfuit, quare eidem renunciavit? Sed objicis, quod possit forsan tractu temporis probari interventio doli, quem tempore Contractus non animadvertisti. Ideò eventualem renunciationem non esse superfluam. Iterum nihil dicis; quia ad ignota & non cogitata non extenditur renunciatio *l. 8. ff. de petit. hered.* Adde, quod conventio, ne dolus præstetur, qui per talem renunciationem validè inducitur, sit contra bonam fidem & bonos mores. *l. 1. §. 7. ff. depositi.* Folget derowegen / teutsch davon zu sagen / daß der jenige / so doli exceptionis renunciationem vom andern fordert / entweder ein Betrieger sey / oder noch ein Betrieger werden will.

20. Deßgleichen Beschaffenheit hat es mit der renunciirten exception simulati contractus. Licet enim quis, cùm aliter se conveniri convenerit, aliter per machinationem obligatus fuerit, subtilitati juris obstrictus manserit, *ecce subtilitatem juris dolosam!* & denique simulato contractui, ejusque exceptioni renunciaverit, doli tamen exceptione uti potest. *l. Si quis 36. ff. de V. obl.* Nam simulatus contractus est sicuti *cadaver sine animâ, & Corpus sine Spiritu,* nec contractus appellari potest, quia est imaginarius, in quo fides facti simulatur veritate non intercedente. Cùm itaque rei potius VERITAS, quàm Scriptura perspici debeat. *l. 1. C. plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur.* Sequitur quòd nec simulatio renunciatione partium tollatur *Odofred in l. fin. C. de pactis pignor.* Nam simulationis renunciatio etiam simulata dici potest, quando ipse contractus simulatus probatur. *Socin. cons. 36. in fin.* Quinimò ejusmodi renunciationem planè pro nulla & inutili reputari, docet *Vultej. 3. vol. Cons. Marp. c. 18. n. 50.*

21. Ita est comparatum cum renunciatâ metus exceptione. Licet enim exceptio non competeret, est tamen actio in rem scripta, quæ vim facientis personam coërcet *l. 9. §. fin. ff. Quod metus causa gest.* Nec Prætor implo-

imploratus ratum habere vult, quod metus causa gestum est, *l. 1. ff. de eod.* Et licet exceptio de dolo authoris, metum incutientis non objiciatur; Veruntamen hoc jure utimur, ut de metu, non tantùm ab authore, sed à quocunque adhibito exceptio objici possit. *per verba text. in l. 4. §. 33. ff. de metus exceptione.*

22. Sic qui exceptioni POTENTATUS renunciavit, juri suo non intelligitur renunciasse, qui gratiæ adversarii se submisisse, econtra adversarius potens talem clausulam contractui inseruisse præsumitur, vel fecisse ut inseratur, *est text. c. veniens 13. X. de renunciatione.*

23. Sic qui exceptioni erroris renunciavit, beneficio hujus renunciationis fatetur errasse, & per consequens non consensisse in contractum, quia error excludit consensum, *l. 4. §. ult. ff. Si quis cautionibus l. 2. pr. ff. de judiciis.* Consensus autem est de Substantia contractus, quo remoto, remotus videtur & ipse Contractus. *L. Lucius 24. ff. deposit.* *Wesenb. 1. cons. 14. n. 38.* Sic dissensus in materia ipso jure vitiat emptionem. *l. in venditionibus 9. §. 2. in fin. ff. de contrah. empt.* Et licet exceptioni erroris renunciatum fuerit, poterit tamen vel condictione indebiti, vel sine causa, quod solvit, emptor repetere. *l. cum ab eo 41. §. 1. ff. d. t.*

24. Sic exceptio læsionis ultra dimidialis renunciata, minimi est momenti. Nam læsio, quæ superat dimidium veri precii, quia enormis est, præsupponit dolum, *arg. l. omnes 17. & lucii 1. ff. qua in fraud. credit. fact.* Vel iniquitatem, quam æquiparari dolo ex proposito, docet *Covarruvias 2. variar. Resol. c. 4. n. 5.* Pone ipsum Judicem interfuisse tali contractui conficiendo, si postmodum læsio enormissima appareat, omnis præsumptio bona, quæ aliàs ex judicis præsentia, & ejus jussu colligi solet, *Gloss. in cap. dixit Dominus 12. c. 14. quæst. 5.* cessare dicitur *Ruin. cons. 170. n. 17.* Et in locum Magistralis Authoritatis metum in actu intervenisse præsumit *Burgatus. vide Honthem. 2. de art. Notar. c. 29. n. 87.*

25. Sæpiùs etiam fit, ut clausulæ conjungantur sibi contrariæ, quæ magis nocent, quàm prosunt. V. C. Es kan kein Creditor ein Pfand/ und uff demselben Pfand/ vigore constituti possessorii, auch possessionem civilem haben/ wenn er schon rei naturaliter insistirt; welches geschicht / wann er nemlich den Debitorem, so die possessionem naturalem niemal betretten/ zu seinen Possessorn constituirt, und der Debitor hierauff bekennt / daß er nomine:

mine Creditoris in possessione rei hypothecatæ sey. *Ulpianus in l. quod meo 18. p. 2. ff. de acquirend. vel amitt. possess.* Wann nun einer solchen clausulæ constituti possessorii, mithin die rogatio precarii ex imperitiâ Notariorum, sive etiam Practicorum, zugleich mit angehenget worden/ so wird der Casus umgekehret/ der Creditor besitzet das Pfand-Gut naturaliter. *Javolenus in l. 21. §. 3. ff. de L. de acquir. possess.* Non tamen opinione Domini, *l. 22. §. 1. ff. de noxal. actionib.* Quia Dominus pro lubitu possessionem avocare potest, welches das constitutum possessorium gantz umkehrt/ precaria enim possessio est vitiosa *l. 13. §. 1. ff. de acquir. possess.* Et quovis momento revocabilis, *arg. l. 1. ff. de precario.* Altera verò per constitutum possessorium acquisita, justa est & æqua. Also setzt der Notarius den Fleck neben das Loch.

26. Und also verhält sichs auch mit der ungewöhnlichen clausula: Will der Creditor daran nicht gefrevelt haben. Per hæc enim verba werden allerhand üppige Thätlichkeiten eingeraumt/ welche contra bonos mores lauffen/ quia vox Frevel apud Germanos indicat exorbitantiam punibilem, quæ licet scripta, derisoria tamen, & de jure pro non scriptâ habetur. *l. 14. ff. de condition. Institut.* Nam omnia facta quæ fiunt contra bonos mores in executionem non trahi possunt nec debent. *l. 15. ff. d. t.*

27. De cæteris judica tumetipse, & liceat omnibus integrum sit, renunciare eisdem, quæ pro se sunt introducta, *l. Si quis 29. C. de Pactis,* conscientia tamen cuilibet Christiano dictare debet, ne sit proximo damnosus contra jura & æquitatem: Per se enim in sua natura secundum Dd. doctrinam sunt odiosæ renunciationes. Is autem, qui alium vel suadendo vel coarctando adigit ad renunciationem, ut legibus valedicat, is dicitur committere adversus præcepta legum, quarum auxilium ipse in consimilibus casibus posteà implorare se indignum reddit, *l. 37. §. fin. ff. de minorib.*

28. Est enim renunciatio impeditiva humanitatis & misericordiæ, *Zoës in commentar. ad Tit. de Cession. Bon. n. 17. post medium,* & nihil operatur, si quis Consilium fraudulentum secum contrahentis, de quo confidebat, secutus renunciavit, quod tamen usus consilio saniori non fecerit *arg. c. lecta 14. X. de renunciat.*

29. Nec perdit beneficium, cui, necessitatis urgentis casu, vi quadam com-

compulsus, utpote metuens periculum famæ & existimationis renunciavit, *c. audientiam. 4. X. de his, quæ vi metusve caus. fiunt.*

30. Accedit, quòd plurimi subscribant renunciationum formulas, quas non intelligunt. Invalidam autem esse quamlibet renunciationem, *asserit Bald. in L. venditor 11. n. 4. C. de rescind. vendit.* Quoties non appareat renunciantem de jure sibi competente fuisse certioratum.

31. Sic mulier factum proprium promittens, ac principaliter contrahens, non gaudet privilegio Scti Vellejani *l. 3. & l. 8. §. 1. ff. ad SCtum Vellejan.* Nec quando donat. *l. 4. §. 1. in fin. ff. d. t.* Pro viro enim reputatur in propriis contractibus mulier, nec proficit renunciatio Muliebrium beneficiorum. *Gail. 2. observ. 89. n. 2.*

32. Sic possunt Fidejussores obligari per clausulam: **Alle vor einen/ und ein vor alle als Selbst-Schuldner/** sine scrupulosa tot beneficiorum, non satis intellectorum renunciatione.

33. **In Summa/ die sonst redliche Teutschen machen sich durch dergleichen übel und schändlich-** clausulirte Obligationes **offt unwissend zu Thoren und Unmännern/** quod dolendum! Et tamen invaluerunt proh dolor! mores Germanorum. Meliùs itaque facerent contrahentes, si nostrum Octavium Pisani sequentes, coram Magistratu cujusvis loci obligationes, æquis & honestis conditionibus confici curarent. Sic enim verè excluderentur fraudes & machinationes dolosæ, simulationes & errores detegerentur: Violenta coactio, callida persuasio & culpabilis metus procul abessent; Læsiones, circumventiones, aliæque fallaciæ devitarentur, & denique renunciationes tàm stolidæ, tàm inhonestæ, cessarent simul cum tot litibus & jurgiis inde provenientibus. Quas obligationes, quosve contractus ita confectos in Archivum reponi, vel libris contractuum publicis (**denen öffentlichen** Contract-**Büchern**) inseri ratio evidens suadet, ut ad primam denunciationem contravenientes per viam executivam ad agnoscendam bonam fidem, cùm in exolvendis debitis, tùm pactorum conditionibus ad implendis compelli possint.



CAP.

CAP. VIII.

De precio rerum immobilium definiendo.

DJe Wardirer oder Einschätzer sollen sorgen/ wie Sie allen Dingen unter den Contrahenten ihren rechten Valor und Werth setzen mögen/ damit bey den Contrahenten, wie zu geschehen pflegt/ nicht immer fort einer den andern über vortheile/ oder auch gar übern Toppel werffe / daraus dann allerhand Aergernuß / Betrug/ Zanck und Hader entstehen. Es müssen aber in Wardirung der Gütter/ oder Setzung des Werths und Gültigkeit zuvorderst diese Ding beobachtet werden: Nemlich der Ort / die Zeit / die Gelegenheit / die Qualität und Beschaffenheit / das Zunehmen und Abnehmen/ und sollen Obrigkeitliche Personen eine sonderbahre Ordnung machen / mit einverleibter ausdrücklichen Verwarnung/ daß hinfüro kein Gut/ es sey beweg-oder unbeweglich/ weder verkaufft noch gekaufft/ oder auch bezahlt und extradirt werde/ es sey denn vorhero von der Obrigkeit der Kauff beliebt / also daß die Contrahenten weder mehr noch höher als der Werth ist/ denn die Schätzer eines Guts gesetzt haben/ bieten oder geben sollen/ obschon der Verkäuffer es freywillig / wohlfeiler und geringer lassen/und der Käuffer aus freyen Willen mehr geben wolte / wobey so wohl der ein als der ander Theil/ der dawider handelt / ernstlich zu bestraffen/denn es ist ein bös Exempel/ und macht viel Betrugs / ist auch wider den gemeinen Nutz und Besten / also eigens Gefallens/ nach Privat-Affecten den Werth der Gütter bald steigern / bald mindern: Will aber jemand sein Gut einem andern schencken / der geb ihm dasselbe ausser dem Contract, und gebs nicht zu der Zeit/ wann man contrahiret/ dann die contractus extra casum donationis, keiner Liberalität unterwürffig seyn. Damit man nun nicht

nicht die Justiz mit der Schenckung vermische und verwirre / ist der Unterscheid wohl zu beobachten.

CAP. VIII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. *Precia Rerum* non ex affectu: Nec singulorum utilitate, sed communi judicio:

II. Ex præsenti venditione, non præterita emptione *æstimantur.*

III. Varianter rerum precia per tempora & loca, in mobilibus & promercalibus.

IV. Immobilium verò rerum stabilior est æstimatio.

V. Quomodo hodiernus fructuum computus iniri possit, docetur.

VI. Qui non adeò distat ab antiquiori; Si rectè intelligimus Ulpianum in *l. 4. pr. ff. de cens.*

VII. Prædiorum Urbanorum æstimatio ex fructu vigecuplo, æstimatur.

VIII. Et sic sortem adæquat in vigesimo quovis anno, auch in Guld-Verschreibungen.

IX. Prædiorum rusticorum æstimatio ex fructu trigecuplo.

X. Prædiorum ecclesiasticorum æstimatio ex fructu quingecuplo.

XI. Imò

XI. Imò ex nullo vel minimo æstimantur nonnulla prædia rustica, Schillings-Gütter.

XII. Sic agri novales Reutmassen/nullo precio, sed annuo canone venduntur.

XIII. Evictæ rei restituendum precium refertur ad tempus Venditionis factæ.

XIV. Dotis restitutio respicit initium contractus, quò res sub æstimatione est tradita.

XV. Quòd tempus quoque in commodato, deposito, pignore & fidei-commisso restituendo attenditur.

XVI. Æstimatio debiti conditionalis respicit terminum purificatæ conditionis.

XVII. Requisita obligationis mutuum reddendi tria recensentur.

XVIII. Bonitas pecuniæ est duplex intrinseca & extrinseca.

XIX. Mutata Bonitas intrinseca Valore manente integro, tempus contractus respicit.

XX. Spinosa quæstio proponitur de terminando tempore, quo res deteriorata ex contractu restituenda sit.

XXI. Examinatur juris licentia, quâ contrahentes in precio statuendo se invicem naturaliter decipere possint.

I.

PRecia rerum neç ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur *l. precia 63. pr. ff. ad L. falcid.* Das ist der Werth eines Dinges/muß nicht nach eines und andern Privat-Affe-

 cten,

cten, welche entweder aus Noth-Zwang/ eigenlieb oder eingebilden Vortheil/ herfliessen/ sondern nach einen allgemeinen Gutachten/ was ins gemein von vielen/ nach Marckgang/ davor gegeben werden will / eingeschätzet werden. Hinc notanter dicit textus *in l. septem 12. C. de erogat. annon. milit.* Quod precium debeat accipi secundum communem æstimationem fori publici. Wie es marckgängig.

2. Ideoque non ex præteritâ emptione, sed præsenti æstimatione constituitur. *l. 3. §. 5. ff. de jure fisci.* Wird nicht geschätzt nach dem vorigen Einkauff/ sondern nach dem itzem Valor. Tanti enim res valet, vel æstimari solet, quanti emptorem potest invenire. *l. 52. §. penult. ff. de furt.*

3. Nam variantur precia rerum per tempora, & ferè per singulas civitates & regiones. *l. 3. ff. de eo, quod certo loco dari oport.* Inprimis in rebus fungibilibus sive mobilibus & promercalibus, quarum precia sæpè notabiliter augentur & minuuntur. *De quibus infra cap. 17. pluribus dicetur.*

4. Secus in fundis, quorum stabilior est æstimatio. Nam fundus ut res immobilis ex copiositate fructuum æstimatur. *l. 9. ff. ad L. falcidiam.* Nachdem der Grund oder Boden viel oder wenig trägt/ darnach wird der Anschlag des Werths gesetzt. Nam & ager sterilis etiam invenit suum precium pro modo (modio) fructuum, *per text. in l. 13. pr. ff. de reb. eorum, qui sub tutel.*

5. Verùm, quo modo fieri debeat fructuum computus, hactenus non docuerunt JCti. Sunt tamen, qui per singulos annos computationem instituerunt, sed in agriculturâ comperti sunt disparitatem, cùm fertilitatis, tùm sterilitatis Anni unius, in alterum & tertium collatam. Hinc non unius, duorum vel trium annorum fructus calculari ratio suasit, sed postulavit numerum denarium, quo absolveretur computus omnium fructuum, per decem annos collectorum, ex quibus iterum numerus denarius, ut divisor, constituit unum annum communem, h. e. Es muß allerley Getraid des Guts/ so eingeschätzet werden soll/ von zehen nächst-verflossenen Jahren zusammen gerechnet/ und nach dem Marck-gängigem Precio jedes Jahrs angeschlagen/ und also in eine Summa gebracht werden. Welche Summa durch die Zahl von 10 dividiret ein gemeines Jahr/ wornach ein beständiges Interesse zu machen/ auswerffen kan.

6. Ita

6. Ita enim arvum, quod in decem annos proximos satum & pratum, quod intra decem annos proximos sectum fuit, ad formam censualem redigitur, ut census certus ex collectis tot annis fructibus constitui possit, docente *Ulpiano in l. 4. princ. ff. de censib.*

7. Sic in prædiis sub urbanis reputantur ex precio collecto reditus possibiles in 20. annis *Novell. 7. c. 3. §. 1. circa finem.*

8. Et emptio redituum ad rationem viginti, pro uno fieri solet. *Gail. l. 2. obs. 5. n. 11.* Ita ut spatio viginti annorum sortem adæquet *per text. allegatum*, das ist/ es muß in 20. Jahren das Gut so viel eintragen/ als das Capital des Kauff-Schillings außgetragen. *Concordat. constit.* Carol. V. genandt/ Reformation guter Policey zu Augspurg/ de Anno 1548. sub tit. Von wucherlichen Contracten §. 60. per verba: Nachdem die Wieder-Kauffs-Gülden allenthalben in Landen gemein sind/ so soll mit hundert Gülden Haupt-Geldes/ nicht mehr dann 5. Jährliche Gülden gekaufft werden/ und die Loß-Kündigung der Guld-Verschreibung uff Wieder-Kauff/ wie Wieder-Kauffs-Recht bey dem Verkauffer/ und nicht dem Kauffer stehen.

9. Alii in prædiis rusticis, quæ pluribus sæpè oneribus subjacet, precium constituunt ad rationem triginta pro uno floreno reditus annui, *Cabelin. in tract. de eo quod interest. pag. 145.* Als wann ein Gut 10. Gülden jährlich trägt/ wäre es auf 300. Gülden in Anschlag zu bringen.

10. Res ecclesiastica tanto precio venditur, quantum in 50. annis de pensionibus colligitur. *Novell. 120. c. 9. pr.* Bringt jährlich 2. pro centum: Sed hodie Ecclesia tam parvo precio non est contenta.

11. Imò sæpe reperiuntur apud Germanos prædia rustica, quæ nullo vel minimo precio emuntur. Werden genandt Schillings-Gütter/ seyn aber mit sehr vielen Frohnen und Dienstbarkeiten beschweret. So bald nun dieselbe nicht können/ oder wollen abgerichtet werden/ hat der Herr Macht mit Wiederlag eines Schillings das Gut an sich zu nehmen/ und andern zu verleyhen.

12. Eine solche Beschaffenheit hat es auch mit den REUTHUNGEN/ das ist/ denen verödeten und mit Holtz-bewachsenen Feldern/ wel-

che neu wieder angebauet/das Holtz ausgereutet und zu Acker- Feld zubereitet wird/ die werden umsonst andern eingeraumt/ nur allein Annua pensio sive Canon vorbehalten/daher o entspringen die Bona Emphiteutica, und derselben Possessores Emphiteutæ. Nam de agris Novalibus, qui in Emphiteusim solent concedi, non percipitur precium, sed annua pensio s. Canon. *Elbert. Leonin. ad Rubricam. C. de jure Emphyt. n. 13.*

[Hactenus de bonis immobilibus, nunc de precio, quæ simul quoq; bonis mobilibus communia sunt, dicendum est.]

13. In præstatione evictionis, precii æstimatio referenda est ad tempus venditionis factæ *l. 13. ff. de evictionibus.*

14. *S*ic quoque in dotis restitutione spectatur initium contractus, quo res primò sub æstimatione certa tradita est. *l. Titia 62. ff. de Jure dotis.* Res enim æstimata accepta, pro venditâ habetur. *l. 3. ff. Locati,* Quia æstimatio venditio est. *l. 10. §. 5. ff. de jure dotium.*

15. Sic in commodato, deposito, pignore & fidei - commisso restituendo idem servatur tempus dispositionis, vel contractæ obligationis principalis: Nec attenditur superveniens augmentum. *l. Rutilian. p. 69. ff. de contrah. empt.*

16. Excipe tamen debiti conditionalis æstimationem, quæ non respicit tempus dispositionis, sed terminum, quo dies obligationis venit, id est debitum peti potest, *l. 59. de verb. obl.* Et si certo loco pecuniæ numeratio, vel ponderis admensuratio promissa fuerit, peti potest, quo primum in locum veniri potest, *l. idem 60. ff. d. t.* Quod attinet quantitatem s. æstimationem Crediti, sciendum est, quòd

17. Obligatio reddendi mutuum tria includat, ut res, mutuò data (ad usum) reddatur, primò in eodem genere. *l. 2. ff. de reb. Credit.* *S*ecundò tantundem, s. in eâdem quantitate, *l. 11. §. 1. ff. d. t.* Tertiò idem in qualitate. *l. 3. ff. eod.*

18. Ad qualitatem autem pecuniæ mutuatæ pertinet BONITAS. Hæc in pecuniâ credita est duplex: *Intrinseca & extrinseca.* Illa in duobus sc. liga s. pretiositate MATERIÆ, (quæ vel aurum vel argentum est,) vel in pondere

dere consistit, quæ materia intrinseca vocatur à monetariis Schrott und Korn/oder Gehalt und Gewicht. Hæc sc. bonitas extrinseca itidem in duobus consistit, sc. in valore imposito s. æstimatione. Am Werth oder Watdirung/nach welcher die Müntz gäng und geb ist: Et in signo, charactere, seu justa formâ nummi. Germ. dicitur der Schlag/das Gepräg/die Uberschrifft/ de quibus omnibus videatur Reichs-Müntz-Ordnung FERDINANDI I. de Anno 1559.

19. Si igitur valore manente integro, bonitas intrinseca mutata fuerit: Wie bey der Kipper Zeit geschehen. Tempus contractus est inspiciendum, & non plus valere debet materia cusa, (sive sit Joachimicus, sive nummus minutus,) quàm materia rudis & infecta. Ne creditor, ultra quam datum est recipiens, fiat injustus & pluris usurpator.

20. Spinosa quæstio proponitur: Si res mihi ex contractu sit restituenda, eademque fuerit deteriorata, de quâ lis suborta & definitiva lata, quæritur quodnam tempus in æstimatione damni attendatur? Utrum illati damni? An litis contestatæ? Vel etiam rei judicatæ tempus spectari debeat. Dd. communiter distinguunt inter contractus bonæ fidei & stricti juris. In illis regulariter æstimationem fieri statuunt tempore rei judicatæ: In his verò litis contestatæ momento, & hæc sententia probatur per textum. *l. Sed mihi videtur 3. §. in hac 2. ff. commodati.* Verùm hanc regulam multis declarationibus esse obnoxiam asserit *Zasius ad l. 22. C. de reb. cred.* Ita ut ultrò citroque instar pellis diducatur. Sic nostra jura sub sua incertitudine patiuntur variationes multiplices. De quo non immeritò quæritur noster Author in toto suo tractatu.

21. Tandem notabis pessimam omnium juris licentiam, quâ contrahentes in determinando precio s. rei æstimatione naturaliter κατὰ φύσιν se possint decipere. *L. in causa 16. §. penult. ff. de minoribus. & l. 22. §. ult. ff. de location.* Emptor enim viliore comparandi: Venditor cariore distrahendi votum gerunt, & cum hoc voto ad contractum uterque accedit. Vixque post *multas contentiones* paulatim venditore, de eo quod precium petierat detrahente: Emptore autem, quod obtulerat addente, ad certum precium consentiunt: Sicque hujus contractus substantia *in contentione* consistit. *dictante text. l. 8. C. de rescindend. vendit.* Ideoque consultius esset, monente nostro Authore, ut ipse Magistratus omnium rerum venalium æstimationem faceret, & cessarent tot contentiones, & lites; quas exinde quili-

bet metuit. *Addo* quòd ſcrupulum conſcientiæ injiciat quælibet læſio, quâ proximus gravatur. Jure enim divino & conſcientiæ omnem circumſcriptionem illicitam eſſe docet. *Ph.Decius conſ 111. n. 2.* Nam conſcientiam idem eſſe dicit, quod bonus vir. Sed bono viro non licet decipere. *Per gloſs. notabilem in l. ſemper. 197. ff. d. R. J.*

CAPUT IX.

De Conjugio ineundo.

Es iſt zu mercken/ daß die Converſatio mutua oder der geſellige Wandel der Manns- und Weibs-Perſonen/ um Heyrathens willen/ (doch alſo / damit Sie nicht können etwas Böſes oder ungebührliches thun) ſey eine gute und nöhige Sache/ damit der Mann den Sinn des Weibs / und Sie hinwieder des Manns Humor erkennen und wiſſen könne/ und Sie einander vorher Lieb gewinnen/ ehe Sie zur Verlöbnuß oder Heyrath ſchreiten. Wann Sie aber einig ſind/ (oder eines Gemüths oder Sinnes worden/) dann mögen Sie zuſamm heyrathen/ wo nicht / und da zwiſchen Ihnen ungleicher Humor, und Sie alſo nicht zuſamm ſtimmen können/ ſollen Sie ſich der Heyrath viel lieber enthalten / dann man GOtt nicht höher erzürnen oder beleidigen kan / als wann Eheleut miteinander verbunden werden wollen / die widerwärtiges Humors ſind/ und dennoch Lebens-lang mit einander umgehen und beyſammen wohnen ſollen. Dann wann Sie nicht durch Liebe vereiniget/ und eins Gemüths ſind/ ſo ärgert eines das ander/ und gereicht offtmals dieſe Zwiſtigkeit zur Verdammnuß ihrer beyder Seelen / und dahero kommt der Ruin und Untergang der Häuſſer/ entſteht Streit und Gefecht zwiſchen den Befreunden: Derhalben allerdings nöthig/ ehe die Heyrath geſchloſſen wird/ daß man beederſeits ſchwehre und gelobe: Getreulich und ohne Aergernuß zu handeln / und einander den ehelichen Bund in Lieb und Keuſchheit zu halten/ (kein Ungebühr zu begehrn / vielweniger zu begehen /) ſondern eines

eines dem andern mit Ehrerbietung zuvor kommen / auch der Mann das Weib nicht übel tractiren wolle.

Item / wann ein Junggesell sich mit einer Jungfer / oder Mann sich mit einem Weib ehelich verlobt / seynd Sie schuldig sich zu offenbahren / ob Sie ein Mangel an Leib oder Gemüth haben / wie und welcherley derselbe sey / und sehen ob Sie einmüthig seyn / vor der Heyrath / und sich zusammen schicken / wann sie heyrathen wollen / damit nicht hernach Aergernuß erfolge / wann nicht mehr zu helffen ist. Item / wann ein Mann sein Weib oder Ehegath unbillicher Weis übel tractirt, so streitet solches wider den Eyd und Gelübd / so in der Heyrath geschehen ist.

CAP. IX.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Conjugia Piorum sunt fatalia, impiorum fatualia.

II. Ad bene contrahendum matrimonium providâ cautione opus est.

III. Dolus absit, nec philtro inescandi sunt Sponsi, multo minùs incantationibus.

IV. Nec in ebrietate:

V. Vel persuasionibus inducendi sunt.

VI. Si evitare malunt errorem, qui quadruplex esse dignoscitur.

VII. Error personæ,

VIII. Et

VIII. Et error Status, impediunt matrimonium.

IX. Non verò error Fortunæ & Qualitatis.

X. Conjuges tamen sibi sint æquales ad conservandam concordiam.

XI. Carnis copula fiat prolis suscipiendæ non voluptatis explendæ gratiâ.

XII. Solo conscientiæ scrutinio relinquendum impotentiæ vitium.

XIII. Quod olim repudii causam dedit.

XIV. Et hodie divortium in consistoriis Protestantium causatur.

XV. Fallit in duobus casibus.

XVI. Ideò autem detegendum, quia præbet scandulum, quod sequuntur crimina adulterii & parricidii, ut exemplificatur casu tragico.

XVII. Docent Medici, quâ temperamentorum convenientiâ præditi esse debent conjuges ad evitandam sterilitatem.

XVIII. Aliud Scriptura sacra demonstrat.

XIX. Inter Conjuges Maritus gaudet prærogativâ.

XX. Mores viri pro lege impositi sunt uxori, non tamen, si mores deprehendantur improbi.

XXI. Marito conceditur correctio in uxorem,

XXII. Non tamen sævitia.

XXIII. Verberatio Mulieris passiva, quam pœnam mereatur, docent jura civilia.

XXIV. Correctio qualis esse debeat?


xxv. Occidere non licet uxorem in adulterio deprehensam.

xxvi. In coërcendo adulterio, quid judex ante oculos habere debeat, docetur.

xxvii. Propter Osculum ab alio datum, non amittit uxor dotem.

xxviii. Postremò additur promissionis formula, quam dè uxore bene tractanda inter Germanos Sponsi solent interponere.

I.



Onjugia Piorum sunt *Fatalia*; Impiorum *Fatualia*. Ne igitur Nomen impii simul & fatui merearis, in castitate, precibus devotis, à Deo, hujus ordinis Autore, conjugem impetrabis. Castitas enim juventutis, ut plerumque felici, sic scortatio infelici conjugio compensari solet.

2. Quò plus periculi est ex matrimoniis malè contractis, eò ad bene contrahendum, plus cautionis est adhibendum. *l. 1. §. Sed & si quis 5. C. de Carbonian. edict.* Nam ex malè inito matrimonio, temporalem Gehennam tibi accelerabis.

3 Hinc dolus abesse debet, nec philtro vel amatorio poculo. *l. 3. §. 2. ff. ad L. Cornel. de sicariis inescandi, l. 38. §. 5. ff. de pœnis,* Sponsi, nec incantationibus veneficiisque sunt percellendi, *l. 4. C. de malef. & incantationibus.* Dergleichen Philtristen, Buhle-Zwinger und Lieblocker / so einen Menschen zur Lieb eines andern / durch verborgene heimliche Mittel bewegen / können nicht wohl / ohne Zuthun des Teuffels / dergleichen Practiquen werckstellig machen. *Spengler. in malleo maleficar. part. 1. quaest. 7. Wier. libr. 3. de praestigiis Daemonum. c. 38.*

4. Præterea adolescentes non per ebrietatem sunt inducendi, ut eam ducant puellam, quam Lenæ & copulatrices sæpe lectissimam & castissimam deprædicant, quæ tamen apud omnes pessimè audit, & si nolint, collocant puellam in eodem lectu, & cum eô cubare jubent. Sic sæpe prædivitis alicujus filium quis se fingit, cum sit mendicus; Sæpe quis pro bono & sano commendatus, qui pessimis moribus vel Scabie Neapolitana, vel lepra, morbo Gallico, vel comitiali laborat. Hæc enim vitia corporis sunt detestanda, quæ omnibus, matrimonium inire cupientibus, præcavenda sunt. Non enim post semel contractum matrimonium dissolutio fieri potest.

5. Nec etiam persuasionibus uti licet in tàm arduo negotio, quia persuasiones sæpiùs plus operantur, quàm coactiones. *l. 1. §. Persuadere 3. ff. de servo corrupto*, quæ interdum non sunt absque dolo, qui tamen procul abesse debet: Et sicut omnes bonæ fidei contractus, dolum longè propellunt, ita & in matrimonio, quasi in fœdere sanctissimo, & re tàm ardua & sacra, bona fides exuberare debet. Nunquam enim bono & frugi conjuge uteris, quem quamve technis & dolis pellexeris. *Vives de officio mariti. lib. 1.*

6. Quid verò, si conjuges per dolum, metum vel persuasionem inducti fuerint in errorem? Sciendum erit quotuplex sit error. Eum quadruplicem esse statuunt jura canonica, utpote, PERSONÆ, CONDITIONIS, FORTUNÆ & QUALITATIS. *caus. 29. quæst. 1.*

7. Error personæ impedit Sponsalia. Sic Patriarcha Jacobus Sponsalia cum Virgine Rachel pactus, Leam sibi suppositam *Gen. c. 29. v. 24. 25. 26.* repudiare potuisset, quia Jacobo non desponsata erat, isque in eam non consenserat. Verùm, quia Leam impregnavit inscius, noluit Jure suo stricto uti. Nam lege Mosaicâ, is, qui virginem compresserat, eam ducere cogebatur. *Exod. 22. v. 16.*

8. Error conditionis s. status vitiat matrimonium. v. g. Si ingenuus ancillam, quam liberam existimabat, duxit. *c. 4. caus. 29. quæst. 2.* Non enim consistere potest matrimonium inter servum & liberam; vel ingenuum & servam, *l. cum ancillis 3. C. de incestis nupt.* Verumtamen constitit matrimonium Patriarchæ Abrahami cum ancillâ Hagar contractum, quia sciens sibi copulavit, *arg. c. 5. de caus. 29. quæst. 2.* Licet ipsam libertate non donaverit. *c. 3. d. caus. 29. quæst. 2.* An autem repudiare potuerit eam, ad Saræ uxoris nutum imperiosum, Treib die Magd aus mit ihrem Sohn. *Gen. 21. v. 10.*

v. 10. Dubitari possiet per rationem *in c. 2. d. caus. 29. quæst. 2.* adductam, nisi Deus repudium illud ratum habuerit *Gen. 21. v. 12.*

9. Error Fortunæ & qualitatis non vitiat matrimonium, sic, qui pauperem, seductus, divitem existimavit, pessimam quam moribus bonam reputavit, non dimittere potest, sed ratum manet, & sibi imputare debet, quod tàm credulus & improvidus semetipsum deceperit; *arg. l. 43. §. 1. fin. ff. de contrahend. emption.*

10. Quoad bona Fortunæ & Familiæ decorem hæc regula observetur: *Conjuges sibi sint æquales genere & familiâ, opulentiâ & divitiis.* Hinc despondendas esse, suadet PLUTARCHUS filiis mulieres, neque nobiliores, neque divitiis superiores. Multi enim, inquit, horrendi lapsus ex dispari conjugio & plurima pericula sequuntur. Ex hoc ipso fundamento, MARTIALIS fœminam vult marito inferiorem esse.

Inferior matrona suo sit, Sixte, Marito
Non aliter fiunt fœmina virque pares.
Si qua voles aptè nubere nube pari.

Nam quod sibi simile est, firmam habet amicitiam.

11. In ipso autem conjugio, copula carnis esse debet *causa prolis suscipiendæ*, non voluptatis explendæ; nam carnis commistio creandorum liberorum gratia est introducta, non ut sit satisfactio vitiorum. *c. Vir cum propriâ 7. caus. 32. quæst. 4.* Et licet quis ita in matrimonio legitimo, extra adulterii & fornicationis crimina conceptus fuerit, non habet, quod multum glorietur, sed cogitur conqueri cum Davide: Ecce in iniquitatibus sum conceptus, & in delictis peperit me mater mea. *Ps. 51. v. 5.*

12. Solo autem scrutinio conscientiæ alicujus est relinquendum, ut se examinet, an potens vel impotens ad conjugium sit.

13. Nam impotentia mariti & debilitas, quæ aliàs frigiditas dicitur, olim dedit causam repudii. *c. 1. X. de frigid. & malef. Nov. 22. c. 6.* Sic vitium

 mulie-

mulieris coire impotentis, est clausura sive arctatio uteri. Quæ si adeò arcta fuerit, ut mulier non fieri possit, *l. 14. §. 7. ff. de adult. edict.* redhibitioni locus erat. Aliud autem est esse sterilem naturâ, aliud vitio corporis laborare, *l. 14. §. 3. ff. d. t.*

14. Si verò alteruter conjugum scit defectum coëundi, sub specie tamen potentiæ fœcunditatem promittit. Is, eavè non tantùm Sponsam Sponsumve suum fraudulenter decipit, sed & Ecclesiam & Deum ipsum ludibrio habet, dolosus fit contractus, & fraudulenter initur matrimonium. Ideò, quia hoc modo persona innocens perpetuis ustionibus & periculo scortationis objicitur, adhuc hodie solet divortium decerni in Protestantium consistoriis, & quidem, si impotentia coëundi sit penes virum, talis concipitur sententia: P. P. Daraus allenthalben so viel erscheinet / daß Beklagter ein blöder Mensch / und zum Ehestand und ehelicher Beywohnung undüchtig / derowegen Klägerin von Ihme hinwiederum billich geschieden / und da Sie ohne Verletzung ihres Gewissens ausser dem Ehestand nicht bleiben kan / Ihr in andere wege sich Christlich zu verehlichen / und die Ehe / jedoch ohne Gepränge zu vollziehen verstattet und nachgelassen wird. *Carpzov. I E. lib. 2. defin. 200. n. 16.* Si verò impotentia coëundi sit penes mulierem, reperio Juris Responsum in subsequenti forma: Hat eurre Tochter vor 12. Jahren sich verehliget / und bißhero keine Leibes-Frucht zur Welt gebracht / darüber zwischen beyden Eheleuten grosser Zanck / an welchem Theil der Mangel seyn möge / den zu verhüten / ihr fleissige Nachforschung gehabt / und nach vorhergehender Besichtigung / durch zweyer geschworner Wehe-Mütter gethane Aussage / so viel in Erfahrung gebracht / wie es mit eurer Tochter von Mutterleib an also beschaffen / daß sie keines Mannes schuldig werden / noch Kinder zur Welt gebähren / ihr auch ohne höchste Leibes-Gefahr weder gerathen noch geholffen werden könnte. Dafern nun euer Eydam sich nicht länger gedulten / noch mit unverletztem Gewissen ausser dem Ehestand leben könnte / so wäre bey seiner geistl. Obrigkeit die Ehesonderung zu suchen / ihme unbenommen / und ergienge alsdenn darauff / so wohl auch seiner anderweit Verehelichung halber / was recht ist.

15. Fallit, si aliquis vel aliqua scienter nuptias cum impotente contraxerit, tunc enim divortium non habet locum, sed vir cum tali uxore castè morari, tanquam cum sorore, & econtra uxor tali viro tanquam fratri cohabitare

tare tenetur, *c. 3. 4. & 5. Extra de frigid. & maleficiat.* Fallit 2. si vitium aliquod corporis congressum carnalem, vel commixtionem conjugalem impediens, post nuptias jam contractas supervenerit, *c. 29. in explicatione textus, caus. 27. quæst. 2.* Nam maleficiati, qui per sortiarias ac maleficas artes impotentes sunt redditi Vulgo: Denen die Nestel geknüpffet / und das Schloß geschlagen worden/ non possunt dissolvi, quia hoc vitium casu quodam insolito, qui non potuit prævideri, nec in contractibus præstari solet, obvenisse creditur, quem casum, ut & alia fata cum patientia inter conjuges, quæ Dei permissu in peccatorum punitionem contingentia tolerari æquissimum est.

16. Longè aliud jus dixeris in casu, quo quis quæve sciens, alterum alteramve dolosè deceperit. Nam & ego possum de memorabili & tragico casu, qui in Megapolensi Ducatu intra vicennium contigit, verè attestari. Quod quidam Vir, cujus testes attriti & contusi fuerunt, ita, ut emarcuerint, & tanquam mortua membra propenderint, duxerit uxorem, quam non cognoscere potuit, quâ mortua super induxit alteram, ac cum eâ cohabitabat per aliquot annos, & quidem tamdiu pacificè, quam diu uxor se intra terminos castitatis, ut virgo illibata continere potuit. Posteà continentiæ terminos egressa, appetiit conjugii primarium, prolis sc. suscipiendæ, finem: At cum assequi ab Eunucho suo non potuit, ideò adulterinum partum suscepit. Maritus gravidam sentiens, partum pro suo agnoscere renuit, & quæsivit divortium, quod illa propter impotentiam mariti antea quærere erubuit, quid fit? Uxor ad evitandam infamiæ notam, præparat marito venenum, quo ipsum interfecit. Ecce duo crimina adulterium & parricidium, exinde nata, quæ evitari potuissent, modò scrutinio conscientiæ maritus usus fuerit, & si non primo, altero tamen conjugio abstinuisset. Peccant igitur mortaliter, qui corporis vitio laborantes ineunt matrimonium.

17. Tum denique conjuges, dissimili complexione discrepantes, ad familiæ propagationem erunt inutiles. Nam temperamentorum disconvenientia, quâ nimis ab invicem distant, aut etiam eorundem nimia convenientia, parit sterile matrimonium. Veluti, si uterque conjugum calidissimo dotetur temperamento, aut econtra vir calidissimo, mulier frigidissimo. Debet enim in hoc esse quædam convenientia, sed non exuberans, & quædam contrarietas aut dissidentia, sed non magna, ut *Aristot. de Gener. anima, c. 2. Galen. Comm. 5. Aphoris. 62. docent.*

18. Verùm, quicquid sit, tali cautione non indigebit, nam Deus imploratus & steriles naturâ fœcundas reddere potest, ut constat in Abrahamo & Sara, senectute ad propagationem familiæ emortuis, *Gen. c. 18. v. 14.* Soboles Dei donum & fructus ventris merces divina, *Ps. 127. v. 4.* Potest igitur naturam Deus vitiosam corrigere, & ex infœcundâ reddere fœcundam. GOtt kan der Einsamen ein Haus voll Kinder geben.

19. Inter conjuges maritus gaudet prærogativâ, quàm jura divina approbant: *Vir esto caput Mulieris*, sicut Christus caput Ecclesiæ, *Eph. c. 5. v. 23.* à capite autem omnia membra leges accipiunt. Quæcunque mulier non subjicitur viro, *hoc est*, capiti suo, ejusdem criminis rea est, cujus vir, si non subjiciatur Christo capiti suo, *c. 15. caus. 33. quæst. 5.* Quæ autem uxor Marito suo imperare desiderat, legem fidemque naturæ transgreditur: Christi Evangelium infamat, & Dei contemnit sententiam primam, quæ imperat viro, ut dominetur uxori, *Gen. 3. v 16.* Des Weibes Will soll dem Mann unterworffen seyn/ und Er soll ihr Herr seyn.

20. Sic mores viri pro lege impositos uxori, *censet Aristot c. 2. Oecon. c. 1.* Sed quid si mores improbi probarentur, an pro lege essent? Hoc non dixerim, ideò enim de jure civili MORUM JUDICIUM intoductum legitur. Cui inter Conjuges non licet per conventionem mutuam renunciare. *Textus est in l. illud 5. pr. ff. de pactis dotalibus.* Alteri enim alterutrius mores accusare licitum est. Sed si fuerint mores utrinque æquales inter conjuges de jure non vendicantur. Paria enim delicta mutua pensitatione dissolvuntur. *l. 39. ff. solut. matrim.*

21. Si itaque imperium sit penes virum, utique eidem uxorem suam corrigere licet. Quemadmodum fluvius continetur intra alvum; ita debet coërceri voluntas uxoris. *Ecclesiast. c. 25. v. 34.* Sed non cum vehementiâ procedat correctio.

22. Damnatur enim sævitia viri in mulierem, nec debent bene concordantia matrimonia jure potestatis maritalis turbari. Quod contingeret, si vir fulmina & cuneos perpetim crepare mallet, comburesretur splendor nivei amoris, quatieretur columen familiæ, & dissiparetur flamma mutuæ concordiæ, quibus familiæ vinculis disruptis, quid speret ampliùs, nisi proximum interitum totius œconomiæ.

23. Pro-

23. *Proinde non perperam* Jura civilia pœnam constituerunt, quæ enim uxor olim probavit, se à marito verberibus, (quæ ingenuis aliena sunt,) affectam fuisse, repudium mittere potuit, *l. consensu 8. in fin.* §. *2. C. de repudiis.* Sed hæc lex durior inter Christianos cessat, & mitigata legitur per Justinianum, qui Marito fustibus & flagellis, sine causa uxorem castiganti, pro pœna *tertiam partem* antenuptialis largitatis, eidem addere dictavit. *Novell. 117. c. 14.*

24. Quænam igitur correctio impunis erit? Dico modicam castigationem, & paulò moderatiorem, quàm ut patris in filium, senioris in juniorem propinquum. *l. 1. C. de emendat. propinq.* Et præceptoris in discipulum. *l. 5. in fin. §. 3. junct. l. 6. ff. ad Leg. Aquil.*

25. *Sed* quid si pervicacia uxoris, patientiam mariti rumpat? Quid si deprehenderit uxorem in flagranti crimine adulterii? Impunè tamen eam occidere non licet, quamvis ordinariâ pœnâ absolvendus sit, ex ratione, quod difficillimum fuerit, justum dolorem temperare, *l. si adulterium 38. §. Imperator 8. ff. ad L. Jul. de Adulter.*

26. *Si* verò accusaverit in judicio uxorem, Judex in coërcendo adulterio ante oculos habeat, *text. L. si uxor 13. §. 5. ff. d. t.* Et priusquam pœnam dictaverit, inquirat; Utrum & ipse maritus pudicè vivens, mulieri quoque bonos mores colendi *Autor* fuerit, per *iniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibuit.*

27. Propter osculum ab alio datum amittere uxorem dotem, eamque maritum lucrari tradit *Borcholt. in Feud. c. 8. n. 101.* Contrarium tenet *Modestinus Pistor. cons. 3 quæst. 1. n. 29. junct. 53. & seq. vol. 1.* Quæ sententia posterior humanior est, nam osculum non semper præsumit adulterium. Et licet præsumat, non tamen ex præsumpto, sed vero adulterio dos amittitur, *Nov. 117. c. 8. §. 2. Nov. 134. c. 1.*

28. *Postremò* mihi addere lubuit promissionis formulam, quam inter Germanos Sponsi solent de benè tractandâ uxore interponere, quæ hujus est tenoris, hat A zugesagt bey E Seiner Gemahlin oder Ehegattin vernünfftig zu wohnen / Ihre weibliche Schwachheit ihr zu gut / Sie aber ehrlich / wohl und dergestalt zu halten / wie einem Ehrliebenden Ehemann gezie-

geziemet und wohl anstehet / also / daß E so wohl als ihre gantze ehrliche Freundschafft ein freundlich und günstiges Gefallen dareb haben und tragen sollen.

CAP. X.

De pactis dotalibus.

WAnn ein Heyrath gegeben oder bestimmt werden soll / müssen vorher Pacta dotalia aufgerichtet werden / in welchen der Todes-Fall / wie es auf eines oder andern Absterben gehalten werden mag / mit begriffen seyn soll; Es mag aber ein Ehegatt des andern Gütter nicht verobligiren / ohne beederseits Bewilligung.

CAPITIS X.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Paternum est officium suam progeniem dotare,
II. Consistit tamen Conjugium quoque sine dote.
III. In dotis constitutione modus ex facultatibus, & dignitate Conjugum est statuendus.
IV. Ne fiat in præjudicium Creditorum.
V. Donatio propter nuptias, die Gegen-Vermachnuß / olim fiebat in eâdem quantitate, quâ dos data.
VI. Hodie Generali Germaniæ consuetudine contrarium est inductum.

VII. Suc-

VII. Successiones Universales ex pactis dotalibus, valent in vim donationis, mortis causâ.

VIII. Unio s. Parificatio prolium, vulgò ein Kindschafft / per Germaniam recepta.

IX. X. XI. & XII. Pacta denique Illustrium Personarum, quomodo fiant inter Germanos, paucis exprimitur.

XIII. Donationes inter Maritum & uxorem sunt prohibitæ. Hujus prohibitionis ratio redditur.

XIV. Si verò unus Conjugum alteri in necessariis oneribus succurrit, non prohibita censetur donatio.

I.



PAternum est officium, dotare suam progeniem, *l. ult. in med. C. de dotis promiss.* Et interest patris, habere dotatam filiam, *l. 71. ff. de Eviction.* Nec maritus est ita decipiendus, ut cogatur indotatam uxorem habere. *l. 9. §. 1. ff. de condit. caus. dat. caus. non secut.* Nec mulier indotata redire in matrimonium præsumitur, *l. 40. ff. de jure dotium.*

2. Verùm, si Sponsum invenit, qui dotem negligit, eidemq; amorem personæ præfert, æque mulier fieri potest, licet indotata, *l. 24. ff. de victionib.*

3. In dotis autem constitutione modus ex facultatibus & dignitate mulieris & mariti statuendus est, & hoc quidem non sine autoritate Magistratus, quousque sc. ratio substantiæ patrimonialis patitur, *l. 60. & l. 69. §. 4. ff. de jure dotium.*

4. Et ne fiat in præjudicium & fraudem Creditorum, *text. est in l. 10. §. 14. ff. quæ in fraud. creditor.*

5. Requiritur, ut donatio propter nuptias, die Gegen-Vermächtnüß, à Sponso fiat eâdem quantitate, quâ dos data, *Auth. æqualitas, C. de pact. convent. tam supr. dotem. Et Auth. dos data, C. de donat. ant. nupt.*

6. Quamvis generali Germaniæ consuetudine contrarium inductum sit, ut vel nulla, vel non semper æqualis renumeratio constitui soleat, docente *Gail. 2. Observ. 71. n. 2.*

7. Præterea successiones etiam universales ex pactis dotalibus, valent consuetudine quarundam regionum, sed in vim donationis mortis causa, *l. tale 40. §. ult. ff. de pactis.*

8. Prout inter alias & hæc consuetudo invaluit, cùm viduus viduam ducere velit, & utrique liberos ex priori matrimonio progenitos habent, ut apud Magistratum loci & competentem judicem, causâ cognitâ, in amicorum, tutorum & curatorum præsentia, unio s. parificatio prolium, vulgò ein Kindschafft/ constituatur. Et hic unionis contractus in Germania est receptus, deque eô pulchrè formando Ordinatio Moguntinensis, in Camerâ Imperiali confirmata, extat, *quam allegat. Gail. obs. 125. lib. 2.*

9. Paulò aliter inter Illustres personas consuetudo se habet, v. g. Si Illustris *Principissa* Illustri Principi desponsata fuerit, & pro more Regionis usitato, illa dedit pro dote, zum Heyraths-Gut/ v. g. X. XX. XXX. tausend Reichsthlr. und pro paraphernalibus, 3. 4. 5. tausend Reichsthlr. nemlich zu Behuff der Kleider / Cleinodien / Schmuck und Silber-Geschirr.

10. Renunciatio fieri debet paternæ & fraternæ hæreditatis nomine Illustris Sponsæ, vermög eines absonderlichen Verzichts-Brieffs / quæ renunciatio successionis, ab Illustrium & Nobilium familiarum fœminis fieri debet, ut necessarium requisitum, *de jure Canon. secundum c. quamvis pactum extra de pactis in 6to.*

11. Verùm de jure Feudali non necessaria est renunciatio, siquidem notorium est, quod Fœminæ in Feudis non succedant regulariter, sed ipso jure à successione excludantur, nam non sunt & dicuntur germ. Lehens sed Lands-Erben/ quamvis vel sæpe nihil terrarum possideant, voce Lands-Erben abusivè sumptâ, pro prædiis s. bonis allodialibus immobilibus.

12. A

12. A parte Illustris sponsi dos X. XX. XXX. tausend Reichsthlr. augetur duplâ quantitate. Wird das Heyrath-Gut mit noch einer so hohen Gegen-Vermachnuß/ als XX. XL. LX. tausend Thaler verbessert / additur Morgengab von 2. 3. 4. biß 500. Thaler. Auf solche Verbesserungs-Summa / (dazu die Morgengab geschlagen) wird ein Fürstl. Wittwens Sitz in einem Amt/ so die Zinsen jährlich abtragen kan / zu einem Dotalitio und Leib-Zucht vermacht / und gemeiniglich mit aller Zubehörung/ Intraden, Ober- und Nieder-Gerichten / auch allen andern Herrlich- und Gerechtigkeiten/ verschrieben. Jedoch wird inter Protestantes das Jus Episcopale, sonst aber ins gemein die Belehnung der Vasallen, Regal-und Haupt-Zoll/ die Folg-Reichs-Craiß- und Land- Steuer ausgeschlossen/ und mag Vidua Illustris die Zinsen vom Heyraths-Gut / Gegen-Vermachnuß auch Morgen-Gab / aus dem eingeräumten Amt genießen / und vom übrigen Rechnung thun lassen : Wird auch wohl je zu Zeiten deroselben ohne Rechnungs-Leistung zu Ihres Fürstl. Witthen-Standes Bessern auskommen/ jure antichretico die Nutzung gelassen/ darüber ein Keyserl. Confirmation und der Fürstl Gebrüder / (so deren verhanden/) Freund-Brüderlicher Consens erfordert.

Dann wird fernerweit abgeredet/ daß der Witthen Sitz mit Schulden nicht beschweret/ und da einige darauff hafften / dieselbige in Zeiten abgelößt werden sollen. Die Beamte / des zum Witthen-Sitz destinirten Amts/ werden öffters Anfangs bey der Fürstl Heimführung eventualiter an die Frau Gemahlin mit Eyds-Pflicht verwiesen/ daß Sie dieselbe (als gehorsam und gewärtig zu seyn/) nach tödtlichen Hintritt ihres Herrn Ehegemahls/der Frau Wittwen / und nach ihrer / der Frau Witthen Absterben/ des Wieder- oder Ruckfals halben / an ihren Herrn Vater und nächste Erben würcklich leisten sollen.

Alii Principes geben ein Güld- und Morgengab-Verschreibung / und verobligiren sich zu einem gewissen Haupt-Geld/davon die Gemahlin/nach Absterben ihres Herrn Gemahls/ihre jährliche Güld 5. pro centum haben soll / versichern solche Güld auf ein Amt/ und dessen beständige Gefäll/ verschreiben dabey ein Haupt-Summa/ davon die Frau Gemahlin jährlich zu täglichem Hand-Geld/ so lang Ihr Herr Gemahl lebet / gewisse Zinß heben und gemessen soll. Es fällt aber die Morgengab und Gegen-Vermachnus hinwiederum zuruck auf den Donantem præmortuâ Donatrice.

Dabey werden/ um mehrer Verbindlichkeit willen/ alle Fäll/ so durch Kriegs-Ruin und unverursachten Brandschaden entstehen mögten / ausbescheiden/ daß der Schade vom Constituente ersetzet / auch zu Pest-Zeiten ein ander gesunder Ort destinirt werden möge. Werden auch gemeiniglich die in Bewitthums-Amt angesessene von Adel/ der Frau Wittib zu Ehren und Aufwartung angewiesen; Hingegen / so die Frau Gemahlin von ihrem Herrn Gemahl ohne Leibs-Erben versterben würde/ verbleiben die Ehegelder Zeit seines Lebens demselben unabgefordert/ dann er ist hodiernâ per Germaniam receptâ consuetudine ein Usufructuarius Dotis.

13. Donationes inter Virum & Uxorem sunt prohibitæ, ne mutuato amore invicem spoliarentur & venalitia redderentur matrimonia. *l. 1. & 2. ff. de don. inter vir. & uxor.* Aliàs enim concordia precio conciliari videretur, & melior in paupertatem incideret, deterior ditior fieret, *l. 3. pr. ff. d. t.* Ideò nullius sunt momenti, *d. l. 3. §. 10.*

14. Si verò unus conjugum alteri in necessariis oneribus succurrit, non donasse censetur: Ergò, si consensu mariti, processit mulier, propter suas necessarias causas, ad donandum, & iterum aliquid maritus expensarum nomine eidem præstiterit, hoc non est revocandum *per text. L. si quis 21. ff. d. t.* Nam non amarè, nec tanquam inter infestos jus prohibitæ donationis est tractandum, sed ut inter conjunctos maximo affectu, & solam inopiam timentes. *sunt verba textus l. & id. 28. §. 2. ff. eod.*

CAPUT XI.

De consuetudine, quæ in contrahendis matrimoniis per Hispaniam frequentari solet.

IN Spanien ist der Gebrauch / daß der ältiste Diener des Hauses sich mit der überbliebenen Wittwe verehliche / wann keiner Männlichen Geschlechts vorhanden / und sonst ohne Verhinderung dergleichen Heyrath und Ehe geschehen kan / jedoch muß

muß Er den Zunahmen des Geschlechts annehmen und Erb seyn/ welches ein lobwürdig und edle Gewohnheit ist.

CAP. XI.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Servus ædificat familiam Domini sui, ejusdem viduâ in uxorem ductâ.

II. Quam consuetudinem Romanæ Leges abhorrent.

III. Nec eandem tolerant, Germanorum mores, inprimis apud Principes, qui contrahunt matrimonium cum vilioribus fœminis ad morganaticam.

IV. Lege Mosaicâ, frater fratris prædefuncti Viduam ducere coactus, ad propagandam familiam. Quare? Et quandiu duraverit lex?

V. Familiæ oriuntur & occidunt, nec sunt in perpetuo flore.

VI. Sapiens servus dominabitur Stulto Domino.

VII. Nec regia, supra Millesimum annum propagata familia, carebit servis.

I.

QUod Senior Servus in familia, viduam sui Domini relictam, ducere possit, & simul asciscere nomen gentilitium, hoc facit ad propagationem Familiæ aliàs interituræ.

2. Aliud & diversum jus apud Romanos observabatur. Nec enim mulieri ingenuæ licebat habere servum. *l. 24. ff. de evictionibus.* Sed pœna servo nubentis erat ingenuitatis privatio, *testante Cornel. Tacito Annal. lib. 12. c. 53. per verba*: Quæ fœmina ad conjugium servi prolapsa dignoscitur, in servitutem sui consensisse videtur, & qui nascuntur ex eâ, pro libertis habentur. Ratio erat: Quia alienæ & sordidæ stirpes non debebant subrogari splendidis & ingenuis natalibus, *l. 9. C. de quæstionibus.*

3. Sic nec apud Germanos Illustres Familiæ per connubia fœminarum ignobilium propagari solent. Et licet Illustris Vir, utpote Princeps, matrimonium contraxerit cum muliere inferioris conditionis, fit tamen contractus ad solam morganaticam, eâ sc. conditione, ut uxor, ad sinistram copulata manum, utpote nobilitatis conditione impar, annuâ Morganaticâ, & liberi ejusdem, absque successionis spe, certo ipsis assignato precio, debeant esse contenti, *Besold. Thesaur. practic. verbo* **Morgengab.**

4. Aliam, & quidem singularem familiæ propagationem, observabat Populus Judaicus. Erat enim admodum solicitus in suscitando semine ad conservandam familiam, ita, ut frater superstes præmortui fratris sui familiam ædificare cogeretur. *Deuter. c. 25. v. 5.* Si enim unus ex fratribus simul cohabitantibus absque liberis mortuus fuerit, Vidua defuncti non nubere debuit alii, quàm affini proximo, h. e. Leviro, & hic eam ducere, & suscitare debebat semen fratris sui. Si autem noluerit accipere uxorem fratris sui, quam tamen eidem Lex adjudicabat, Vidua ad portam civitatis, vel ad judicium properans, interpellabat Seniores, accusando renitentiam Leviri, quod non potuerit commoveri ad conjugium, qua perpensa quærela, dabatur in judicio facultas viduæ tollere calceamentum de pede Leviri, & inspuere faciem illius, dicendo: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. Verùm, hæc Lex, uti ad politiam Mosaicam solùm spectabat, & pro tribuum distinctione ad conservandas singulorum familias ordinata erat, cessare cepit CHRISTO nato, qui voluit ex certa tribu, (quæ cum aliis per connubium non fuerit confusa,) originem ducere.

5. Ex præmissis patet, quòd nulla familia, continuata & non interrupta serie, perpetuetur. Nam sive PRINCIPUM sive privatorum fuerint familiæ & successiones, certa sunt circumscriptæ periodô, qua decursa s. exacta desinunt, ut vel ob enormia delicta Majorum deleantur, ipsæ familiæ radicitus, vel saltem successores earundem deprimantur, ne de male quæsitis

sæpe

sæpe gaudeat tertius hæres. Sic videmus multos deturbari à superiori ad infimum statum, depressos verò iterum tolli ab inferiori ad altiorem gradum.

6. Nec dicas adeò absurdum esse statutum Hispaniæ, quo servus fieri possit Hæres. Nam sapiens servus dominabitur etiam stultis filiis, & inter fratres hæreditatem distribuet. *Dictante Salomone Proverb.17.v.2.* Servo enim sensato s. sagaci, servient etiam ingenui, & vir prudens & disciplinatus non murmurabit. *Ecclesiastic. c. 10. v. 2*. Einem weisen Knecht muß der Herr dienen/und wann Er vernünfftig / murret er nicht dagegen. Rex Salomon experientiâ suâ docet, se vidisse servos equitantes & Principes ambulantes super terram quasi servos, *Ecclesiastes c. 10. v. 7.*

7. Neque Tibi, sive sis nobilis sive ignobilis, hæc consuetudo displiceat. Nam PLATO in suo Thæteto, & SENECA, *Epist. 44. scribit*: Neminem Regum non ex Servis esse oriundum, & econtra neminem non Servum ex Regibus. Man wird keinen König finden / der nicht Knecht unter seinen Vorfahren: Und wird hingegen auch keinen Knecht finden/der nicht Könige unter seinen Vorfahrern habe. Wann man über tausend und mehr Jahr zuruckgehen wolte. Nam pares natura & ortu sunt homines, & unus omnium Regum, & pauperum, & servorum & Dominorum ortus & interitus. *Sapent. c 7. v. 3. & 4.*

CAP. XII.

Von Testamenten.

Es mag keiner ein Testament vor sich selbst machen oder schreiben/ und da es geschicht / ist es ungültig / will aber der Testirer es bekräfftigt wissen/ so muß es vor erst vor die Obrigkeit gebracht werden/ welche vorher drüber urtheiln soll / ob es den Statuten gemäß / nächst Beobacht- und Überlegung aller hiebey zuwachß- und abnehmenden Interesse: Es mag ein jeder Testirer einen bösen lasterhafften Erben/ so der Erbschafft unwürdig/ enterben/ jedoch daß/ wie obberührt / die exhæredation von der Obrigkeit/

brigkeit/ præviâ causæ cognitione, bestättiget werde/ und wann ein Testament also vor gut befunden und bestättiget worden / hat es vim paratæ executionis, und ist niemand erlaubt dargegen zu reden/sondern wird jedermännlich der Mund gestopffet/in juncto perpetuo silentio. Wär es aber Sach/ daß in dem aufgesetzten Testament einige nutzbare disposition unter den jenigen Puncten / so von dem Magistrat vor falsch/ nichtig und unrecht erkennt / zugleich mit enthalten/ so mag das jenige / was bös und nichtig / dem/ was Recht und Gut nicht præjudiciren / quia utile per inutile non vitiari debet. Es mag aber ein Vater hinwieder sein Testament auf heben und vernichten/ und können die Kinder oder Erben aus solchem cassirten Testament nichts/auch keine Legata fordern. Wann der Testirer einige Gütter selbsten erworben/ und sie nicht verhefftet/ oder zu Lehen aufgetragen/ (Lehenbar gemacht /) kan er solche Testaments-weis vergeben/ wem er will/ und wie es ihm gefällt.

Die Gütter aber/ so der Testirer nicht selbst erworben / mag er nicht vertestiren wem er will / sondern muß solche / gleich seinen Vorfahrern / denen Nächst-Anverwandten / unvereusert hinterlassen.

Dann ist von nöthen / daß alle Freunde von einem Grad zugleich succediren / der Testirer wolle oder wolle nicht / in die Lehen-Gütter aber allein der erst-gebohrne des Hauses / oder älteste des Geschlechts.

Er kan keine Legata verschaffen / auff einige Weis von dem Principal-oder Haupt-Gut / das ist/ von dem das er nicht selbst erworben / sondern allein von den Intraden und Einkommen oder Renten/ welche er in seinem Leben eingefangen/ dann er muß dem jenigen sein Gut nicht um einerley Ursachen nehmen / dem es wegen der Verwandtschafft zugehöret / wann er aber einem obligat ist in seinem Leben/ um einiger Ursachen willen / kan Er ihm zum legato das Debitum verschaffen / iedoch nach Willkühr des Magistrats, und alsdann kan mans nehmen von den Güttern/ die er nicht selbst erworben/ jedoch nicht eher/ es wären dann keine Intraden oder Renten/

(so

(so schon eingefangen/ oder noch außständig und zu fordern /) vorhanden. Dann wann dergleichen Güter obhanden / nimmt man die Legata nicht von denselben/ so er nicht erworben / sondern von deren Renten. Es kan der Testator Legata vermachen ad causas pias, (zu Geistlichen Sachen/ Kirchen/ Spital-Allmosen/) und diese Legaten kan man nehmen von den Güttern/ so der Testirer nicht selbst erworben/ jedoch unter Discretion der Obrigkeit.

CAPIT. XII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Testamenti factio circa solemnitatem probationis multis subtilitatibus subjicitur.

II. Actus testationis fieri debet uno contextu, ideoque dicitur individuus.

III. A Notario consignatur.

IV. Quæstio, an defectus testium in numero insufficienti suppleri possit ab Imperatore? Deciditur.

V. Jus Canonicum remittit Solennitatem tot testium, & concedit Paræcianis coram Presbytero suo adscitis 2. vel 3. testibus testamentum condere.

VI. Quæ dispositio Clericis Pontificialibus admodum proficua solet esse.

VII. Circa solemnitatem dispositionis testamenti caput est hæredis institutio.

VIII. Testator debet disponere de rebus propriis: nam

quicquid de alienis, ut & contra Leges & bonos mores dispositum reperitur, invalidum judicatur.

IX. Nostri Authoris approbatur sententia, quæ requirit Magistratum in opera conficiendi testamenti.

X. Qui providere potest, ut formam capiat perfectam.

XI. Testamentum actis insinuatum, est quidem perfectum, quoad formam probationis externam, non tamen supplet substantialia f. formam internam.

XII. Ægroti Testamenti-factio, quomodo procedat, quando pro validâ haberi debeat?

XIII. De bonis acquisitis, quæ verè propria dicuntur, disponere licet Testatori.

XIV. Non verò de bonis paternis & avitis.

XV. Quia hæc non absolutè nostra esse dicuntur.

XVI. Sed ad familiarum dignitatem salvandam reservari debent.

XVII. Quæ prohibitio inprimis in alienatione bonorum Illustrium locum invenit, & Fidei commissum inducit.

XVIII. Quod Fidei-commissum, fœminis exclusis, ad masculos in infinitum producitur.

XIX. Nec iniquum quicquam, nec durum inest prohibitioni de non alienandis bonis hæreditariis.

XX. Quia sufficit usum fructum habuisse defunctum, quo si non contentus, allaborare debuit manibus propriis, ut habuisset unde viverent.

XXI. Multum conduceret consuetudo, si per Germaniam introduceretur.

XXII. Otiosa enim vita est inquieta & dissoluta, imò otium pulvinar Sathanæ.

XXIII. De hæreditariis tamen bonis legata, ad pias causas sumpta salvantur.

XXIV. Nec utile per inutile vitiatur, licet enim unum alterumve caput irritetur, non ideò cœtera capita, secundum authorem, nostrum invalidari debent.

XXV. Quam sententiam omnes Canonistæ corroborant, in legatis ad pias causas.

XXVI. Non tamen procedit in testamento paterno inter liberos revocato. Nam revocatio testamenti tollit quoque legata.

XXVII. Inofficiosum quis testamentum dicere possit, declaratur. Si autem deficit inofficiosi querela, succedit falsi accusatio.

XXVIII. Ordinatio seu statutum, quo uxor sine liberis decedens, possit succedere in bona mariti etiam hæreditaria, exclusis proximis hæredibus collateralibus videtur esse detestabile.

XXIX. Licet reciproca inter conjuges testamenta tolerari possint.

XXX. In Bona feudalia, inprimis regalia, quæ divisionem non patiuntur, non succeditur.

XXXI. Sed transeunt ad primogenitum, ejusque hæredes masculos jure PRIMOGENITURÆ.

XXXII. Quod Jus Primogenituræ amittitur vel per Feloniæ crimen:

XXXIII. Vel per renunciationem & cessionem.

XXXIV. Discrepat à majoratu, qui & Senioratus nuncupatur, qui licet in familiis Principum hodiè cessat, inter nobiles tamen adhuc frequentatur.

I.



Estamenti factio de Jure Civili multas Subtilitates requirit. Nam Testator debet adhibere testes habiles non pauciores, quàm VII. *§. 3. & ult. Inst. de testam. l. 21. C. eod.* Mares non Mulieres, *l. 20. §. 6. ff. qui test. fac. poss.* Quos convocare, iisdemque voluntatem testandi declarare debet *l. 21. §. 2. ff. d. t.*

2. Actus testationis expediri debet uno contextu, ita, ut omnia uno tempore peragantur, nullo interveniente negotio alieno, *d. l. 21. §. ult. ff. de test.* Ea enim est natura solemnium, ut dividi nequeant. *l. 137. pr. ff. de verb. obligat.* Hinc dicitur Testamentum actus individuus. *l. 9. C. qui test. fac. possunt.*

3. Et à Notario actus ille conscribi debet, qui ideò adhiberi solet cum duobus testibus Instrumentariis, ita, ut connumeratis testibus instrumentariis 2. numerus in denarium assurgat.

4. Quando testamentum ob defectum numeri testium vel alterius solemnitatis irritum est, nullatenus juvatur confirmatione; etsi à Summo *Principe* facta, quia confirmatio ejus, quod nullum est, nihil operatur. *c. inter dilectos 6. vers. cæterum extra de fide Instrument.* Si delectaris Dd. Disputationibus, quas tamen Author noster Octavius *Pisani* abhorret, consule super hâc quæstione Fridericum Prükman, qui Lucam de *Penn.* contrarium asserentem in *§. Soluta potestas c. 4. memb. 2. ff. 7. prolixè* refutavit.

5. Aliud Jus Pontificium imperat, dum remittit solemnitatem tot testium, ideò, quod à divina lege & Patrum institutis, tùm quoque à generali Ecclesiæ consuetudine alienum sit: cum Scriptum legatur, *in ore duorum vel trium testium stat omne verum.* Ideò testamenta, quæ Paræciani coram Presbytero suo, & tribus vel duobus aliis personis idoneis in extrema fecerint voluntate, firma decernit. *per text. c. Cùm esses 10. Extra de Testament. junct. c. subsequenti.*

6. Et omnia legata ad pias causas, rescisso etiam testamento, valere tradunt Canonistæ, *ex supra dict. textib. c. 10. & 11. Extra de Testament.* Consule *Clarum in §. Testamentum, quæstio 6.*

7. In testamento autem exprimitur hæredis institutio, quæ totius actus fundamentum est. §. *ante. 34. Inst. de legat.*

8. Sed Testator debet disponere de rebus propriis *Auth. ingressi. C. de SS. Eccles.* Non de alienis, *l. 8. §. 3. ff. de jure Codicill.* Si verò, quis ultra vires patrimonii testatus fuerit, reductio instituenda erit ad quantitatem massæ hæreditatis, *l. 73. §. fin. ff. ad L. Falcid.* Denique nihil disponere debet contra leges & jura *l. 27. ff. de condition. Instit.* neque etiam contra bonos mores, *l. 9. ff. eod.* Nam dispositiones morientium infirmas judicat Imperator, quoties resultant legibus, iisdemque apertè contrariantur. *Novell. 48. in præfation.*

9. Quæ omnia coram Magistratu melius & perfectius, quàm Notario publico, expediri posse, ut subsistant, neque avertantur testamenta, rectissimè concludit noster Autor. Ideò enim tot lites & jurgia de rescindendis vel annullandis testamentis audiuntur in Judiciis, quòd Judex non fuerit requisitus: quæ omnia possunt præcaveri, si testatores voluntatem ultimam Magistratui declararent, quæ dispositio apud acta, h. e. coram Magistratu nullis eget testibus. Nam in judiciali consessu omnia disquiruntur & evitatur, ne quid in fraudem legis testamento apponatur, si enim ejusmodi quid appositum fuerit, (quod à Notario non æquè deprehenditur, quàm à Magistratu, cui notæ debent esse leges,) nunquam valebit, *Gail. 2. observ. 149.*

10. Nam cùm testamenti factio sit juris publici, *l. 3. ff. de testament.* huic non poterit derogari per privatorum conventionem, *l. 38. ff. de pactis.*

Proinde Autoritate judicis opus est, qui judicare debet, an (1.) Quis habere possit testamenti factionem. (2.) An secundum Regulas juris fuerit testatus, *l. 4. ff. de test.* Quod melius est inspicere ante, quàm post testamenti factionem, ut formam capiat perfectam, quâ deficiente, pro testamento reputari nequit, *Danth. ad l. testandi 13. n. 4. & ad L. 16. C. de testament.*

11. Et licet illud, quod Principi vel Magistratui oblatum testamentum, & actis insinuatum fuerit, habeat formam perfectam, nec egeat testibus, quia insinuatio sive registratura ad acta superat omnem solemnitatem testamentorum externam, *l. omnium 19. C. de testament.* Non tamen solvit substantialia, sive formam testamenti internam, proinde melius Testatoribus consultum fuisset, ipsam confectionem testamenti à Magistratu procurasse, *ut n. 9. dictum.*

12. Sed quæritur, quomodo ab ægroto, qui in judicio comparere non potest, testamenti factio fieri possit? R. Remittatur dispositio ad judicis revisionem, vel convocetur ab ægroto Magistratus & Actuarius publicus ad domum, & sic conficiatur & referatur inter acta publica, *Schurf. cons. 71. n. 1. cent. 2.* Nam testamenti factio etiam extra publicum locum fieri potest, quia est jurisdictionis voluntariæ, *arg. l. 3. C. de emancip. liber.*

13. Dictum est n. 8. quòd Testator non de alienis, sed propriis bonis testari possit, ergò acquisita Bona poterit alienare; nam hæc verè propria sunt: Proinde Legem rei suæ, quàm quis vult, dicere potest, *l. 2. C. de donat. quæ sub modo confitiuntur.*

14. Aliud dicendum est de Bonis hæreditariis paternis & avitis, quorum alienationem seu dispositionem testamentariam prohibet noster Octavius. Et hæc Bona sunt & dicuntur a Germanis, Stamm-Gütter / quæ à Parentibus & Avis, cùm ex linea materna, tùm paterna, ad Testatorem deveniunt, *Moller. semest. l. 1. c. 34.*

15. Nam Bona hæreditaria non videntur absolutè nostra esse, nec ex pleni Dominii qualitatibus æstimantur, *Cothm. cons. 12. n. 9. vol. 3.* Proinde optimo statuto Lubecenses utuntur, quando eorundem bonorum alienationem prohibent *vid Stat. Lubec. l. 1. t. 10. art. 6. & 10.* Dann Erb-Gütter sollen beym Erbgang bleiben / *Lib. 3. tit. 7. art. 2.*

16. Reddi

16. Reddi potest ratio, quæ publicum interesse respicit, ut sc. familiarum dignitas salva sit. At sine divitiis, quando non retinentur Bona, utpote, quæ per legata ad extraneos transferuntur, honestas & dignitas familiæ conservari nequit, sed potius inducitur paupertas, quâ sordescit familia, & deprimitur. Hinc omnis prohibitio, facta intuitu conservandæ Agnationis, dicitur favorabilis. *Mantic. de conject. ult. volunt. l. 7. tit. 1. n. 44. & sequent.*

17. Inprimis alienatio bonorum Illustrium, ut eadem conserventur perpetuo in Agnatione, & Familia, ab ipso Testatore solet prohiberi, & quando semel prohibuit alienari, tunc præsumitur, ipsum Testatorem voluisse onus illud fidei commissi repetitum de uno in alterum, usque in infinitum. *Intrigliol. tract. de Substitut. quæst. 79. n. 27. cent. 3.*

18. In his Bonis illustribus, quæ Testator de familia & Agnatione exire, vel in alienam manum transferri noluit: Masculi in infinitum præ fœminis ad successionem vocari, multis corroborat rationibus, *Cothm. vol. 5. Respons. 11. n. 518. & sequentib.* Nam fœminæ non conservant dignitatem familiæ, *l. 1. §. gen. ff. de ventr. inspiciend.*

19. Nec iniquum quicquam inest huic juri, quod eô onere Bona afficit, quæ enim quæso est invidia? Quæ iniquitas? Res patrimoniales, à majoribus ab intestato delatas & præceptas, ad Successores ex eâdem intestati causâ transire. *§. 1. Inst. per quas per person. nob. acquir.* Nec durum quoque videri potest, ut ea, quæ quis gratis accepit, eodem jure gratis accepta transmittat, qui ex hominis dispositione, utpote per Fidei-commissariam restitutionem gravari potuisset; Quare igitur legi obtemperare graveretur? *Cothm. cons. 5. 11. n. 38. vol 5.* Sed sufficit, quod de fructibus agrorum disponere possit, qui fructus dicuntur preciosissima fortunarum pars, *l. 3. §. 2. ff. de offic. præfect. vigil.*

20. Sufficit ergò rerum hæreditariarum usum fructum habuisse defunctum. Quo usu fructu, si non contentus esse velit, quilibet allaborare manibus debet, ut habeat unde vivat. Nam in sudore vultus vesceris pane tuo, donec revertaris in terram, de quâ sumptus es. *Gen. 3. v. 19.*

21. Wann solches durch gantz Teutschland eingeführet würde/ möchte man so viel Müssiggänger und Zehrgütlein / h. e. Prasser / die nach der

der Nieder-Sachsen Sprich-Wort vom Ther-Handel leben / nicht antreffen / welche nichts anders thun/ als daß Sie ihrer Eltern und Vorfahrern saur-erworbenen Schweiß durch die Gurgel jagen / selbst aber nichts erwerben wollen. Daher kommts/ daß reicher Leut Kinder selten gut thun/ sondern verlassen sich auf Ihr angeerbtes Gut/ und legen sich auf die faule Seiten/ wann sie darnach darauff lang gelegen/ und das Ihrige verschlaffen und durchgebracht / legen Sie sich auf die andere/ als schelmische Seiten/ gebrauchen sich allerley *Practiquen* , wordurch Sie ihren Nächsten um das Seinige bringen. Wäre also offt solchen Erben viel besser/ daß Sie von ihren Eltern und nächsten Bluts-Verwandten gar nichts geerbet/ als daß Sie durch reichen Erbfall zum ärgerlichen Müssiggang verleithet werden.

22. Ratio dari potest hæc, quia mens frustra vacans nihil bonorum parit, *Novell. 133. c. 6.* Hinc Apostolus Paulus scribit *2. Thess. 3. v. 11. & 12.* Audivimus quosdam ambulare inquietè, dissolutè, nihil operantes, sed curiosè agentes, sicut *Scurræ vagantes.* Denunciamus igitur vobis, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. His quoque, qui ejusmodi sunt, denunciamus, ut cum silentio operantes, suum panem proprium manducent, ne sc. sint otiosi. Nam otium est pulvinar Sathanæ.

23. An autem de hæreditariis bonis, legata ad pias causas sumpta, salvari possint, de eô dubito, quia Defunctus in fraudem proximorum hæredum legavit. Verùm intuitu pietatis, quæ maximum favorem meretur , puto, quòd debeantur. Nam sæpe majorem favorem esse piæ causæ , quàm liberorum, tradit, Pantschmann *2. quæst. part. 6.*

24. Non enim utile per inutile debet vitiari, *c. utile 37. Extra de R. J. in 6to,* Neque testamentum ex causa exhæredationis vel præteritionis , quantum ad institutionis clausulam irritum factum, cætera sc. capita sive contenta invalidat, sed potius firma debent permanere , *Auth. ex causa C. de liber. præter vel exhæred.* v. g. Quando testamentum vi, metu, dolo vel importunis flagitationibus confectum, annullatur, hæreditas ad hæredes ab intestato devolvitur, Pantschmann *part. 2. quæst. 22. per tot.* Legata autem , nisi itidem coactè data sint, non extinguuntur, sed præstanda sunt. *Moller. l. 3. semest. c. 32.*

25. Quò

25. Quo inclinat Sanctio Pontificialis supra n. 6. allegata, cujus vigore hæc constitutio Clericis Pontificialibus multum profuit. Es bezeugens die herrliche Stiffts-Kirchen und reichlich versehene Clöster/ die nicht allein in vollständigem Esse erhalten/ sondern täglich verbessert und vermehret werden. Bey den Protestirenden aber / wegen Mangel dergleichen Legaten/ so ad pias causas vermeint/ leyder alles in Abnehmen gerathen will. Dannenhero / wann durch Feuersbrunst Kirchen und Gottshäuser ruinirt, mögen dieselbe nicht wieder erhoben werden / es hab dann vorhero ein Stand den andern mit Collecturn beschwert.

26. Limitat autem noster Autor hoc ipsum in paterno inter liberos testamento, quod Pater revocavit, nam revocatio abolet testamentum, quoad totum & omnes partes, quia illud, quod iterum ademptum est, nunquam videtur fuisse datum. *l. 14. in fin. pr. ff. de Legat.*

27. Quod testamentum autem non revocatum vel mutatum fuerit à testatore illud manet inconcussum, nisi quærela inofficiosi, ob injustam exhæredationem, illud rescindat. Inofficiosum autem dicere nemo potest, nisi qui in liberorum numero consistunt, excepto fratre vel sorore, contra turpem personam institutam. Cæteri cognati tamen per falsi accusationem impugnare possunt testamentum, *l. fratris 21. C. de inofficios. testament.* Hodie liberi silentio à parentibus præteriti, non opus habent per implorationem officii judicis quærelam inofficiosi proponere, sed præteritio ejusmodi facit testamentum ab initio nullum, *Novell. 115. c. 3. pr.*

28. Detestandum est illud institutum, quô uxor sine liberis decedens, in mariti bona, non tantùm durante conjugio acquisita, sed & hæreditaria succedit. Nam sic proximi hæredes Mariti collaterales, utpote fratres superstites defraudantur paternâ substantiâ & familiæ decus interit, ut talis consuetudo in Franconia per Episcopatum Bambergensem, Marchionatum Brandenburgensem, ut & per Hassiæ aliquot districtus frequentari solet, sed *male, ex rationibus supr. n. 16. 19. 20. adductis.*

29. Imò solet quoque, licet non sit consuetudinis, disponi per pacta dotalia, quod superstes defuncto debeat succedere, vel in totum per verba: Leib um Leib/ und soll der Letzte die Thür zuthun. Vel quoad certam partem; quæ pacta sunt reciproca, & priori casu valent, ubi quinque te-

stium præsentiâ muniuntur. *Arg. l. fin. C. de donat. mort. caus.* Posteriori verò casu, quo de particulari successione conventio facta, sufficiunt duo vel tres testes. *arg. l. 12. ff. de testib.*

30. In bona feudalia non succeditur, quia in feudali materia, hæredis vox, non significat qualitatem successionis & hæreditatis, sed qualitatem successoris. Hinc pro Regula traditur, ultimum agnatum semper esse primi acquirentis successorem, etiamsi feudum per mille manus ambulaverit, *per text. c. 1. ad fin. F. de Success. feud. & ibidem Dd.*

31. Feuda autem regalia, quæ divisionem non admittunt, de jure ad primogenitum transeunt. *Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 99.* Quæ consuetudo, per Germaniam recepta, in perpetuo vigore subsistit. *Schrad. cons. 5. n. 352. vol. 1.*

32. Amittitur autem jus primogenituræ, per Feloniæ crimen: Quo Primogenito soli non simul Agnato innocenti præjudicatur *Boxhorn. in tract. de success. §. 19.*

33. Deinde per renunciationem & cessionem. *Limneus Tom. 1. lib. 3. c. 7. n. 33.* Ad Exemplum Esavi, qui vendidit id ipsum Jacobo. *Gen. c. 25. v. 5.* Sic Anno 1571. in transactione Wismariensi die 1. Septembris, Magnus Dux Saxoniæ Lauenb. cessit Fratri suo Francisco II. jus primogenituræ, ad quod postea ex pœnitentiâ regredi mallet, sed non potuit quia non dabatur regressus ad renunciatam successionem & licet jus suum, quod semel respuit, armis vindicare & Fratrem inquietare tentaverit, jussu Imperatoris Rudolphi tamen carceri perpetuo mancipatus, in eo vitam finivit Anno 1603.

34. Discrepat Jus primogenituræ à Majoratu. In illo Jus repræsentationis locum sibi vendicat, in hoc non æquè. Nam in Majoratu ætatis prærogativa attenditur, & ille ad successionem vocatur, qui in familia, post mortem ultimi possoris, ætate major, non qui primogenitus reperitur. Ad quem Majorem, utpote ad unum tantum è successoribus omnes res hæreditariæ individuæ (absque divisione) pertinent. *Covarruv. Variar. Resol. lib. 3. tom. 4. c. 5. n. 3.* Hunc Majoratum in Romano Imperio vigere asserit *Besoldus, Consil. 358. n. 92.* per verba: Wann dann ferner auch im Rö-

mischen

nischen Reich der Senioratus, oder daß in etlichen Güttern und andern Gerechtigkeiten allweg der Aeltiste des Geschlechts den Vorzug habe/ ebenmässig zu finden. zc. Hoc Jus Majoratus, licet in Familiis Principum hodie cesset, inter Nobiles tamen nonnullos adhuc frequentari solet. Ubi sc. pacta familiarum certa sunt, ut semper Familiæ Senior in Feudo succedat. Quæ Feuda vocantur Umgehende Lehen. Uti videre licet in hâc provincia, Imò testatur nostra Feudi Præpositura, daß unterschiedliche Adeliche Geschlechter/ derer von Bünsperg/Guttenberg / Wirsberg / Rabenstein &c. dergleichen Umgehende Lehen haben und besitzen.

CAP. XIII.

De Successione ab intestato.

WAnn der Verstorbene kein Testament gemacht / und also ohne Testament stirbt / so succediren in seine bewegliche und unbewegliche Gütter alle seine Bluts-Verwandte oder Freunde in einem Grad der Verwandtschafft zugleich: In die Lehen oder vinculirte Gütter succediret einer der nächsten Freunde in männlicher Lini: Und wann keine Freunde in der Manns-Lini vorhanden/ alsdann folget und succediret der nächste in der Weiblichen Lini: Die Kinder und Kinds-Kinder oder Nepotes repræsentiren die Personen der nächsten Befreunden des Verstorbenen.

In den Lehen-Güttern können die Weiber nimmermehr succediren/ wann ein Mann übrig ist aus dem Haus oder Geschlecht des Testirers/ es sey in welchem Grad es wolle / wann Sie nur von eben demselben rechten Geschlecht sind/ und von einem Zweig desselbigen Hauses herkommen/ und also succediren auch die Frauen nicht/ noch die Freunde von der Weiber Seiten/ wann und so lang Bastarten oder Natürliche Kinder von eben demselben Haus vorhanden/ und auf eben selbige Weis der Lehen-Gütter ists auch zu verstehen / und wirds gehalten mit der Primogenitur, das ist / einigen vinculirten

culirten oder verhefftetem Güttern die gelassen werden / dadurch die Primogenitur (und Alters Vorgang) in den Geschlechten zu erhalten / und diese werden in dem Archiv aufgeschrieben und angemerckt / als Gütter die verhefftet sind wegen der Primogenitur.

Wann aber in einem Geschlecht die Legitimi und natürliche / wie auch die natürliche allein / und die Bastarten ermangeln / oder abgehen / alsdann succediret die Frau / so dem Verstorbenen die nächste Befreunde ist / in den Lehen-Güttern / wie obgemelt die Mannsbilder.

Es wird durchaus nicht zugelassen / daß die Gütter eines verstorbenen öffentlich nach seinem Tod verkaufft werden / wann einiger Erb vorhanden ist / welcher begehret / daß man Sie schätze / was Sie werth seyn / aber nicht verkauffe.

Summaria.

Exegesis annexo Judicio.

CAPITIS XIII.

I. Nostri Authoris ordo succedendi recensitus, videtur in multis Juri Justinianeo, ut & consuetudinibus feudalibus, fœminam à successione feudali omninò excludentibus, contradicere.

II. Alius recensetur ordo secundùm hodiernam praxin Juris Romani.

III. Descendentium, utpote liberorum in primo gradu existentium.

IV. Liberorum naturalium, per subsequens matrimonium, legitimatorum.

V. Qui

V. Qui tamen in feudo non ſuccedunt.

VI. Deſcendentes ſecundi & ulterioris gradus, cum liberis primi gradus concurrentes, per repræſentationem in ſtirpes ſuccedunt.

VII. Quod idem Juris obtinent, ſi omnes ſint ulterioris gradus.

VIII. Liberi naturales, conjuncti cum legitimis, *Patri non ſuccedunt*, ſed educantur & aluntur ex bonis paternis, boni viri arbitratu.

IX. Soli naturales in ſextantem cum matre ſuccedunt.

X. Sed Legitimati, per reſcriptum Principis, in totum.

XI. Matri non minus ſuccedunt quàm legitimi.

XII. Spuriis nihil debetur.

XIII. Luctuoſa dicitur hæreditas, quæ parentibus à liberis defertur.

XIV. Adſcendentes primi gradus æqualiter ſuccedunt.

XV. Proximior ex Aſcendentibus ulteriorem excludit, non attentâ diſtinctione, unde bona provenerint.

XVI. Adſcendentes cum defuncti fratribus germanis in Capitâ ſuccedunt.

XVII. Non tamen cum fratrum germanorum liberis, qui in ſtirpes ſuccedunt, excluſis nepotibus.

XVIII. In Collaterali linea Germani fratres & ſorores præferuntur conſanguineis & uterinis.

XIX. Fratres & fratrum germanorum filii per repræſentationem in ſtirpes ſuccedunt.

XX. Filius fratris uterini, præfertur consanguineo in bonis defuncti maternis, & filius fratris consanguinei, in bonis defuncti paternis.

XXI. *Filii Fratrum soli* patruo succedunt æqualiter.

XXII. Si verò concurrunt cum patruis vel avunculis defuncti, præferuntur, ipsis exclusis.

XXIII. Conjuges sibi invicem succedunt, nullis propinquis existentibus.

XXIV. Referuntur enim magis inter affines quam Cognatos.

XXV. Uxor tamen indotata & egestate laborans, liberis tribus in quartam: Aut pluribus existentibus, in virilem portionem succedit, ut usufructuaria.

XXVI. Liberis verò non existentibus, ut proprietaria.

XXVII. Medietas bonorum, communi industriâ acquisitorum, superstiti conjugi relinquitur per nonnullas Germaniæ consuetudines.

XXVIII. Pœna cælibatus exprimitur.

XXIX. Describuntur Cælibes.

XXX. Pœnæ ratio additur.

XXXI. Quare dicantur Germanis Hagenstolze? In nominis notationem inquiritur.

XXXII. Subhastatio bonorũ quare nostro Authori displicet.

I.

NOster Autor recenset ordinem succedendi illorum, quibus ab intestato deferetur hæreditas. Sed à nostro jure Justinianeo in mul-

in multis recedere videtur. Inprimis notandum venit, quando mulieres in feudis, masculis omnibus deficientibus, admittit, quæ sententia Dominis feudi directis aperturam, quâ caducum fieri solet contra consuetudines Feudales, feudum adimit. *c. 1. §. filia verò F. de succession. feud.*

2. Ut meam quoque opinionem paucis exprimam, libuit mihi alium recensere ordinem. Dico, quod Cognatorum, qui succedunt ab intestato tres sint ordines. (1.) Descendentium. (2.) Ascendentium. (3.) Collateralium.

1. *Descendentium.*

3. Descendentium nomine veniunt liberi masculi & fœminini sexus. Ex legitimo matrimonio nati, & si plures descendentes sint primi gradus æqualiter, & quidem in capita succedunt. *Novell. 118. c. 1.*

4. Idem obtinet in liberis naturalibus, per subsequens matrimonium legitimatis, quia matrimonium subsequens purgat omne vitium antecedens, & retrahitur ad tempus conceptionis & nativitatis liberorum naturalium, proindeque habetur, ac si tunc matrimonium fuisset contractum. *c. tanta 6. Extra qui filii sunt legitimi.*

5. In feudo tamen non succedunt, sed secundo genitus legitimè natus præfertur primo genito, imò nec in feudo fœminino illustri matri succedunt. *Valent. Forster in tract. de success. lib. 6. c. 11.*

6. Si verò ex descendentibus alii primi gradus sint, alii ulterioris, ut accidit, quando cum filiis & filiabus concurrunt nepotes & neptes ex filio vel filia prædefuncto vel prædefunctâ posteriores per repræsentationem in priorum locum intrant, & fit successio in stirpes. *d. Novell. 118. c.* 1. *junct. Auth. in successione in verb.* Nepotes & ulteriores in stirpes. *C. de suis & legitim.*

7. Si verò descendentes omnes sint ulterioris quàm primi gradus, tunc omnes succedunt in stirpes. Idque similiter procedit in infinitum, sive sint in pari sive dispari gradu constituti. *Forster. l. 4. c. 15.*

8. Liberi naturales Basterden oder Jungfrau-Kinder patri suo in nihil succ-

hil succedunt, si adsint liberi legitimè nati, nisi quod ex bonis paternis debeant educari & ali boni viri arbitrio. *Auth. licet C. de natural. lib.*

9. Quòd si verò pater naturalis prolem legitimam vel liberos justos non habeat, sed solos naturales, hi in sextantem, i. e. *in duas uncias hæreditatis succedunt.* Ad quam sextantem viva mater naturalis cum liberis naturalibus admittitur, ut duas uncias æqualiter cum ipsis dividat pro numero personarum.

10. Si verò legitimati fuerint per rescriptum Principis, succedunt parentibus in casu, quo liberi justi non existunt.

11. Matri tamen non minus succedunt quàm liberi legitimi, & quidem sive sint soli, sive concurrant cùm legitimè natis. *l. pen. C. ad SCt. Orphitian.*

12. Aliud de Spuriis dicendum, qui ex vulgari muliere, quæ vulgò se prostituit, & quæstum corpore suo fecit. *l. 13. §. Sed & in ea ff. ad L. Jul. de adulteriis* nati sunt. Hi enim patri, quem certum non habent, non succedunt, nec illis quicquam debetur. Et licet constet de patre, is tamen est talis, quem honestè demonstrare non possunt, quippe cum non habere licet. *l. vulgo concepti 23. ff. de statu hom.*

De Successione Ascendentium.

13. His defertur luctuosa hæreditas liberorum, si fortè contingat parentes turbato ordine mortalitatis superstites esse liberis ex se progenitis prædefunctis. *l. nam etsi 15. pr. ff. de inofficios. testament.*

14. Si ascendentes primi gradus sint, id est pater & mater filio æqualiter succedunt, *Nov. 118. c. 2.*

15. Si concurrunt cum ulterioribus, utpote Avo & Proavo paterno vel materno, præferuntur pater & mater, quia inter ascendentes non datur locus repræsentationi. *Authent. defuncto in verb. salvâ gradus prærogativa C. ad SCt. Tertulliani.* Nec attenditur distinctio, unde bona provenerint ad defunctum. *Valent. Forster de success. l. 7. c. 11. n. 6. 12. & seqq.* Qui BARTOLUM *contrarium defendentem* prolixè refutat.

16. Si

16. Si verò ascendentes non sint soli, sed concurrant cum defunctis fratribus germanis, tunc succedunt æqualiter in capita pro numero personarum, *Novell. 118. c. 2. §. Si verò cum Ascendentib.* Consanguineos autem & uterinos Halbgeschwisterte excludunt. *Authent. defuncto ibi communiter Dd. C. ad SCtum Tertullian.*

17. Quando autem concurrunt cum liberis præmortuorum fratrum Germanorum, tunc divisio quoad parentes fit in capita, quoad fratrum liberos in stirpes, nepotes verò & pronepotes excludunt, nam cessat repræsentatio in fratrum filiis, *Forster l. 7. cap. 6. concl. 2. n. 3.*

De Successione Collateralium.

18. Solis Fratribus & Sororibus Germanis primo loco defertur hæreditas, quoties defunctus ab intestato nullos reliquit, neque liberos neque parentes, & hi præferuntur consanguineis & uterinis, *Nov. 84. c. 1.*

19. Fratrum tamen Germanorum præmortuorum filii unà cum Germanis admittuntur ad successionem in stirpes jure repræsentationis, *Nov. 118. c. 3.*

20. Filius Fratris uterini, præfertur consanguineo in bonis defuncti maternis, & Filius Fratris consanguinei, uterino in bonis defuncti paternis, *Forster. lib. 8. cap. 4. conclus. 4. n. 7. & c. 8. concl. 2. n. 2.*

21. Si Filii fratrum sint soli, tunc omnes defuncto, id est patruo succedunt æqualiter, sive in capita Reichs-Abschied zu Speyer / de Anno 1529.

22. Si verò Filii Fratrum concurrant cum patruis vel avunculis defuncti, tunc filii fratrum præferuntur Thiis: Non obstante quod utrique pariter in tertio gradu sint conjuncti defuncto: Cujus hæc est ratio, quòd hæreditas magis debeatur descendentibus quàm Ascendentibus, *Forster. l. 8. q. 1.*

De Successione Viri & Uxoris.

23. Conjuges sibi invicem succedunt, cùm deficit omnis Successio Parentum, liberorum & propinquorum, nam propinquos sanguine junctos, omnia

omnia responsa prudentum, & lex ipsa naturæ successores faciunt præ conjugibus, *l. ult. C. quor. bonor.* Ideò soli fisco & affinibus præferuntur, *l. ult. C. Theodos. de legitim. hered.*

24. Nam AFFINES, (sub quâ voce Conjuges intelligo,) sed tamen impropriè. *Juxta Gloss. in l. quod Servius 8. ff. de condict. caus. dat.* excluduntur ab hæreditate, nisi maluerit, quis eos ad familiam, (cui fidei-commissum relictum,) referre, utpote nurum & generum post solutum matrimonium filii & filiæ, *l. ult. C. de V. Signif.*

25. Uxor indotata & laborans egestate, succedit conjugi in quartam, si liberi sint tres: Aut in virilem portionem si plures. Cujus portionis hæreditariæ tamen usumfructum tantummodò habet: Proprietatem verò conservare debet liberis. *Nov. 53. c. 6. Nov. 117. c. 5.*

26. Si nulli extant liberi, tunc præfertur etiam conjux cognatis in illa quarta, & plenâ proprietate potitur.

27. Posset tamen medietas bonorum communi industriâ viri & uxoris acquisitorum constante matrimonio superstiti Conjugi relinqui, ut multis locis in Germania usitatum invenitur.

28. Pœna COELIBATUS in nonnullis locis, est interdicta Testamenti factio activa, & FISCI successio in bona relicta cœlibis, qui vocari solent Hagenstoltzen/ exclusis omnibus Agnatis & Cognatis, ubi Ego hanc consuetudinem licet duram, practicatam vidi.

29. Cœlibes illos puto, qui fastidiunt societatem conjugalem, non ex voto castitatis servandæ, (nam sæpe conspurcant libidine meretricia vitam suam,) sed ex diffidentiâ opis divinæ, in sustentandâ familiâ; denique etiam ex fugâ ærumnarum & onerum, quæ conjugia subsequi solent. Dann Ehestand ist und bleibt ein Wehestand.

30. Hi Cœlibes, quia familiam non ædificant, sed interire faciunt, Ecclesiam & Rempubl. non augent, merito plectendi sunt.

31. Proinde dicuntur Hagenstoltze/ quasi inter spinas superbirent. Nam

nam inter solicitudines & voluptates suffocantur, & sicut non corporalem ita sæpè nec spiritualem fructum referunt. *Lucæ cap. 8. v. 4.*

32. Tandem prohibet noster Author bonorum fieri subhastationem, quamdiu superest hæres, qui æstimationem petit ab arbitris precium substantiæ hæreditariæ determinantibus. Publica enim subhastatio meruit olim infamiam, ad quam evitandam Veteres Romani substituerunt non ingenuos, sed servos, quorum nomine perageretur actus subhastationis. *Coler. de process. Executiv. part. 1. c. 6. n. 64. & seqq.*

CAP. XIV.

De Donationibus.

WEnn eine Donation geschicht im Leben oder Tod / sollen die Inquisitorn des Friedens zusehen / daß es nicht geschehe zu Schaden oder Præjudiß einiges Menschen / es kan auch der Donator solch Geschenck nicht widerruffen um Undanckbarkeit willen / noch darum / weil Er nach der Donation Kinder gezeugt.

CAPIT. XIV.

Exegesis annexo Judicio.


Summaria.

I. Raræ sunt hodie donationes & quare?

II. Firmas tamen vult haberi noster Author, si factæ fuerint.

III. Quæ Sententia Juri Justinianeo non convenit, quod certis casibus revocationem Donatoribus indulget.

I.



Uia refrigescit Charitas multorum, ipso CHRISTO testante. *Matth. 24. v. 12.* donationes à paucissimis hodie fiunt. Premuntur quoque homines in hoc Seculo necessitatibus, in quibus nemo liberalis existit. *l. 18. ff. de adimend. legat.*

2. *Si* tamen donationes legitimè confectæ fuerint, nimirum in rebus propriis. Nam rem alienam ignoranter donans, non tenetur de evictione, *l. Arist. 18. §. ult. ff. de donatione.* debent firmæ ac illibatæ permanere, nec possunt secundum Authoris nostri sententiam ullatenus annullari.

3. Verùm, cùm hoc iniquum judicaverint jura nostra civilia, revocationem concesserunt donatoribus ob Donatariorum ingratitudinem: Nimirum, (1.) Ob injurias atroces, (2.) Propter verbera illata, (3) Ob periculum vitæ creatum, (4.) Ob damnum ingens bonis datum, *l. pen. & l.*

& l. fin. de revoc. donat. Et tandem (5.) propter supervenientiam liberorum, l. 8. C. eod.

4. Quod usque adeò verum est, ut mater etiam revocare possit donatum, ab ingrato filio, quem arguere potest impietatis, & filius tenetur reddere donatum; nisi mater etiam sit *portentosæ vilitatis* & abjectæ pudicitiæ, quo casu perdit *actionem REVOCATORIAM*, quæ personalis est, & ex delicto oritur, non tamen est transitoria ad hæredes, *per text. l. 7. C. revocandis donat.*

5. Differunt tamen donationes, quarum alia est inter vivos, alia mortis causâ: Hæc 5. testes requirit, *l. fin. C. de donation. mort. caus. & l. fin. C. de Codicill.* Illa autem contenta est saltem duobus testibus, *Arg. l. 12. ff. de testibus.*

6. Dicitur & illa inter *vivos perfecta donatio*, licet executio ad mortem differatur. *l. 42. in med. princ. ff. de donat. causa mortis.*

7. Sed cum donatio sit actus liberalitatis indifferens, qui æquè ex vitio quàm virtute pro variis circumstantiarum differentiis proficisci potest, curare debet Magistratus, ne quis prodigaliter liberalitatem exerceat. Proinde certus modus præstituitur, quem excedere non licet. Qui enim dare vult, det tantum, quantum facultates permittunt. Es soll keiner den Beutel weiter aufthun, als er ist: Dann grosse Ausgaben seynd der kleinen Einnahmen Tod. SOCRATES dixit. Liberalitatem ut Virgine pulchrâ, uti quidem licet, sed eandem ut meretricem omnibus prostituere nefas esto.

8. Hinc requiritur insinuatio, quoties donatio 500. Solidos excedit. *L. pen. in fin. C. de donationibus.* Per Solidos intelligimus in Germaniâ Aureos Rhenanos, *Gail. 2. observat. 39. n. 4.* Quamvis in Camera Imperiali etiam pro aureis Hungaricis s. ducatis reputati fuerint, *testante Authore Præjudic. Cameral. pag. 111.*

9. Obiter notabo, quòd donatio à Prodigo licet infra 500. Solidos fuerit facta, non tamen sit valida. Dico Prodigum, quem cum causæ cognitione Magistratus edicto sive publico Programate pro prodigo declaravit, eique

bonis interdixit. Cui ita interdictum est, ille nec testamentum facere, *l. 1. ff. qui testament. facere potest*, nec quid promittere, nec promissum tradere *l. 6. ff. de verb. obligat.* & obligationem novare, *l. 3. ff. de novat.* Ut olim nec hodie potest, quia in plurimis Juris Articulis Furioso comparatur, *l. 1. & 13. ff. de curator. furiosi.* Ut autem scias, quomodo praeviâ cognitione prodigus declarari debeat, subjungere libuit formulam, quia *proh dolor!* rarò inter Germanos prodigis hodie interdicitur bonis, & si hoc fieret, würden sich so viel verarmete Schlucker nicht finden. Audiat ergò quilibet Prodigus formulam, & teneat memoriâ in recordationem accuratioris Oeconomiae; Si enim colis SERVATIUM, Te quoque colet BONIFACIUS.

10. Wir V. G. G. N. N. Hertzog 2c. fügen mit diesem offenen Brieff jedermänniglich zu wissen/ daß vor unser Cantzley erschienen Martha, Titii Ehweib/ und derselben nächst Anverwandte / und uns demüthigst supplicirend zu erkennen gegeben/ wie besagter ihr Ehemann und Schwager Titius, nun eine geraume Zeit her/ durch sein continuirlich Zechen und Müssiggehen dahin gerathen / daß Er bereits ein Ziemliches von seinem Vatter- und Mütterlichen Erb-Güttern liederlich durchgebracht: Insonderheit verschiedene ligende Gründ um ein Geringes verkaufft/ und gegen nichts-würdige Sachen vertauscht / und solches mehrentheils bey Trunckenmuth werckstellig gemacht. Wann nun bey Ihm Titio alle bißhero tentirte gütliche Mittel und ernstliches Zusprechen nichts verfangen/ und also einiges Bessern nicht zu hoffen/ sondern der völlige Ruin seiner Nahrung / wann diesem Verschwendischen Beginnen durch ein öffentlich Edict nicht vorgebogen/ und ihm Titio, als einem üppigen Verschwender/ nach Verordnung der Recht/ die Verwaltung seiner Nahrung interdicirt und benommen würde/ zu eusersten Nachtheil seines unschuldigen Weibs/ und theils unerzogenen Kindern/ höchst zu besorgen. Als hat uns Eingangs-gedachte Martha demüthigsten Fleiß angelangt/ daß nach gnugsamer eingenommener Erkundigung mehr-besagter Titius durch ordentlich Richterliche Umfrag seines bekandten verthulichen Wesen und Lebens halben in prodigum für einen bösen Haußhalter / Zech-Bruder und üppigen Verschwender declarirt und ausgeruffen / Ihm auch die Administration und Verwaltung sein / und seines Eheweibs Nahrung und Gütter interdicirt und gesperrt seyn/ und zu dessen männigliches Wissen und Verwarnung gegenwärtiges Proclama ad valvas öffentlich angeschlagen

schlagen werden soll. Hierauff / und in Krafft dieses offenen Brieffs interdiciren und verbieten wir vielernandeten Titio die administration und Verwaltung aller und jeder seiner und der Seinigen übriger liegend- und fahrenden Haab/Nahrung/ und Güter/ also/ daß Er nun hinführo für sich selbstē/ auch ohne Wissen/Willen uñ Vergönstigung seiner nächsten Anverwandten und Befreunden/ oder sonderbahr-gegebenen Curatoris mit und von niemanden: hinwiederum niemand von und mit Ihme ichts werben/ handlen/contrahiren/ kauffen/ verkauffen/ verleihen/ leihen/ borgen / Zins-Gülden oder andere Nutzungen einziehen/ geben oder bezahlen / noch andere pacta,conventiones, Beding oder Vergleich / eingehen / oder aufrichten soll oder möge/ und ob jemand darüber mit Ihm einige contract,pacta, conventiones oder Obligationes und Verschreibung aufrichten / Ihme verkauffen/ oder von Ihm kauffen und lehnen/leihen/borgen/ Zinß- und Gulden reichen oder geben würde / so wollen wir dieselbe Contractus, pacta, conventiones oder obligationes, Liefferung und Verschreibung für nichtig/ ungültig und unkräfftig/ (wie Sie dann/ Vermög der Rechten / ohne das seyn/ halten/ haben/ und darauff nicht sprechen noch erkennen / und noch darzu gegen den wissentlichen Uberfahrern ferners gebührliches Einsehen haben. Darnach wisse sich männiglich zu richten/ und für Schaden und Nachtheil fürzusehen und zu hüten. Geben unter Unsern zu- und fürgedruckten Fürstl. Secret und Insiegel/ Montags &c.

CAPUT XV.

De Divitiis & Paupertate Subditorum.

Es soll alle Obrigkeit wohl in acht nehmen / und nicht zugeben/ daß ein Mann oder Geschlecht gar zu reich werde/ und der oder das andere/ weil er um seine Gütter kommen/ verarme/ dañ der eine wegen allzugrossen Reichthums/und der ander aus allzugrosser Armuth leichtlich wider das allgemeine Beste conspiriren können.

CAP.

CAP. XV.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Aristoteles adscribit mutationem Rerumpubl. prodigis, qui sua consumpserunt.

II. Cujus sententiam SALUSTIUS confirmat.

III. Subditi quoties ob divitias & opes insolentes fiunt, non tolerandi sunt.

IV. Sed humiliandi, quia plerumque pauperes opprimunt.

V. Sine tamen causa nemo bonis suis est exuendus.

VI. Nec variis oneribus supprimendus, quicquid in contrarium dicat Barclajus, cui & Machiavellus contradicit;


VII. Aliud dicendum foret, si neglecto fidelitatis & subjectionis juramento, insidias quis reales struxerit Imperatori, ut Domino suo, pænarum exempla sunt in promptu. Quarum unicum instar omnium adduxisse sufficiat.

VIII. Nec igitur opulentissimus quisq; in prædam est corripiendus.

IX. Sed Princeps locupletabitur, si habebit opulentos subditos, licet ècontra Fiscus ipsius non semper crescat, sed vel minuatur.

I. Ari-

I.



Ristoteles non abs re pulchrè monuit: Fiunt in Republicâ mutationes, quùm homines sua consumunt prodigè viventes. Hi enim res novas quærunt, & aut ipsi tyrannidi imminent, aut ad eandem alios vocant.

2. Huc quoque SALUSTIUS respexit, ubi ita dicit; Hi, quibus opes nullæ sunt, bonis invident, malos extollunt, vetera oderunt, nova exoptant, odio suarum rerum mutare omnia student.

3. Eodem modo ii ferendi non sunt, qui ob divitias & opes insolentes fiunt, fastu alios despiciunt, & luxui atque voluptatibus student, iisdemque ita superbiunt, ut existiment, se aliis excellere. Etenim, quemadmodum PLATO rectè & prudenter dixit: Divitias cæcas esse sine prudentia, acutè verò cernere, quando sequuntur prudentiam; Ita non tam rectè, quam piè ratiocinari prudens potest: Divitias spinas esse, sine pietate, rosas verò, quando pietatem sequuntur, quo respexit & sapientissimus Rex Salomon, qui *Divitias Sapientum*, Coronam eorum indigitat, *Proverb. 14. v. 14.*

4. Insolentes plerumque pauperes opprimunt, imò pauperem pro calceamentis vendunt. Sie verkauffen die Armen um ein paar Schuh/ *Amos 2. v. 6.* & conterunt capita pauperum super pulverem terræ, *d. cap. 2. v. 7.* Et quando hoc fieri contingit, maturo tunc remedio opus erit, ut compescantur. Pauperiores igitur & eos reddi non nocet, modo contingat dignitate & famâ domus integrâ manente, *l. 14. §. 1. ff. de servo corrupto.* Interest enim reipublicæ, ne ditiores opprimant pauperes, *l. 1. C. de Apoch. publ. X. 22.*

5. Sine tamen causa Divitum opes non sunt diminuendæ. Cùm in Romano Imperio Magistratus de dominiis subditorum pro libitu disponere non possit, neque etiam Summus Princeps ex plenitudine potestatis sine justâ causâ privato jus suum quæsitum auferre queat, *Mynß. cent. 5. obs. 97. Gail. 2. obs. 56. n. 2.* Hinc doctrina nostri authoris cum sano sensu accipienda erit

rit ne Germanis obsit. Nam licet opinio ejusdem à Barclao approbata fuerit ex ratione: Quod à nullis in Republica Principi magis quàm à ditioribus sit metuendum, qui irrequietos & majorum honorum cupidos fovent Spiritus, & proinde divitias nimias subditis in regno non permittendas, sed variis oneribus eos restringendas esse censet. In *Germania* tamen Proceres Imperii hanc restrictionem non patientur, nec etiam *Machiavellus* aliàs iniquus in Subditos censor approbat: *Ubi in Principe suo c. 17. Quod cap. inscribit de Crudelitate & Clementia, hanc opinionem refert. per verba*: *ANTE OMNIA VERO ABSTINEAT PRINCEPS A FORTUNIS ALIENIS: QUIA CITIUS PARENTUM CÆDEM OBLIVIONI DANT HOMINES, QUAM FORTUNARUM SUARUM DIREPTIONEM.* Adhæc eripiendi aliena nunquam non aderunt causæ. Qui etiam rapinis victitare incipit, perpetuo causas inquiret, quibus alienas opes occupet. *Hactenus Machiavell.*

7. Verùm, si contingeret casus, quo suaderi debeat Claudio, ut sibi caveret de Valerio Asiatico: Quem stimulabat magnitudo opum, quique multis & validis propinquitatibus subnixus turbare gentiles nationes promptus erat, ut de morte Cæsaris cogitaret, & gloriam facinoris ultrò peteret. *Tac. An. XI. c. 1.* Forsan aliud dicendum foret. Unum sit instar omnium exemplum in Henrico Leone Bavariæ, superioris & inferioris Saxoniæ, itidemque Westphaliæ Duce, aliarumque provinciarum Domino. Hic potentissimus post Imperatorem Princeps, ut qui à sinu Hadriatico ad sinum Codanum, Oceanumque Germanicum multis populis dominabatur, sed quia Vitæ Cæsaris Friderici Barbarossæ insidias, num veras vel fictitias penes Authorem stet, struxisse insimulatus, exuebatur uno anno omni terrarum multitudine, genitali solo à patriis penatibus exactus, exul egens omnium rerum sine pane & sale pastus est, *vid. inter alios Aventin. annal. Bojor. l. 6. pag m. 397. n. 20. 30, & 50.* Quicquid igitur sit, licet auri vis & opes Principib. sunt infensæ, *Tac. lib. 11. Ann. c. 1.*

8. Procul tamen absit, ne à quodam Mutiano, Vespasiani alicujus ministro locupletissimus quisque in prædam corripiatur. Idem *Tac. Histor. 2. c. 84.*

9. Regimen Imperatoris Justiniani placet, apud quem, ipso fatente, pluris fuit Subditorum opulentia & medela quam reditus, qui ex iisdem fue-

runt

runt illati. *Novell. 161. c. 2.* Nam Princeps commodum subditorum reputare debet proprium, quia privatæ utilitati præferendum est, quod omnibus communiter prodest, *l. un. §. 14. circa finem. C. de caduc. tollent.* Et Thesaurus Principis non sit ejusdem fiscus, sed Subditi (non pauperes,) sed benè se habentes, quia imperium & fiscus satis abundabit, utens subditis locupletibus, testante iterum Justiniano in præf. *Nov. 8. præfat. §. 1.*

CAPUT XVI.

De Debitoribus.

Will jemand einen andern um Schuld willen arrestiren lassen / soll Er vor der Obrigkeit schwehren / daß der Schuldner Jhme wahrhafftig schuldig / und Er mit Verdacht der Flucht beladen sey / auch wofern solches nicht befindlich / Er dem zur Ungebühr Arrestirten seine Ehr wieder geben / und den Schaden ersetzen soll.

Wenn ein Schuldner nicht bezahlt / und der Flucht halben verdächtig ist / so kan derselb gefänglich eingesetzt werden / ist er um Unfalls willen / der ihm begegnet / unzahlbar worden / soll er 4. Monath in Gefängnuß verwahrt / und darnach loß gegeben werden / jedoch dergestalt / daß er seinen Creditorn angelobe und schwehre / wann und so bald er wieder zu Vermögen gelangen und etwas erwerben / oder sonsten überkommen würde / Er solches Jhnen einhändigen; und daß Er sich eingezogen und mässig in Zehrung und Kleidung halten wolle.

Jst Er aber ein Verschwender und Partiten-Macher / und also ein öffentlicher Fallit, soll Er seiner Ehren entsetzet und aus der Stadt verwiesen werden. Wann aber das Banchorot aus unziemlichen / ungerechten Ursachen vorgangen / als weil der Kauffmann ein böses Leben geführet / weil Er sein Gut durchgebracht und angeworden / alsdann soll man denselben Krämer oder Kauffmann am Galgen aufhängen / als einen Dieb und Rauber / und wann man ihn nicht le-

bendig haben kan/ häng man Jhn auf in effigie, oder in seinem Bild/ vor dem Ort derselbigen gesamten Handthierung / denen andern zum Exempel.

CAPITIS XVI.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Raro fiunt hodie Creditores, quia metuunt perditionem pecuniæ mutuatæ.

II. Redditur ratio per rythmos Germanicos.

III. Tenentur tamen tempore necessitatis subvenire proximo, si velint dici beati.

IV. Debitorum officium consistit in redder mutuo, quo neglecto, fallunt fidem, & gravi ccant.

V. Contra Jura, cùm divina, cùm humana.

VI. Quod si cunctaverint debitores in reddendâ pecunia, coarctandi sunt per paratam executionem.

VII. Sed proh dolor! apud Germanos nulla obligatio est tàm firma, quàm non Rabulæ Forenses infirmare tentant.

VIII. Imò *Quarentigiata* instrumenta in disputationem veniunt. Inquiritur in notationem vocis *Quarentigiæ*.

IX. Confessio debiti per Debitorem facta judicialiter facit confessionatum sive Quarentigiatum instrumentum,

mentum, ad cujus productionem Judex dat paratam executionem, more Italico.

X. Apud Germanos inſtrumenta executiva coram Notariis validè non conficiuntur & quare?

XI. Tutior via eſt adire Judicem ordinarium, qui ſolus ſufficiens eſt dare *Inſtrumenta Quarentigiata*.

XII. Quæritur, an illa coram alio Judice extraneo producta mereantur executionem? Noſter Author affirmat.

XIII. Jura Civilia reclamant.

XIV. Juvatur Authoris ſententia, quod eadem quoque posſint fieri executiva per RELATIONEM unius ad alium Judicem.

XV. Quo poſito nulla exceptio remorabitur executionem, nec audiuntur Debitores ſuorum Debitorum Debita prætexentes, neque in Fiſci:

XVI. Nec in aliorum privatorum cauſis. Nam & Fiſcus & Fiſci poſſeſſor, h.e. Princeps in contractibus non aliam, quàm privati perſonam ſuſtinet, & quare?

XVII. Auſtriæ *Judicialis obſervantia* meretur laudem, quando dat paratam executionem creditoribus, confesſata inſtrumenta producentibus.

XVIII. Utinam illam Germania ubique ſecuta fuiſſet.

XIX. Quod omiſſum judicibus moroſis adſcribendum eſt, qui de morâ tenentur.

XX. Si bona debitoris non suppetunt, in corpus fieri debet executio, per quadrimestrem incarcerationem debitoris, ex infortunio non solvendo existentis, pro nostri Authoris sententia.

XXI. Aliud de Jure civili etiam debitori ad obstagia obligati indultum reperitur. Cui sc. Beneficium Bonorum cessionis reservatur.

XXII. A quo tamen beneficio omnis decoctor excluditur.

XXIII. Et Fallitus quivis Mercator, qui relegationis pœnam subit, juxta Constitut. Politic. Imp. Francof. de Anno 1577.

XXIV. Aliter punitur de Jure Saxon.

XXV. Quæ pæna Saxon. rationabilior & quare?

XXVI. Aliam sæveriorem pænam noster Author dictavit, quam videas remissivè.

I.

CReditores hodie rari sunt, nec facilè volunt in Creditum ire cum debitoribus, hoc est mutuo dare, metuentes illud *Plautinum in Trinummo act. 4. scen. 3. v. 45.*

Si quis mutuum quid dederit, fit pro proprio perditum,
Cùm jam repetas, *Inimicum*, Amicum beneficio invenis
Si mage exigere cupias, duarũ rerum exoritur optio. (tuo.
Vel illud quod credideris, perdas: vel illum *Amicum* amiseris.

Sic

Sic ibidem queritur Stasimus:
TALENTO (QUOD MUTUO DEDI,) inimicum mihi emi, amicum vendidi.

Multi ideò dare mutuò recusant, non quod naturâ sint, tam immites, sed ideò refugiunt, quia timent, ne pecuniæ suæ jacturam faciant. *Ecclesiastic. c. 29. v. 10.*

2. Germani si Potentioribus mutuò dare debent, illud declinare consueverunt per Rhythmos vulgares:

Leihestu einem Herrn/so ists verlohrn/
Thust du es nicht/so hast du Zorn/
Heischest die Schuld/
So verleurstu die Huld;
Doch ists besser/du leydest Zorn/
Als daß du hast dein Geld verlohrn.

Leihet man aber einem Armen Geld/ so ists besser geschenckt/ als gelehnt/
Dann/nach gemeinem Sprichwort/wird geborgt Gold und Silber zu Bley/wann mans wieder fordert.

3. Verùm, quicquid sit, tenentur tempore necessitatis proximo mutuum dare, qui prævalent manu sc. opibus, nam faciunt misericordiam, *Ecclesiast. 29. v. 1. & 2.* Beati autem sunt misericordes, quia & ipsi misericordiam consequentur, *Matth. 5. v. 7.*

4. Debitores, qui mutuum accipiunt, reddere debent præfixo solutionis termino. *Ecclesiastic. 29. v. 2.* Zu rechter Zeit. Aliter facientes graviter peccant, quia fidem fallunt, promissa non implentes, *l. 1. princ. ff. de constitutâ pecuniâ.* Nihil enim magis bonæ fidei convenit, quàm id præstari, quod inter contrahentes contractum, *l. ex empto 11. §. 1. ff. de actionibus empt.*

Neminè

5. Nemini quicquam debeatis, *monet Apostolus Paulus Rom. 8. v. 13.* **Seyd niemand nichts schuldig.** Solve quod debes, *Matth. 18. v. 28.* tam debitum naturale quàm civile. Verus enim debitor naturalis, licet vinculo juris civilis non astrictus, debitor tamen manet *l. 60. ff. de condict. in debiti.*

6. Si igitur debitum liquidum, vel per obligationis documentum probatum fuerit, coarctandus erit debitor ad solutionem absque ullâ mora. Idque secundum nostri Authoris opinionem, quam *BARTOLUS in l. 1. n. 8. ff. de edendo.* stabilivit. Dum attestatus est: In Italia talem consuetudinem esse ut instrumenta publica paratam executionem habeant, quod cum Autoris nostri sententia convenit.

7. Sed in Germania tanta est hodiè debitorum malitia, ut vix ulla obligatio tam firmis tamque potentibus clausulis etiam *à Viris peritis & Bonis* confici possit, quem non Eorundem (Debitorum) perversitates & Rabulæ Forenses fraudulenter pertundant & perviam reddant. **Dann kein Verschreibung so kräfftig auffgerichtet und eingestellet werden mag / welche die boßhaffte Schuldner und ihre Gerichts-Blauderer nicht zu durchlöchern und strittig zu machen wissen/** ita conquestus est ante nonaginta annos, *Gail. tract. de Arrest. Imper. c. 9. n. 17.*

8. Sic quarentigiata instrumenta facili quoque opera ad nihilum rediguntur per *Practicos* forenses. Dicuntur autem instrumenta obligatoria QUARENTIGIATA, non à Guardia, quod Tuscis & Lombardis custodia est, aliàs enim *Guardiata* nominarentur, sed à *Quarentigia*, quæ vox obsoleta secundum *Alexandrum de Imolâ*, denotat securitatem à Notario publico factam creditori ad recipiendum debitum contra *confessatum* debitorem.

9. Nam cum nemo ex debitoribus sit exigendus, antequam confessus fuerit debitum, requiritur CONFESSIO, *l. si debitori 22. Ibi per verba probandum erit*, si fateatur se debere. *ff. de judiciis.* Non quævis extra-judicialis, sed in judicio facta, quæ posterior habet vim rei judicatæ, vel etiam jure jurando decisæ. *l. post rem judicatam 56. ff. de re judic.* Quia confessus in judicio non extra id pro judicato habetur, *l. 1. ff. de confessis.* Hæc confessio, quando redigitur in instrumentum, dicitur quoque *confessionatum instrumentum*, ad cujus productionem judex in continenti, dat *paratam executionem*, nec

nec causa eget libello, litis contestatione vel ordine alio judiciali, sed statim mandatur executioni, *Boer. decis. 295. n. 6.* Vigore statuti apud Italos usitati, quo potestas judicialis Tabellioni seu Notario attribuitur. Dicitur enim Judex Chartularius, *Bl. in l. pen. n. 2. C. de Fidejussorib.*

10. Verùm, cum hodiè nostris Notariis nulla potestas judicialis competat, præceptum executivum facere non possunt, *Coler. de process. executiv. part. 1. cap. 3. n. 21.*

11. Proinde ad nostri Authoris Octavii Pisani sententiam, jure nostro approbatam, pro consequenda securitate firmiori adeundus erit Judex s. Magistratus loci, in quo celebratur contractus, coram illo confessio debiti est protocollanda, *& juxta l. minor 32. ibi per verba:* Contrahentes decreto Præsidis crediderunt, *ff. de minorib.* desuper Decretum contra confessatum debitorem instrumento erit inserendum, & sic super confessione judiciali merebitur executionem paratam.

12. Verùm, si debitor coram Magistratu in locis extraneis contraxerit debitum, & posteà egreditur locum contractus, quid juris erit? Noster Author dat subsequens *Consilium:* Scribat Magistratus Bursæ ad Magistratus illius loci, ubi Debitor domicilium habet & possessionatus est, ut contractus scribatur & inseratur libris publicis, etiam contra voluntatem Debitoris, & sic det paratam executionem contra debitorem. *Optimum est hoc consilium ad præscindendas moras judicialium litium.*

13. Regulariter aliàs instrumentum confectum super debito liquido, in loco ubi viget jus commune, etiamsi producatur in alio judicio, ubi instrumenta merentur paratam executionem, nisi præcedenti ordine judiciali, Judex non exequetur, *Bl. ad l. 1. n. 5. C. de confessis.* Ratio forsan hæc erit, quòd jus nostrum commune nulli instrumento judiciali paratam tribuat executionem. *per text. notabilem in l. minor 40. princ.* *UBI EX CAUSA JUDICATI PARTA PROSECUTIO PER CAUTIONEM, AB ALIO, QUI IN LITE NON FUIT, ASSECURATA NUDUM CREDITUM REFERT, QUOD ALIBI ET RESPECTU TERTII LITIS INITIUM EST, ff. de minorib.* Aliud olim, antequam Jura Romana in Germaniâ introducta erant, obtinebat. GERMANI enim, quod olim promiserunt, sanctè & inviolabiliter observabant, nulla subscriptio Debitoris in Chyrographo vel literis obligatoriis requirebatur; Et sæpiùs nec

sigillum, sed nuda pollicis sufficiebat impressio, quâ ejusdem figura ceræ molliori infixerant, die alten Teutschen haben ihren Daumen von der rechten Hand ins Wachs gedruckt/ solches hat mehr Krafft gehabt / als heutiges Tags ein wohl clausulirte ausbündige unterschrieben- und versiegelte Obligation, ja es hat so viel gegolten / als heutigs Tags ein instrumentum quarentigiatum executivum, welches bey frembden Gerichten in loco tertio, quo non est contractum, fast wenig respectirt werden will.

14. Verùm quicquid sit, quia debitor in loco contractus semel pro confesso judicatus, si in loco domicilii non solvit, contumax propter absentiam, eo quod se loco contractus subtraxerit, reputabitur, & licet judex in loco negotii gesti ex suâ jurisdictione executionem expedire non possit, fiat per Relationem ad alium Judicem, sive æqualis, sive etiam fuerit major, & ex tali relationis actu, vermittels Bericht-Schreibens und Subsidialien pro facienda executione, legitima via, contra res contumacis, aperiatur. *Probus est textus pro confirmanda nostri Authoris sententia in l. properandum 13. §. Sin autem reus 3. C. de judiciis*, quamvis praxis hodierna monstrosa abhorreat talem executivum processum.

15. Sunt debitores, qui non quidem negant debitum creditoribus suis, nec tamen solutionis expeditionem accelerant, sed quærunt subterfugia, allegantes, quod habeant alios sibi obligatos, à quibus satisfactionem non invenire possint, postulantes remedium contra ipsos, man soll ihnen forderst zu Ihren Forderungen wider ihre eigene Schuldener verhelffen/ so wollen sie ihre Creditores auch befriedigen. Sed cùm hæc oppositio non constringat actorem, quià non est exceptio, sed actio ad alios pertinens, parum idonea est ad remorandam executionem, ideoque jam dudum explosa, *per text. in L. pen. C. de conveniend. Fisci debitorib.* per verba: *Qui fisco nostro tenentur, omissa frustratione cogantur exsolvere, servatis* post solutionem *allegationibus* propriis, si quas *adversus quoscunque* ex suis contractibus *debitores competere sibi crediderunt.*

16. Et hoc ipsum non tantùm obtinet in *Fiscalib.* sed aliis omnibus debitis, nam sicut *Fiscales res* propriæ & privatæ sunt Principis, *l. 2. §. 4. ff. ne quid in loc. publ. vel itin. fiat.* Ita Princeps quoque utitur jure communi, & consideratur ut privatus, *text. in l. 1. pr. ff. de pact.* Quia sc. homo est, & fidem humanam sequitur, quam si ab aliis expectat, ipsam aliis præstare debet, secun-

secundum Christi dictum, quæ vultis vobis fieri, ea & aliis facitote, *Matth. 7. v. 12.* Nam humanæ fidei nihil est tàm congruum, quàm ea, quæ inter homines placuerunt servari. Secundum Ulpianum *in d. l. 1. pr. ff. de pact.*

17. Et hanc consuetudinem in Austria receptam testatur, *Gail. d. loc. c. 9. n. 18.* Quòd debita confessa instrumentis & chyrographis debitorum paratam executionem habere debeant, reservatis post solutionem, debitoribus, quibuscunque exceptionibus, ne sc. solutionem debitores longis disputationibus & judiciorum tricis involvant, & in infinitum malitiosè extrahant. Utinam inter Germanos creditoribus parata semper fuisset executio data contra debitores, & fides Germana nunquam vacillissat.

18. Sed hactenus malè audivit *Germania*, quando non ubique locorum in judiciis secuta fuit consuetudinem *Austriacam* & morem *Holsaticum*, *cujus in mea Sciagraph. Jud. process. c. 64. lit. h. mentionem feci.*

19. At impedimentum, quò retardata fuit justitia, nemini adscribendum est, quàm JUDICI negligenti & moroso, qui semper impunis abivit, licet sæpè per executionis suspensionem damna creditoribus irreparabilia dederit. Scire debet quilibet Judex, cujus clementia intempestiva in remorandâ executione affectibus erga debitores indulget, quod negligens in exactione teneatur de proprio resarcire. *Marpurgens. cons. 24. n. 61. vol. 1.* Hodie enim judices Exactorum loco habentur, qui executionem in manibus habent, vel aliis demandare possunt. At ab Exactoribus, quod exigere supersederunt indemnitati creditorum satis fieri debet, *per text. quem tene in l. quoniam 3. C. de conven. Fisci debitorib.*

20 Si verò debitor non habet bona, in quæ executio fieri potest; Autor noster pœnam corporalem statuit, & debitorem ex infortunio: Utpote Belli, Incendii vel Naufragii injuriâ ad paupertatem redactum, & sic non solvendo existentem, incarcerari vult per quadri-mestre spacium, quod spacium aliàs omnibus debitoribus condemnatis ad solutionem expediendam indultum legitur *in L. 2. C. de usur. rei judic.* Hoc spacio decurso liberandum esse, & à carceris squalore & præsentis debiti nexu, eâ tamen conditione, ut juret imposterum, se velle temperanter vivere, & acquirenda creditoribus reservare.

21. Aliud de jure civili, reperitur constitutum: Licet enim quis se obligaverit ad obstagia, quæ in Holsatia frequentari solent, velut: der Schuldner wolle/ so bald er gefordert/ in die Leistung gehen. Nam obstagia sunt species carceris, *per text. in L. succurritur 9. verbis finalibus:* Nihil interest parietibus an compedibus teneatur, *ff. quibus ex causa major. in integr. rest:* vel ex conventione teneatur ad carcerem, ut vinctus compedibus custodiatur. Uti ejusmodi conventio fieri potest, testante *Francisc. March. decis. 896. per tot. part. 1.* Confugiens tamen ad flebile cessionis bonorum beneficium, tradens cuncta bona creditoribus, sub juramento *ut forma ejusdem in mea SCIAGRAPHIA JUDICIARII PROCESSUS n. 19. videre licet.* Ab obstagiis & carceribus, *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* Omnique cruciatu corporali se liberare potest, *per text. in L. fin. C. d. t.*

22. Verùm, hoc beneficio se indignum, reddit omnis decoctor, qui non solùm injustus, intemperantiâ & imprudentiâ erga se & alios, sed etiam malitiosus temeritate, dolosis inventionibus ac contractibus innocuos lædit, welcher das Seinige üppig und böslich verschwendet/ und dadurch muthwillig und vorsetzlich/ auch andere um das Ihrige bringet/ *Boer. decis. 349. n. 10.* Inopia enim prodigalitatis vitio contracta, miseratione non est digna, *gloss. in c. ex parte 10. in verbo: Prodigalitatis X. de consuet.* Sed stultum potius esset misereri hominum rem suam male gerentium. *Plaut. in Truculento.*

23. Minùs sunt hoc beneficio digni mercatores falliti, illi rationum Conturbatores, *arg. l. quidem fundum, 16. ff. d. in rem verso.* Qui merentur quòd de civitate sint relegandi, ùt constitutio der Franckfurther Policey-Ordnung postulat, *de Anno 1577. tit. 23.*

24. Melius & rationabilius forsan esset Saxonicum jus, in *EDICTO TORGENSI* de Anno 1583. comprehensum: Daß ein solcher Fallit in Schuld-Thurn geleget/ und darinn wohl verwahrt enthalten werden soll.

25. Nam relegatus, alios conditionem & fortunam ipsius (relegati,) ignorantes, astutiâ consuetâ novis contractibus allicit, ut olim, sic hodiè conventionibus lædit, dolosa circumscriptione decipit: vel si incipit sapere, & creditoribus suis anterioribus, omnem de recipiendo credito, spem adimit,

adimit, si forsan relegatus apud exteros, ad meliorem fortunam regressus fuerit.

16. Noster Author hac pœna non contentus est, ut infra part IV. (Ubi agitur de criminali judicio) audiemus, sed hoc flagitium dignum judicavit patibulo.

CAPUT XVII.

De Venditione Rerum Mobilium & Promercalium, earundemque inter Mercatores præcipuè: Deinde Opifices & Operarios, determinando precio & mercede.

Von Verkauff und Werth der beweglichen Gütter/ Manufactuurn und Arbeits-Lohn.

Ein jeglich Gewerb/ Verricht und Handthierung soll seine Obrigkeit haben/ welche den billichen Werth und Preiß/ aller Feilschafft/ und derer Sachen/ welche gekaufft und verkaufft werden/ benennen und setzen/ zugleich auch dahin sehen sollen/ daß ein jeglich Ding weder höher noch minder bezahet/ als die Obrigkeit bestimmet: Würde aber der Käuffer mehr oder weniger davor geben oder nehmen als gesetzt/ ist er der Obrigkeit in Straff verfallen: Solche Obrigkeit gibt auch acht auf Schiff-Leuth/ Kutscher und Kärner/ auch gemeine Arbeits-Leuth/ daß sie niemand übersetzen/ benennt auch den Werth des Wercks/ dessen was ein Meister zu verfertigen annimmt/ determinirt der Gesellen Verdienst/ auch den Lohn jedes Lehr-Jungen/ so einer Kunst und Handwerck angedungen wird. Die angedungene Arbeit/ wie? Welcher Gestalt?

Auf was Art und Weis? dieselbe verfertiget werden / wird von der Obrigkeit fleissig aufgeschrieben/ist aber die Arbeit fertig/muß dieselbelbe auch vor die Obrigkeit gebracht werden / die muß alsdann nach Ehren und Gewissen judiciren / ob sie wohl oder übel getroffen / und also den Contract ratificiren/ oder gestalten Sachen nach/rescindiren und aufheben.

In Ansetzung des Werths eines verkäufflichen Guts / sollen 4. Puncten in acht genommen werden / (1.) soll das Kauffmanns-Gut nach dem Ankauff geschätzet/ (2.) Dahin gesehen werden / wie hoch es kommt/ in der Buden/Kram-Laden/und Kauff-Haus zu halten/ (3.) Wie groß die Gefahr/die man trägt / daß solch Gut verderben möcht. (4.) Daß der Kauffmann über die Unkosten einen recht-billich-mässigen Gewinn haben möge.

Wenn käuffliche Wahr auf Credit und Borg gegeben wird/ ist um so viel mehr oder weniger der Werth zu erhöhen/ um wie viel grösser oder geringer die Gefahr des Verlusts ist / oder auch / je länger oder kürtzer die Zeit der Bezahlung bestimmet worden; Wenn ein Kunst-Stück/ als ein Uhrwerck/ Gemählt oder Schilderey/wie auch andere Mechanische invention taxirt werden soll / muß der Werth nach Geschicklichkeit der Arbeit/so daran verrichtet / und Qualität des Künstlers æstimirt werden.

CAP. XVII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. Cùm Interesse publicum, tùm Subditorum Privatum docetur 8. rationibus, quibus suadentibus contractus fieri debent *coram Magistratu*, & sic confirmantur cap, 6, præcedentis argumenta.

IX. E-

IX. Evictionis præstationem multæ molestiæ & antecedunt & subsequuntur, quarum 4. recensentur.

X. Precium certum in cunctis rebus à Magistratu determinandum est, ut obviatur lucri cupiditatibus.

XI. Idque pro temporum mutatione & efflagitante necessitate.

XII. Naturalis indigentia dicitur mensura precii secundum Aristotelem.

XIII. Imò & voluntas hominum indigentium dicitur rerum Domina.

XIV. Luxuria & cupiditas iniqui sunt censores rerum promercalium.

XV. Mercatorum quoque fallax laudatio.

XVI. Communi æstimatione debent censeri omnia.

XVII. Sed fallit illa communis æstimatio in 4. casibus, quibus accedunt alia accidentia.

XVIII. Inde læsionis quærelæ audiuntur in judiciis, quæ Magistratus cognitione præcaveri possunt.

XIX. *Merces* futurâ cariùs, quàm præsenti pecuniâ emuntur. Prospiciet sibi tamen venditor, ne peccatum incurrat.

XX. Et evitabit non tantùm Proxeneta, sed etiam creditor, ne rem sibi concreditam vilioris distrahat.

XXI. Quæstio deciditur, an res empta sit loco precii, & precium loco rei venditæ.

XXII. Ementem parùm juvat etiam instrumentum contractus simulati, si ad alium pertinet & possessio & Dominium.

XXIII.

XXIII. Non tantùm Ementibus & Vendentibus, ſed quoque locantibus & conducentibus à Magiſtratu precium eſt determinandum, & merces Operariis eſt conſtituenda.

XXIV. Inter Artifices magna eſt differentia, & in quô conſiſtat? Exprimitur.

XXV. Si precioſa res locatur vel conducitur, intereſt contrahentium, ut Magiſtratus præſcitu fiat contractus.

XXVI. Improbatur conſuetudo, quæ certis tantùm perſonis artem & opificium exercere jubet.

XXVII. Et Artificum Collegium, quod extraneos excludit.

XXVIII. Statuta Inferiorum Magiſtratuum à Superioribus ſunt confirmanda.

XXIX. In Præjudicium Tertii non vergant.

XXX. Nec Monopolii ſpeciem præ ſe ferant.

XXXI. Cereviſiæ & frumenti Commercium non ſit reſtrictum.

XXXII. Opificum æmulatio in Textores, Molitores, Tibicines &c. improbatur.

XXXIII. Statutum, quod uni, qui cæpit laborem, favet, alteri verò perfectionem odioſe prohibet, eſt iniquum.

XXXIV. Recenſentur ex Receſſibus Imp. abuſus Collegiorum, quæ dicuntur ordines Tribunitii Zunfft und Innungen.

I. Inter-

I.



Nterest Reipublicæ multis modis, ut sciat quivis Magistratus Subditorum Facultates, quæ augeri & minui possunt contrahendo. Ut supra c. 6. deductum fuit.

2. Interest & ipsorum contrahentium, utpote Creditorum, ne, si obærati sint debitores, credita perdant & fallantur.

3. Interest scire Creditoribus, utrum bona sibi oppignorata, aliis quoque nexu hypothecæ affecta fuerint.

4. Interest Reipublicæ, ne Crimen Stellionatus committatur à contrahentibus, ne quis fortè uni rem obligatam, dissimulatâ obligatione, per calliditatẽ alteri distrahat, permutet, vel insolutum det. Nam hæ [*fraudis*] Species Stellionatum continent. Ideò præcavere debet Magistratus, ne quis imposturam faciat vel collusionem in necem alterius, *ut probè Ulpianus, in l. Stellionatus 3. § 1. ff. Stellionatus.*

5. Præcavere debet Magistratus, ne falsa pignora pro veris etiam juratò supponantur. Nam sic evitabitur perjurium, de quo alias læsus conqueri possit. *l. 4. ff. eod.*

6. Quia debitores ad occultum suum compendium circumvenire tentant ignorantiam creditorum, qui sine periculo capi consueverunt, ut ait *Imperator Philippus Arabs. in l. fin. C. de crim. stell.*

7. Interest, ne deturbentur ab aliis, augmentum locarii offerentibus, vel ab emptore, conductores temporales à conductis prædiis ante lapsum tempus: Regulariter enim Emptores conductoribus prævalent, Kauff gehet vor Mieth. Verùm, si ipse Conductor precium rei offerat, habebit superius jus. *l. ult. in fin. C. de locat. prædior. Civilium XI. 70.*

8. Interest emptorum, ut emant rem liberam, nullo litigio, onore & hypo-

hypothecæ nexu affectam. Et licet deceptus habeat regressum ad venditorem, qui tenetur de Evictione, quamvis de eâ non conventum fuerit. *l. non dubitatur 6. C. de Evict.* Ideò Evictio recensetur inter ea, quæ naturaliter insunt emptionis Judicio, *L. ex empto 11. §. 1. ff. de actionibus empti & venditi.*

9. Quia tamen Evictionis præstationem multæ molestiæ & antecedunt & subsequuntur, utpote (1.) Sustinere debet Emptor inquietudinem extrajudicialem, dum res empta in dubium vocatur, utrum scil. eandem emptori habere liceat nec ne? (2.) Debet expectare vexam judicialem, quam subire & sententiam condemnatoriam pati compellitur, *l. non tamen 14. ff. de evictionib.* (3.) Debet Emptor Authori s. venditori suo litem denunciare, ut adsit tempestivè judicio, & subveniat succumbenti, quæ denunciatio serò facta non relevat, *l. 29. ff. d. t.* Si verò (4.) emptor litis causam negligere velit, vel per injuriam Judicis victus fuerit, non habet regressum contra Authorem suum. *l. emptor. 8. C. de Evict.* Has molestias omnes evitare quis potest, si coram Magistratu contrahit, ut vel recipiat fide-jussorem, qui periculum evictionis in se suscipiat. *l. 24. C. d. t.* vel ut hodie in quibusdam Germaniæ civitatibus viget consuetudo: *NE FIAT immobilium traditio & cessio, nisi publicè CORAM MAGISTRATU,* durch einen öffentlichen Aufflaß/ vermittels welchen die verkauffte Gütter dem Käuffer in loco publico, entweder auf der Cantzel/ oder meist den Rathhäusern zugeschlagen werden. Durch solchen Aufflaß werden die Käuffer vor allen künfftigen Anspruch gesichert.

10. Non absonum est à jure civili, Negotiatores, Mercatores, Opifices, Artifices, Agricolas, Nautas & Operarios, qui lucri cupiditati se dederint, coërcere, iisdemque leges ferre. Sic Justinianus *in Novell. 122. c. un.* Edictum sancivit: Ne quis in posterum cujuscunque disciplinæ aut artis Magister, qualiscunque etiam negotiationis Negotiator, qualiscunque demum agriculturæ Agricola, quam vetus consuetudo fert, plus precii, mercedisve exigat. *Nam precium cujuslibet rei pro tempore est.*

11. Verùm, cùm consuetudo vetus per tempora mutetur, & unum precium non sit adæquatum omnibus casibus, qui variari possunt, Magistratui incumbit pro temporum mutatione precia rerum aliter atque aliter determinare. Nam precia rerum, quæ licet in uno loco posita reperiamus, alia tamen in aliis

in aliis locis determinata deprehendimus. Quæ omnibus pene annis mutari solent, prout navigationes constiterint, aut ut quisque mercatus sit, aut alius prævalens propola annonam flagellavit, *ut Plinius lib. 33. histor. natur. de hac materia bene judicavit.*

12. Mensura precii, quantique res quævis valeat, dicitur secundum ARISTOTELEM, naturalis indigentia. Interest tamen Reipub. ne indigentes à Mercatoribus supplantentur.

13. Verùm, cùm & hominum non indigentium *Voluntas* rarò rationem sequatur, sed multas res magis desideret, quàm sunt necessariæ, evenit ut *Rerum Domina* dicatur. Quam voluntatem excessivam quoque in Subditis compesci publicè intererest.

14. A quibus longè absit *Luxuria.* Quæ *secundum Plinium lib. 9. c. 35.* Margaritis precia fecit. Absit & *Cupiditas.* Qui enim modus in rebus est Cupiditatis, idem est æstimationis. Econtra evenit, ut res maximè necessariæ minoris sint propter copiam, minùs verò necessariæ ob raritatem carioris vendantur.

15. Sæpiùs juvat rem venalem benè laudasse. Secundum illud Horatii: Laudat venales qui vult extrudere merces. Nam & *laudando* possunt carioris distrahere rem Mercatores. Verùm, cùm illa laudatio & commendatio plerumque sit fallax, & non obliget venditorem, ad præstandum id, quod laudavit, *L. ea, qua 43. pr. ff. de contrahend. emptione.* Ita nec credere debent Emptores, ne creduli decipiantur. Qui enim non probè secum deliberavit, an sibi consultum sit emere, nec ne, habeat quòd de se conqueri posset, quod semetipsum deceperit. *d. l. 43. in fin. §. 1.*

16. *Diximus supra cap. 8. n. 1.* Quod precia rerum non ex affectu, nec utilitate singulorum, *sed communiter fungi*, h. e. communi æstimatione censeri debeant, *per. l. 63. pr. ff. ad L. Falcid.*

17. Fallit tamen in 4. modis hæc Regula. Nam 1. in communi æstimatione ratio haberi solet laborum & expensarum, quas Mercatores faciunt. Solet 2. subitò mutari precium rerum, ex copia & inopia EMENTIUM. 3. PECUNIÆ, & denique MERCIUM. Cæterum possunt & quæ-

dam esse rei accidentia æstimabilia, ob quæ res licitè supra & infra commune precium ematur vel vendatur, utputa ob damnum consequens, vel lucrum cessans, affectionem peculiarem, aut si in gratiam alterius res vendatur vel ematur, alioquin non emenda aut vendenda, quæ ipsa accidentia etiam à judice probè ponderanda.

18. Nam solet ex Longinquo res vendita in dubium revocari, & enormis sæpè læsio allegari ab istis, qui nesciunt causam exorbitantis precii, tunc temporis communis. Hinc oriuntur tot jurgia, quæ præcaveri possunt à Magistratu, qui præviâ cognitione precium conventum approbavit.

19. Sic merces pecuniâ creditâ carius venduntur, quàm pecuniâ numeratâ, idque ob lucrum cessans, quod inest pecuniæ creditæ, *arg. c. fin. X. de usuris.* Dann wer auf Credit verkauffet / der schlägt gemeiniglich des mit unterlauffenden Verzugs halben das Interesse mit ein / *Arg. l. 2. in fin. ff. de eô, quod certo loco dari oportet.* Ut enim ibi loci, ita hic temporis utilitas auffertur, quæ hoc modo reparatur. Qui verò comparant sibi merces, quæ emptionis tempore ultra quinque libras non valent, promittunt tamen se statuto termino soluturos, per contractus hujus formam venditores incurrunt peccatum, nisi certum sit ipsis, merces tempore solutionis tanti valituras esse, *per text. in c. in civitate 6. X. de usuris.*

20. Iterum vulgò fieri solet, ut res amplioris precii per Proxenetas, vel etiam Creditores minoris distrahantur per gratiam, quæ distractio in jure non consistit, sed revocatur & recepto precio res vendita restituenda est, *l. si uxor 3. C. si vendito pignore agatur.* Quod absque lite, quam præsens magistratus præcavere potest, non procedit.

21. An res empta sit loco precii numerati, & precium loco rei venditæ, quæritur? E. g. Es kaufft Cajus von Titii Geld / so er in Verwahrung gehabt / entweder beweglich- oder unbewegliche Gütter. Wessen ist nun das gekauffte Gut / des Caji oder Titii? R. Daß solch erkaufftes Gut sey dem Cajo zuständig / wañ aber der Cajus nomine Mævii, und dem Mævio zu gut gekaufft / wann schon der Kauff nicht auf ihn / sondern auf den Titium gerichtet: Ist und bleibt doch das Gut dem Mævio erkaufft / *l. 1. & penult. C. si quis alteri, vel sibi, vel sub alterius nomine, vel alienâ pecun. num.* Nam precium non ex re venditâ, sed propter *Negotiationem*, quia scil. negotium habu-

bui

bui cum altero, percipitur, *l. venditor. 21. in medio ff. de haredit. vel act. vend.*

22. Hinc parum juvat instrumentum contractus, cui inscriptum est nomen emptoris certi fundi, cùm alius tenet possessionem, dominium verò aliundè potest probare, *l. quamvis 4. C. d. t. Si quis alteri vel sibi, vel. alt. nom.* Exinde patet, quàm scrupulosum sit nostrum Jus in contractibus, quibus non interfuit MAGISTRATUS, & ante venditionem, ejusdemque Instrumenti confectionem, de vero in possessorem dominio transferendo, judicavit.

23. Non autem inter ementes & vendentes solùm proficit, precium determinari, sed & ad alios contractus, inprimis verò ad locationem & conductionem respicere debet Magistratus. Nam & in Jure Civili à JUSTINIANO Imperatore jubentur ædificiorum, colendæ terræ, aliorumque operum mensores seu inspectores nihil amplius operariis imputare, quàm consuetudo fert, vel secundum temporis varietatem Præscriptum Principis imperat. Es sollen die Aufseher und Inspectoren, denen Arbeits-Leuten und Taglöhnern/ so sich bey den Gebäuden/ so wohl in denen Städten / als uffm Feld beym Ackerbau/ oder sonst ums Geld gebrauchen lassen / ihr gewöhnlich demensum und Taglohn/ und weiter nicht als billich erachtet wird/ verordnen; Da man allezeit ad caritatem annonæ, ob die Victualien und Lebens-Mittel theuer am Werth / oder auch wohlfeil / das Absehen richten soll. Hoc etiam observare debent cuncti, qui qualiacunque operæ demandant, & cuncti, qui aliquid redimunt, *vel* ut significatius reddam, *Ergolabi*, qui certo precio opera facienda suscipiunt vel conducunt, das ist/ alle die so einiges Werck andingen; Dann auch die jenige / so ein Werck vor sich zu verfertigen/oder andern verfertigen zu lassen/ über sich nehmen/ sollen niemand wider Christliche Lieb und löbliche Gewohnheit übersetzen. Aliter facientes quicquid ampliùs, quàm pro veteri consuetudine, vel eo preció, quod magistratus determinat, requirunt, triplicem quantitatem in fiscum referre cogantur, *ita Imperator JUSTINIANUS* jamdudum sancivit, *Nov. 122. c. unic.* Utinam hæc constitutio ad Politiam Germanam referretur, & Multorum querelæ de immodico locario cessarent.

24. Juniori artifici non æquè magnum precium constituitur quàm Seniori. Nam omne artificium per diu continuatum exercitium recipit suum

incrementum. *l. 65. §. 3. ff. de legat. 3.* Sic & inter artifices longa est differentia, & ingenii, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis, *l. inter artifices 31. ff. de Solutionibus.* Imò nationis differentia attendenda est. Quædam enim natio melior, quædam famigerata, quædam infamata. *l. quod si 31. §. 21. de Ædilit. Edict.*

25. Interest autem tunc maximè, si preciosa res locatur & conducitur. v. g. Si gemma includenda venit aut insculpenda data sit, eaque sit fracta, ut præsciat magistratus, qui vel de vitio materiæ, vel culpâ facientis judicare debet. Si autem artifex periculum fracturæ in se recipit, tenetur de fracturâ, licet *Centuplum* ultra mercedem determinatam gemmæ æstimatio excedat. *per text. L. item quæritur 13. §. 5. ff. loc. conduct.* Nam res fragiles, als köstlich-geschnittene Christalinene Gläser/ deren eines offt auf 1. 2. oder mehr tausend Reichsthaler geschätzet wird/ (O Vanitas etiam inter Germanos!) in transportando & reponendo multis periculis sunt suppositæ, & diligentissimam observantiam requirunt, *l. 25. §. 7. ff. location. conduction.*

26. Libera debent esse cùm artificia, tùm opificia: Proinde lex est improbanda, quæ certas tantum personas artem aliquam seu opificium exercere jubet, reliquis verò vetat, *Stracha de mercatura in primâ particulâ ult. part. sub Tit. Quomodo in causis Mercatorum procedatur, num 20. & 22.* Quia ex illâ prohibitione precium augetur, und werden bey den Handwerckern die Manufacturn vertheuret.

27. Detestandum etiam est illud Collegium artificum, ne quis eorundem instruat in ea arte alios, quàm filios aut nepotes suos, quô ipsi solummodò commodum consequantur, *Petr. Grep de Republ. lib. 13. c. 3. n. 4.* Wie es an etlichen Orten des Teutschlands die Kunstweber / Seiden- und Kürschner- Ferber und andere Künstler pflegen zu halten/ & quidem malè ipsis connivetur.

28. Proinde ejusmodi statuta omnia sunt odiosa, neque eadem inferiores magistratus introducere possunt, nisi à superioribus confirmentur, quia confirmatio est necessaria, quoties Jus Principis & ipsius interesse tangit, & absque confirmatione non valent, *Decian. in tract. criminal. l. 2. c. 37. n. 21.*

29. Hæc statuta, quæ in Præjudicium tertii vergunt, & bono publico contrariantur, ferenda non sunt, sed invalida judicantur, *Cacheranus decis. 17.*

cis. 17. n. 9. Non enim debemus ita versuram faciendo discooperire unum altare, ut alterum cooperiamus, *Cravett. cons. 951. n. 1.*

30. Sit itaque norma hæc unica servanda: Quæcunque *Statuta* ex radice cupiditatis & avaritiæ contra prohibitionem Imperialis Sanctionis pragmaticæ, *occasionem delicti Monopolici* præbent, illa ut ambitiosè lata omninò sunt abolenda, *Natta cons. 227. n. 4.*

31. *P*roindè si Magistratus in Germania subditis suis mandat, ne ab aliis quàm à se CEREVISIAM emant, ne ALIBI MOLENT, & *panem coquant*, quam sub molendino & furnô hoc vel illo, quod ante *voluntati & libero subditorum arbitrio* relictum fuit, ejusmodi mandata de Jure non subsistunt, sed adversus prohibentem potest utiliter Judicio experiri, ut sublato mandato & abrogatâ prohibitione Subditos pristinæ libertati restituat, & de non amplius prohibendo cautionem præstet, *Rauchbar. in quæst. Jur. 27. n. 11. & seqq.* Zwangs-Mühlen/ Back-Häuser und Schenckstätt/ da Sie nicht hergebracht/ seyn eigen-nützige Eingriff der Obrigkeit in die Bürgerliche Nahrung/ und natürliche Freyheit der Unterthanen wodurch Seufftzen erweckt/ und schlechtes Gedeyhen dabey zu hoffen.

32. Ejusmodi farinæ sunt Opificum Statuta, quibus prohibetur, ne filii quorundam v. g. Molitorum, Textorum, Chirurgorum, Opilionum, Tibicinum, Balneatorum recipiantur in Collegia, nam & hæc consuetudo ut erronea jamdudum explosa, *prout convincitur ex Recess. Imp. August. de Anno 1548. sub rubrica* von Handwercks-Sachen in pr. 2 part. von Reformation guter Policey/ & tamen hodienum in aliquot Germaniæ locis frequentatur, ut nuperrimè nostris opificibus in hoc principatu, acerrima fuerit mota quæstio ab Halberstadiensibus.

33. Nec Statutum quoque valet, quod unus cæpit, alteri perficere non liceat, daß das jenige/ was einer in der Arbeit angefangen oder zugeschnitten/ der andere nicht ausmachen dörffe. Quod Statutum, ut enorme à nostro Jure civili jamdum ante 8. secula explosum reperitur. Quare autem non sequimur Jus Civile, & in eo sanam rationem, quò quâve unicuique liberum est, nullo obstante statuto, illud, quod ab altero inchoatum & derelictum est, sine timore dispendii perficere, *prout disertis verbis sancitur ab Imperat. ZENONE, in l. un. vers. ut ne quis C. de monopol. Dan. Moller. semest. l. 2, c. 15,* Sic quotidie in casibus innumerabilibus recedimus à Jure Com-

Communi scripto, & tamen ex Corpore Juris Justinianei decisionem quærimus.

34. Es ist sonst ins gemein bekandt/was für Mißbräuch/ so wohl der geschenckten als ungeschenckte Handwercken/bey Zünfften uñ Innungen/und derselben alsogenandten Amts-Laden / bey ankommenden und abziehenden Gesellen mit Schencken und Zehren zum An-und Abzug täglich passiren, welche zwar durch den Reichs-Abschied *de Anno 1530.* zu Augspurg *in fine*: Wie auch zu Speyer *de anno 1570.* §. Alsdann abermals ꝛc. abgeschafft seyn sollen / jedoch dessen ungeacht / noch in vollem Schwang gehen. Item/ was offt den Lehrjungen/ehe Sie ihre Lehrjahr ausstehen/ vor Beschwerlichkeit zugezogen. Item/wie die Gesellen um liederlicher Ursachen willen einander schmähen / lästern / (welches Schmähen *anno 1551.* im Abschied zu Augspurg gleichfals verbotten/ §. Derowegen so setzen wir.) von einem Ort zum andern auf-und umtreiben (aufflopffen) und unredlich machen / was bey Verfertigung des Meisterstücks unter den Altmeistern vor unnöthiges Scrupuliren unverdiente Bestraff- auch wohl Ab-und Zuruckweisung des jungen Meisters zum öfftern vorgehen/ zumal wann nicht Geld gnug pro redimendâ vexâ dargezehlet wird. Item/ was vor Conventiones und pacta illicita, daß ein Meister seine gefertigte Arbeit in feilem Kauff nicht höher oder geringer verkauffen soll als der ander / wodurch Aufschläg und Steigerung verursachet wird. Policey-Ordnung zu Franckfurth *tit. 3. de anno 1572. tit. 37.* Welches dem gemeinen Besten zuwider / und unter ihnen selbst Streit und Zanck erreget. Item/ was vor unartig/ boßhafftig Verfolgung der Bönhasen und Fuscher täglich vorlauffen/ davon zeuget die Barbarische Procedur , so man täglich hin und wieder in Gerichten hören muß / und ob zwar eine Straff von 10. Marck löthiges Golds *de anno 1566.* §. Ferner haben ꝛc. auf die Verbrecher obig - erzehlter Mißbräuch gesetzt/ ist doch kein mal solche exigirt und eingetrieben worden. Quòd si factum fuisset semel , vel iterum nunquam audirentur querelæ, quibus hodie Germania impetitur. Sed quæritur quare tot Imperii constitutionibus saluberrimis de abolendo abusu ejusmodi consuetudinum non satisfiat? ℞. Quod clausula reservatoria Statib. dat potestatem cassandi, minuendi & moderandi illas sanctiones pro cujuslibet provinciæ moribus, per verba: Doch einer jeden Obrigkeit unbenommen diese und jene Ordnung gar einzuziehen/zu ringern und zu mässigen. *Reform.* G. Policey zu Augspurg *de Anno 1530. in fin.* und

Speyer

Speyer *de Anno 1548. in fin.* Nam per verbum *einziehen* intelligunt nonnulli abdicationem & abrogationem Reformationis POLITIÆ.

CAPUT XVIII.

De Mutui datione extra Pecuniam.

WAnn die Weinschencken oder Krüger/ Wirth und Artzney-Apothecker/dann auch Krämer und andere etwas ohne Verschreibung hinborgen/oder auf credit geben/ sollen sie es in ihren Büchern aufzeichnen / selbe alsdann für die Obrigkeit ihres Gewerbs oder Zunfft bringen/und alda mit dem Schuldner / der es empfangen/ Abrechnung halten/ und alsdann soll die Obrigkeit / die vorhin den justen billichen Preiß der Kauff-Waaren gesetzt / die schleunige Execution verhängen.

CAP. XVIII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Mutui datio consistit in rebus, quæ pondere, vel numero, vel mensurâ consistunt.

II. Quæ res in genere suo redduntur, si sunt fungibiles.

III. Nisi certo precio æstimatæ:

IV. Vel tempore, vel loco, vel judicio determinantur.

V. Inter Res fungibiles JCtorum doctrinâ non recensentur oves, lana, pannus, vestis & libri.

VI. Quæ mea sit opinio, exprimitur.
VII. Credita in tabernis vinariis & carnariis, ut & cauponis contracta probantur per bacilla fissa.
VIII. Quæ etiam sunt instar quittantiæ.
IX. Et per partitas chartas creditum probatur.
X. Sic probationem recognitionis referunt signacula portionis ex panno præscissæ contra Tonsores.
XI. De mercatorum libris vide remissivè.

I.



Utui datio consistit in rebus, quæ pondere, numero, mensura consistunt. Nam harum rerum datione possumus in creditum ire, *l. 2. §. 1. ff. de reb. creditis.*

2. Sic res appensas ad-numeratas & ad-mensuratas in genere reddere possumus, si res sunt fungibiles. *d. l. 2. princ.* Da man eben dergleichen Waaren/ als empfangen/ in gleicher Güt/ nach vorigen Gewicht/ Zahl und Maas rückstellig machen kan.

3. Nisi precio certo fuerint æstimatæ, tunc enim ad solvendam redditionis fidem idem pondus, idem numerus, & eadem mensura, in reb. alias functionem in genere suo recipientibus, non suffecerint. Sed rei precium determinatum succedit, quia emptio venditio facta censetur, *l. 5. ff. locati.*

4. Si autem precium non, sed tempus reddendi determinatum: Debitor verò in morâ reddendi existens, in Judicio conventus fuerit, tunc temporis præfixi precium erit solvendum. Quid verò, si nec tempus redditioni præfixum fuerit? Locum habebit æstimatio ejus temporis, quo res mutua repetitur. *Ita Julianus decidit casum in l. vinum 22. ff. d. t. de R. C.* Quid si & locus redditionis non fuerit denominatus, is locus, quò res à judice petitur, est attendendus, *d. l. 22.* 5. Et

5. Ergò in creditum itur per mutui dationem rerum fungibilium, ut in genere reddantur, daß nemlich solch gelehnt Gut in Natur / und nicht nach dem Werth wieder gegeben werde. Quæ autem sint res fungibiles? *Inter Dd. iterum controvertitur.* Sunt Dd. qui has & illas rerum species excipiunt, utpote *oves*, quæ ferunt lanam, & *lanam*, ex qua pannus fit, & *pannum*, ex quo consuitur vestis, & *vestis*, quo induitur homo. Et licet frumentum, & ex frumento byne & farina facta, Maltz und Meel / sint res fungibiles: Ex his tamen cerevisiam & panem coctum, iterum negant in genere suo functionem recipere. De materia libraria, ex qua compinguntur Codices sive libelli, non dicam, nam libri compacti mutuò non dantur, sed benè tamen commodantur, & expedit Studiosis illos exhiberi, quibus doctiores & meliores redduntur, *l. 19. ff. ad exhibendum.*

6. Maneat cujusvis sua opinio, dixerim Ego per specialem conventionem posse has & illas res fieri fungibiles. Dann wer siehet nicht / daß ein Nachtbar vom andern ein Eymer / (Ohm) oder auch so und so viel Maas oder Kannen Bier oder Wein / ein und andern Laib Brods borget / und gibts in Natur / nach Maas und Gewicht wieder. Welche Sorten sonsten eigendlich dem Commercio unterworffen / und in die Handelschafft lauffen / gestehe ich gern / daß dergleichen Waar keiner legalischen function unterworffen. Also geschichts / daß ein Schlachter von andern ein Schaff oder Hamel lehnt / und gibt ihm ein andern davor wieder: Hîc mutuum fit quasi per aversionem. Ut per eandem venditionem fieri diximus infra c. 21. n. 26. Item / daß ein Wandschneider von einem andern einen Ballen Tuch von dieser oder jener Art borget / zahlt aber mit baaren Geld nicht / sondern erstattet so viel am Wand als er bekommen. De Vestibus quidem hoc non verificari potest, nam sicut illæ mutuò datæ teruntur per usum; ita incommodè *Commodati Contractui* subsunt, multò minùs per mutui dationem transfertur dominium, nisi æstimatio præcesserit, tunc non mutuum, sed venditio celebrata videtur.

7. Sed quæritur quomodo probari possint ea credita, quæ in tabernis, vinariis & carnariis, ut & cauponis quotidiè contrahuntur, quæ per vivum testimonium difficillimè probantur, desunt quoque literaria documenta vel scriptæ obligationes? R. Per bacilla fissa, quibus incisæ crenæ numerantur. Also ist es ein Schuld / was von Wein und Bier-Schencken auch Fleischbäncken zu Borg abgeholet worde / auf Kerbhöltzer geschnitten / & illa bacilla fissa,

 quibus

quibus inscribitur nomen debitoris, sunt instar obligationis, & debitorem ad solvendi fidem, quam interponunt ipso actu, quo unum dimidiatum bacillum creditori concredit, & sibi alterum reservat, adstringunt. Nam conventione mutua & utriusque consensu confecta esse debent. *Boër. decis. 105. n. 7.* Und wann schon zu viel/ als wol offt geschicht/ 2. vor 1. angeschnitten wird. Tenetur tamen Debitor, qui sibi imputare debet, quòd domesticos fideliores non eligerit, qui quæve dolum immodicæ incisuræ præcavere potuissent. sed si unum bacillum fuerit deperditum, ut non possit in numerandis crenis conferri cum altero creditoris bacillo quid Juris? Rx. Debitorem suo periculo amisisse bacillum, quod custodire debuisset, ideò creditur alteri penes cteditorem reservato.

8. Bacilla fissa etiam sunt instar quittantiæ, quibus rustici nostri solutos census, aliasque præstationes colonarias probant.

9. Ita in Germania quoque per partitas chartas, durch ausgeschnittene Zettel/ in creditum itur, & illæ sunt quoque instar obligationis, quando sc. literæ quædam in magnâ figurâ Chartis inscribuntur, & chartæ cum literis in modum ochæ scinduntur: Una portione Creditori datâ altera sibi retentâ.

10. Instar probationis etiam sunt quædam signacula, quibus ex consensu utriusque partis plena fides habetur, v. g. ex panno, qui datur Tonsoribus ad tondendum, capitur aliqua parva portio, quæ Domino remanet ad pannum recognoscendum, *arg. l. ad recognoscendos 10. C. de inger. manumissis.*

11. De mercatorum libris, eorundemque requisitis infra c. 20. n. ult. agam.

CAP. XIX.

De postulatione extrajudiciali vitandâ.

NIemand kan einige Sach fordern / die er vom andern haben soll / wann sie schon gar gering ist/ sie kommen dann beede vor

die

die Obrigkeit/ wann Sie deßwegen nicht einig sind. Dann durch Widersprechen und Zancken kommets endlich zu den Fäusten/ und um ein Geringes nicht-werthes Ding kommt man zum Palgen/ Schlagen und Ruin gantzer Häuser.

Item, wenn einiger Schuldigkeit wegen Irrungen entstehen/ daß einer dem andern etwas zu geben verbunden / der Debitor aber sich dessen waigert/ sollens beede Theil auf Discretion der Obrigkeit stellen/ daß dieselbe den Ausspruch thun/ damit Widerwill stets verhütet bleibe.

CAPITIS XIX.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Litigantes, licet de re modici præjudicii non sint audiendi in judicio, quia

II. Pudor quemlibet cohibere debet ob rem levissimam litem movere. Vel

III. Ob Summam, quæ modica tunc æstimatur, quando 2. aureos non excedit.

IV. Consultius tamen esse videtur, nostro Authori etiam Vitilitigatorum lites terminari in judicio, cui consentio, modò pæna litigurientibus dictetur.

V. Optimum enim est, si quas habes petitiones, ut actionibus experiaris.

VI. Nisi malis per extrajudicialem postulationem, quæ præsumptam violentiam legalem infert, JUS CREDITI perdere.

VII. Si verò violenter tuam propriam rem ab alio possessam repetisti, post restitutionem privaberis Dominio ejusdem, sin alienam, & illam restituere, propter Spolii autem Crimen, ejusdemque rei pretium supperaddere cogeris.

VIII. Quæ Sanctio licet saluberrima, à Germanis tamen jamdudum est explosa, & loco *l. 7. C. unde vi* possessoria judicia *Momentanea* introducta sunt. quam naturam & expeditionem autem ista habeant? declaratur?

IX. Quæ sæpiùs per 10. 20. & 30. annos durasse probantur.

X. Quamvis in *Momento*, h. e. statim sine morâ expedita esse debebant.

XI. Sed illud momentum longissimum temporis tractum, sæpe vel unum totum vel alterum seculum, antequam & Ordinaria judicia finem accipiant, requirit, cum Germanorum detrimento maximo.

I.



Icet audiendi non sint litigantes de re modici præjudicii, quod in considerationem non venit, nec prætor curat, *l. scio. 4. ff. de integr. restit.* Quia modicum damnum æquo quis animo ferre, *l. Si merces 25. §. 6. ff. locati.* Et parvulam incommodi partem sustinere, *l. habitatores 27. pr. ff. d. t.*

d. 1. debet, cùm nec pariat actionem, nec exceptionem modica res *Dd. ad hanc legem.*

2. Nam ob rem levissimam, utpote Gallinam vel Anserem litem movere pudor quamlibet cohibere debet, *Vent. de valent. in Parth. litig. l. 1. c. 3. n. 36.* Nec etiam Viro congruit, sed potius est muliebre, litigare de re minimâ, quàm vel extra judicium periisse, vel in judicio obtinuisse, nec operæ pretium est. *Ant. Faber in Cod. l. 6. c. 22.*

4. Vel ob Modicam Summam, quæ usque ad aureos duos æstimatur; *l. 9. in fin. junct. l. 10. ff. de dolo malo.*

4. Melius tamen & consultius esse videtur nostro Authori, si etiam Vitilitigatores non possunt extra judicium temperare jurgiis, ut tandem in judicio dirimantur: cui sententiæ adstipulor, modò partes simul pœnâ temerè litigantium plectantur in decisione causæ.

5. Nam optimum est, si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris. *Monet Callistratus in l. Creditores 7. ff. ad L. Julian. de vi privat.* Actionibus autem experimur coram Judice in Judicio, *l. 6. §. fin. ff. de negat. gest.*

6. Nam vis est, quoties quis id, quod debere sibi putaverit, non per Judicem reposcit, quæ violentia licet non realis, sed tantum præsumpta legalis, impunita tamen non manebit. *Qui enim probatus fuerit rem* ullam debitoris, vel pecuniam debitam non ab ipso (Debitore) sibi spontè datam, *sine judice temerè possidere vel recipisse, is sibi jus in eam rem dixisse dicitur,* ET JUS CREDITI NON HABEBIT, sed amittet. *Callistratus in l. extat 13. ff. Quod metus causa.* Apertius hoc explicant: Imperatores GRAT. VALENT. ET THEODOS. *in l. meminerint 6. princ. C. unde vi. Quando imperant per verba:* In causis conveniendos Dominos locorum esse, *id est Dominos territoriales* adeundos, aut si fortè absuerint, *eorum Actores,* id est Plenipotentiarios, qui constituunt Regimen Judiciale, eine Regierung. Quod si litigantes neglexerint omni negotio, de quo jurgare ceperint, PRIVENTUR. Ecce pœnam privationis.

7. De vera violentia aliter constitutum reperimus. Hinc si quis in tantam furoris pervenerit audaciam, ut possessionem rerũ ante adventum judi-

judicialis arbitrii violenter invaserit. Licet *earundem rerum fuerit verus Dominus, nihilominus compellitur restituere, & post restitutam possessionem dominio privatur.* Si verò non suarum sed *alienarum* rerum possessionem invaserit, non solùm possidentibus reddere, verùm etiam æstimationem earundem rerum superaddere coarctatur, *est sanctio Trium Impp. in l. Si quis in tantam 7. C. d. t. unde vi.*

8. Verùm, cùm hæc Sanctio æquissima, nobis Germanis dura videretur, jamdudum explosa fuit. Sic apud Germanos invasores rerum alienarum, ob duritiem cordis sui leniter tractantur in Judiciis. Proinde introducta sunt possessoria momentanea, & summarissimi Processus, in quibus contra spoliatores & alios detentatores possessionum celerrimè, vel quasi *velo levato* procedi debet, absque telâ judicii sine sufflamine litis solâ facti veritate probabiliter inspectâ, *Gail. l. 1. observ. 7. n. 5.*

9. Sed proh dolor! & hæc momentanea judicia sæpius per 10. 20. 30 annos in Camera Imperiali durasse, testis est experientia, *vide & Authorem præjudiciorum, Cam. sub voce possessio momentanea.* Imò testari & Ego possum, quod in inferiori aliquo Judicio per decennium Processus summariissimi possessorii in causa B. T. Tob. nomine D. Sch. contra L. & G. Tob. duraverit.

10. Dicuntur autem momentanea judicia, vel quod in momento expediri, sive quod Sententia in momentaneo lata, momentaneum adferre debeat præjudicium, es soll der verlustigen Parthey einen augenblicklichen Nachtheil gebähren. Quod præjudicium *statim sine morâ* reparari possit in *ordinario possessorio*, & licet nec in hoc, tandem in petitorio judicio.

11. Si autem hoc est MOMENTUM temporis, cogita tecum, & calculo bene subducto expende, quantum tempus requiratur ad expeditionem rerum judicialium in ordinario possessorio & petitorio? R. Si non sufficit unum, adde alterum seculum, & finem videbunt posteri tui: Si non in quartâ, in octava tamen generatione. ô tempora, ô mores Germanorum pessimi! Et tamen *Severin.* de *Monzanbano* inter minores Germanorum nevos refert tædiosissimum processum in causis potissimum Civilibus, per quem etiam liquidissimum jus in plura lustra eludi potest. *in tractat. de* Stat. Imperii *German. c. 7. p. 195.*

CAPUT

CAP. XX.

De Bursa vel Mercatorum Collegio, ejusdemque Juribus.

Von der Börse oder Kauffmanns-Gült/ auch deren Gerechtigkeit.

DJe Börß und deren negotien ist eines von ehrlichsten und nothwendigsten Dingen / die in einem Land seyn können/ und man mag zuförderst in grossen Städten ohne Sie und ihren Handel nicht leben / weil Sie jedermänniglich / zuförderst den Künstlern und Handwercken bequemliche Gelegenheit zur Arbeit/ armen Leuten auch Mittel zu leben darreichet: Erfüllet und vermehret Städt und Land/ mit denen dahin zusam̃kommenden vielem Volck/ vermittels Handels und Wandels/ Sie macht/ daß frembde Sachen von weiten Orten herbey geschafft / hingegen das / was in einem Ort überflüssig/ anders wohin/ nemlich / da man derer Mangel hat und bedürfftig ist/ gebracht werden könne: derowegen sollen die Negotianten von der Börß geehret und geliebet werden/ weiln Sie nutzbare und schöne Ding thun / indem Sie ihre Gütter/ Müh und Schweiß anwenden in tausenderley Gefahr zu Land und Wasser/ und dabey viel Ungelegenheit ausstehen / um die bequeme Lebens-Mittel/ gegen einen gerechten billichen wohlverdienten Gewinn/ herbey zu bringen.

Diese Börß soll ihr eigen Gericht und Magistrat haben/ die sollen den Wehrt auf alle Negotien und Händel der Börß setzen / und die jenigen ernstlich straffen/ die mehr geben oder nehmen als gesetzt/ ungeacht Sie des Contracts halben einig. Dann mehr geben oder

nehmen ist wider die Conscienz, und von nöthen / daß es restituirt und wieder erstattet werde. Weniger aber geben oder nehmen / das verursacht eine Æmulation und Streit unter den Kauffleuten / Negotianten, Krämern und Arbeits-Leuten. Dann wann einer für dem andern seine Wahr will wohlfeiler und bessern Kauffs geben / so thut ers zu dem End / damit die Leut ihm mehr zulauffen sollen / und er dem andern Schaden thun möge: Dadurch dann dieser nachzügliche Streit (einander zu Schaden zu verkauffen) zunimmt / biß einer um den andern Banchorot macht.

Kauffleuthe sollen ein Buch halten / darinnen Sie alle Händel und Negotien summarisch verzeichnen / damit man wissen könne / welcher obligirt und schuldig / und welcher dagegen zu fordern hat. Nach solchem Buch wird also fort parata executio erkennt / wiewol mit Discretion der Zeit vor dem jenigen gesetzt / der seine Sachen zuvor zu adjustiren und richtig zu machen begehrt.

1. Es soll der Magistrat von der Börß alle Monath berathschlagen / wie man die Negotien vermehren möge / und wer hiezu Mittel erfindet / oder einen neuen Handel in die Börß einführet / dem sollen Sie ein Verehrung thun.

2. Sollen die Magistraten von der Börß nicht einigen Eingriff zulassen / welcher ins gemein oder in particulari dem Credit und Handlung / der Börß Schaden bringet.

3. Sollen Sie das bößliche unredliche Negociiren und Handlen straffen / absonderlich den / der andern zum Schaden handelt.

4. Sollen Sie denen Kauffleuten und Negotianten, Sie seynd so reich als sie wollen / verbieten / kein prächtig kostbar Leben zu führen / Kutschen oder Libereyen zu halten / denn damit würden Sie andern armen Kauffleuten und Negotianten ein böß Exempel geben / oder zum wenigsten ein Æmulation oder böse Nachfolg erwecken.

5. Die Handlung soll in den Jahrmärcken und Messen allerdings frey seyn / und niemand um bürgerlicher Händel arrestirt werden /

den/denn man gibt auch den Debitorn zu der Zeit sicher Geleit/wann sie handlen und negociiren wollen.

6. Niemand soll vor einen Kauffmann und Negotianten in der Börß eingeschrieben werden / Er sey den guten Namens und Ruffs/ daß Er kein Verschwender / auch mit keinen Schulden verhafftet sey / sondern hab ein frey Capital an Wehrt von Sechs Tausend Gold Cronen.

7. Ehe er vor ein Kauffmann passiren kan/ soll er in der Börß anzeigen das Fundament seiner Handlung / ob er allein vor sich handeln/oder mit andern in der Gesellschafft stehen wolle/denn wann er in einer Compagnie negotiirt, und seiner Marschopey-Brüder Gütter verpfändet/ so muß der gantze Gewinn oder Interesse, wie auch Verlust zugleich unter allen getheilet werden.

8. Mag kein Kauffmann liegende Gütter kauffen / auch weder Güld/Zinß noch Lehen an sich erhandeln / dann beständige und liegende Grund-Gütter mögen auch in der Börß nicht verobligirt werden.

CAPITIS XX.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. BURSA die Börse / locus est, in quo conveniunt Mercatores. In cujus Nominis notionem inquiritur.

II. Quis propriè dicatur Mercator?

III. Discernitur Mercator à Negotiatore.

IV. Negotiatores non sunt admittendi ad negotiationem publicam, nisi locupletiores, nemlich solche Kauffleut/die da haben zu versetzen.

V. Ideò curiosius esse debet Magistratus de civium indemnitate servandâ.

VI. Et licet REBUFFUS improbat Statuta, quæ à negotiatione repellit eos, qui in collegium non sunt recepti.

VII. Melius tamen consulitur civibus, si Negotiatorum habetur delectus à Magistratu.

VIII. Negotiatores multis gaudent Privilegiis, & quasi reipubl. causa abesse dicuntur.

IX. Locum, in quo florent, pingue faciunt.

X. Libera debent esse commercia, inprimis circa importationem victualium, nec per Veterum *Vectigalium* adauctionem, nec novorum inductionem, vel per Repressalias & Arresta, vel Nobilium & Illustrium, non dixerim, Monopolia retardari.

XI. Et licet sit libera contrahentium licentia, nihil tamen contra consuetudinem Regionis fieri debet.

XII. Jura *Stapulæ* remorantur commercia.

XIII. Multæ fraudes, & loci, & temporis certitudine, & ordine, (qui adhibetur circa venalia,) extruduntur, ideò necessaria est *inspectio Magistratus*.

XIV. Et accurata lucri examinatio circa qualitatem honestatis & turpitudinis.

XV. Necessariò est etiam instituenda inquisitio, in res sanctionibus Imperii *vendere* prohibitas.

XVI. *Mercatura*, si est copiosa, & VANITATE carens,

rens,

rens, laudanda & *Mercatores* satiati quæstu, eundem conferre debent in Agrorum possessiones.

XVII. Inquiritur in rationem prohibitionis, quâ Noster Author Mercatoribus possessionem prædiorum interdicit:

XVIII. Et post adducta argumenta pro & contra, aliorum judicio relinquitur decisio.

XIX. Quæstio, an Mercator in sui commercantis vel contribulis fraudem viliori, quàm par est, precio negotiari possit? Resolvitur.

XX. **Es soll kein Handelsmann den andern auskauffen.**

XXI. In publicis Mercatibus & Nundinis Mercatorum bona non arrestantur. Aliud in nundinis Francofurtensibus obtinet.

XXII. Nundinæ & Mercatus die Sabbathi non exerceri debent, & quare?

XXIII. Mercatorum libri, quando valorum authenticum nanciscantur, quinque requisita concurrere debent.

I.



URSA à Gallo Bourse: ab Italo Borsa, denotat marsupium & loculos, quia in inconventibus Mercatorum agitur de re nummaria; & consilia contribuuntur, quomodo bene nummatum servetur marsupium. Locus, in quo conveniunt Mercatores, dicitur ideò Bursa, quia olim GAN-

DAVI apud hospitem, ex cujus ædibus appensum erat, signum patens, der hatte einen ausgehengten offenen Schild/ an welchem ein Beutel das Zeichen war/ convenire solebant. Deinde Mercatores conventum quemvis Bursam die Börs nominare solebant.

2. Mercatores non sunt simpliciter emptores & venditores, sed propriè dicuntur negotiari, utpote, qui emunt quidem rem, sed eam integram & immutatam lucri causâ vendunt. Alii, qui sibi rem comparant, ut materia sit operandi, non dicuntur mercari. *per text. in c. ejiciens. 11. distinct. 88.* Die also kauffen/ daß Sie das Gekauffte zu ihrem Gebrauch vor sich behalten/ oder damit ihr Handwerck fortsetzen / utpote Sutor emit corium, non ut corium vendat in rudi materia, sed formet calceos. Sic Scrinarii emunt asseres, ut ex illis scrinia forment, & hi non sunt negotiatores.

3. Discernitur tamen Mercator à *Negotiatore.* Ille successivè plures facit emptiones, ut vendat res singulas, der nicht ins Groß handelt. Hic majorem partem facultatum in negotiationibus adhibet, ille aliquam particulam. Hic non tantùm emit, sed locat & conducit, *l. 65. princ. ff. de legat. 3.* Author noster facit triplicem ordinem. Unus est *Botecariorum*, qui tenent botecas sive tabernas, Krämer die Laden halten/ & vendunt in parvis & magnis mensuris & ponderibus. Alter est *Mercatorum*, qui non exercent talem tabernam in plateâ, sed habent conditorium domi suæ, neque possunt vendere, nisi coacervatim in toto aliquo & massâ integrâ handeln ins Grosse. Tertius ordo est *Negotiatorum*, qui neque tabernam venditoriam, neque reconditorium habent, sed tantùm dant & accipiunt pecuniam cambio, & negotium suum exercent circa solam pecuniam.

4. *Negotiator*, qui vult in Bursa profiteri, nomen & negotiationem exercere, debet Magistratui docere sortem suam vel fundum, ein ziemliches Haupt-Vermögen/ vermittels welchem er in Nothfällen versetzen kan. h. e. demonstrare verum fundamentum, cui innititur ipsa negotiatio.

5. Indicare quoque debet, utrum cum aliis in societate, vel extra eam solus negotiari velit. Si enim aliis se associare malit, cautione opus erit. Sic de jure civili quoque olim in societatibus contrahendis, solebat à Prætore ARBITER dari, qui prospiciebat singulis sociis de indemnitate servandâ. Quo casu cautiones inter socios dabantur, nec unus ab altero in damno vel lucro, *pendente societate*, circumveniretur; Quæ cautio etiam in o-

in omnibus bonæ fidei contractibus requirebatur. *Ut JCtus Paulus in l. pro socio 38. princ. ff. pro socio.* hujus cautionis mentionem facit. Utinam hodie inter Germanos quoque ejusmodi cautiones interponerentur, & FIDES GERMANA eò minus vacillaret. Postulat quoque Author noster inter socios æquam divisionem, quæ jus quoque civile imperat. Nam si fuerint æquæ partes societatis, commune erit lucrum inter socios & portiones inter omnes sunt exæquandæ. *l. 29. pr. juncta l. 63. §. 5. ff. d. t.* Lucrum enim non intelligitur, nisi omni damno deducto, *l. 30. ff. d. t. pro socio.*

6. Ab omni negotiatione abstinere debent, qui in collegium *Mercatorum* non sunt recepti, & licet statuta Mercatorum de aliis extra collegium non tolerandis, *REBUFFUS ad l. 6. §. illam 16. n. 3. & seqq. ff. de officio Præsid.* improbet ex ratione, quòd consuetudo sit exorbitans, quæ commercium aliàs liberum ad subditorum detrimentum coarctaret.

7. Magistratus tamen benè consulit civibus, si *delectum* habet *negotiatorum*, quibus, sub certo collegio constitutis, ad fraudes evitandas imperare potest; Interim tamen adversabitur bono publico, si negotiationes ad solos originarios cives restringere velis, *LOSÆUS de jure universitat. part. 3. c. 15. n. 23.* quasi peregrini, quorum tamen facultates sufficiunt & fides est probata, sint repellendi.

8. Scias autem, quòd *Negotiator* præ mercatore multis gaudeat privilegiis. Nam Negotiatores, qui annonam urbis adjuvant, immunitatem à muneribus publicis consequuntur, quamdiu in ipso actu sunt, h. e. *absunt reipublicæ causâ.* Proinde pericula eorum sunt remuneranda, quin etiam adhortanda præmiis, & qui peregrè muneribus, & quidem publicis cum periculo & labore funguntur, à domesticis vexationibus & sumptibus liberari debent, *Callistratus in L. semper 5. §. 3. ff. de jure immunitat.* Et hoc non absque meriti sui ratione;

9. Quia locum, in quo Mercatores florent, pinguefaciunt, i. e. plurimis commodis afficiunt. *Arg. l. 1. §. fin. ff. de aqua pluv. arcenda gloss. in l. un. super verbo (LOCORUM) C. de Nundinis & Mercator.* Das Geld kan vermehret werden Hauptsächlich NB. durch Kauffmanschafft/ Handthierung und Feldbau. Ita Proceres Imperii durantibus Comitiis Ratisbonens. 3. Julii, *nov. stil.* Anno 1666. per conclusum confirmarunt.

10. Ideo-

10. Ideoque libera debent esse Commercia, imprimis circa importationem victualium, quæ non inhibere licet. Hinc contra inhibitionem decernuntur mandata sine clausula, **wegen Versperrung der Strassen und verbottener Handthierung.** *Gylm. Symph. tom. 2. p. 3. tit. 18. suppl. 3. & alibi.* Impeditur autem importatio victualium per vectigalium impositionem, quæ sub CAPITALI POENA interdicta, *l. universi 5. ubi BL. ET SALICETUS C. de vectigalibus.* Sed GERMANI non audiunt hanc prohibitivam constitutionem, ideoque etiam non plectuntur. Augent vetera, & nova inducunt vectigalia, quibus commercia tardantur contra constitutiones Imperii: **R. Abschied** *de Anno 1576.* §. **Weiters seyn wir auch** *119.* Quæ constitutio repetitur in Instrumento Pacis Cæsareo-Sueticæ, §. *9. per verba:* Noviter propriâ Authoritate, contra jura, privilegia, & sine consensu Imperatoris atque Electorum Imperii invecta vectigalia & telonia, ut & abusus Bullæ Brabantinæ, indeque natæ REPRESSALIÆ & ARRESTA, cum inductis peregrinis *Certificationibus, Exactionibus*: Item immoderata POSTARUM, omniàque alia inusitata onera & impedimenta, quibus COMMERCIORUM & navigationis usus deterior redditus, penitus tollantur. *Utinam observetur hac sanctio!* Impeditur etiam libertas commerciorum, quando *Magnates* & *Nobiles* exercent artem mercalem, quâ perditur *NOBILITAS, ut opinatur Caball. Milleloqur. 794.* Imò redditur DIFFICILE Commercium, quod inter plebejos facilius esse dicitur. *l. nobiliores 3. C. de commerc. & mercatoribus.* Ideoque nobilibus interdicitur negotiatio, *d. l. 3.* Ratio est hæc: Quia persona, quæ mercimoniis publicè præsuit, *humilis & abjecta* censetur. *l. humilem 7. C. de incest. nupt.* Distinctionem facit. *Hippolitus à Collib.* inter Nobiles GERMANIÆ & ITALIÆ. Illis dicit Mercaturam esse rem sordidam. His non æquè. Verum hodie nostri GERMANI incipiunt Italis non multum cedere. Utinam inter Illustres non audiretur, ne opus haberet *BALDUS in c. cum causâ 42. n. 6. Extra de testib.* exclamare, O ANIMA MERCATORIS QUO VADIS! Verùm, cùm neque ILLUSTRES neque NOBILES personæ ipsi præsentes per se, sed per alios Institutores mercaturam exerceant, excusatos esse vult *Mynf. cent. 6. obs. 54. n. 13. 14. 15. 16.* An autem ex utilitate Reipubl. sit, de eo dubito, cùm Magistratus mercaturam exercens, jurisdictioni non sit suppositus, ut cives & incolæ, *l. 13. §. fin. ff. de excusationibus,* proinde forsan ex affectu & non communi æstimatione censeret res mercales contra *L. 63. pr. ff. ad L. Falcid.* Vel si communis æstimationis ratio haberi non possit, nullum admitteret, vel JUDICEM vel ARBITRUM,

TRUM, de quo tamen *supr. c. 17. n. 17. 18. Hoc cap. n. 5. 6. 7. 12. 13. 14 diximus,* quod Magistratûs Authoritate ad diminuenda peccata opus sit. Addo, quòd Nobiliores & Illustres mercatus facilè possint in Monopolia degenerare. Absit Deûs! *vid. infra c. 35. n. 9. plura.*

11. Posito, quod libera sit Mercatorum licentia, (nam, quibus mensuris aut preciis vina, aliasque merces comparant in potestate illorum, utpote contrahentium est, neque quisquam cogitur vendere, si aut precium aut mensura displicet. *Papirius in l. Imperatores 71. ff. de contrahend empt.*) Nihil tamen fieri debet in tantâ licentia contra consuetudinem Regionis. *per verba finalia textus in d. l. 71.* Observent GERMANI, ut consuetudinem generalem introducant, qua etiam infringere possint potestatem Mercatorum effrenatam, dat occasionem Octavius noster.

12. Proinde Jura STAPULÆ in Romano Imperio nonnullis in locis introducta sunt, quibus temperatur *Negotiatorum* libertas vendendi, quæ nisi Privilegiis & concessione Imperiali indulta fuerint, non tolerantur, quia & hæc commercia remorantur, dann die Niederlag und Staffel Gerechtigkeit / wo sie nicht hergebracht / hindert wegen Aus- und Einladens die Kauffmanns-Gewerb und Handthierung. Ideoque in Camerâ Imperiali solent pœnalia mandata inhibitoria *sine clausulâ* decerni, *d. Gylm. Symph. tom. 2. p. 3. tit. 18.*

13. Nam cùm multæ fraudes ex loci & temporis certitudine & ordine, (qui adhibetur circa venalia) extrudantur, necessaria est inspectio Magistratus, ejusdemque prohibitio, ne vetita veneant & transferantur, nevè VAGI sint Mercatores, & pecunias in conquirendis civitatum mercibus temerè perdant. *Georg. Tholosan. Syntagm. jur. Univ. lib. 25. c. 3. n. 11.*

14. Accuratè examinare debet Magistratus qualitatem lucri, an excuset vel arguat negotiantem, quia est non tantùm *honestus* quæstus, sed & *turpis.* Multis enim obstringuntur periculis negotiantes, & difficile est inter *ementes* & *vendentes* PECCATI COMMERCIUM non intervenire, *c. Qualitas 2. distinct. 5. de pœnitentia caus. 33.*

15. Proinde *Sanctiones* S. Romani Imperii, *circa res vendere prohibitas,* probè sunt attendendæ, quæ merces bonas, quales ex bonâ fide vendi convenit, non falsas & adulteratas requirunt, hinc inquisitio Magistratus est ne-

cessaria, qui *de Proba* judicare possit. Si enim merces per certos Observatores & Inspectores *justa* non fuerint adinventæ *Proba*, concremationi, publicationi & commisso destinari debent. Veluti si cocco, vel aliis aromatibus aliud quippiam: Vel serico supra consuetum modum intermisceatur linum: V. C. Der Maggin- und Arragonische Saffran soll nicht befeuchtet/ geschmiert und feist verkaufft werden / weil es unbillich / daß einer Oly/ Schmaltz und andere Unsauberkeit für Saffran bezahlen soll. R. Absch. zu Augsp. *de Anno 1551. §. 85.* Dann es soll bey Straff der confiscation weder dem Zucker/ Pfeffer/ Saffran/ noch anderm Gewürtz/ andere materien eingemischt werden. Policey-Ordn. zu Franckf. *de Anno 1577. fol. m. 24.* Die gantzen Wollen-Tücher sollen genetzet/ geschorn / jedoch ungereckt verkaufft werden. *Tit. 21.* Es soll nicht verkaufft werden fressende corrisiffarbe/ wozu man an statt des Weids Victriol und andere fressende Materien nimmt/ *eod. Tit. 21.* So ist auch verbotten die Ein-saltz- und Verführung des Leders aus Teutschland/ *Tit. 22. §. 3. Eod. Politia Francofurt.* Es soll kein verfälschter noch weniger stummer Wein verkaufft werden/ sondern die jenige / so den Wein mit alzuvielen Schwefel oder dergleichen schädlichen Zusätz- und Einschlägen bereiten und schmieren/ sollen nicht allein mit Verwirckung des Weins / sondern auch an Ehrn/ Leib und Gut härtiglich gestrafft werden/ *Tit. 26.* Polic. Ordn. *de Anno 1577.* Und was dergleichen verbottene Waaren mehr seyn. Sed quomodo prædictæ prohibitiones in hoc vel illo *Germaniæ* loco attendantur, Te Lectorem, non judicem, sed testem patior.

16. Hoc tene, *si tenuis est mercatura, sordida putanda,*
„si magna & copiosa multa undique apportans, multis-
„que sine VANITATE impartiens, non est vituperanda,
„si satiata quæstu, vel contenta potius, ut sæpè ex alto in
„portum, ex ipso portu se in agros possessionesvè contule-
„rit, videtur jure optimo laudari. Ita laudat simul & vituperat *Mercaturam, Cic. lib. 1. officior.* *Tenuis* est penes propolas, daß sein Vorkäuffer/ qui per fora vagantur ementes, ut carius vendant. Nam per eosdem *Mercatura redditur sordida,* quando verò necessaria aliunde apportant commutantes, cum his quæ nobis sunt superflua, utiles & necessarii sunt in Republ. Mercatores. *Secundum Platonem, lib. 2. de Republ.* Sed nota

quòd

quòd VANITAS à mercatura abesse debeat. Nec enim quicquam est turpius *Vanitate, testante Ciceron. d. loco.* Ein Kauffmann soll sich befleissigen nur allein mit Waaren eines erbarn Scheins/ so nöthig/ nutz/ währ- und thauerhafft zu handeln/ hingegen der liederlichen/ weder vor Kält noch Hitz/ sondern nur zur Uppigkeit diensamen leichtfertigen Waaren und Bagatellen sich enthalten. Sed Filii hominum, quo usque diligitis Vanitatem? Lieben Herrn/ wie habt Ihr doch das Eytel so lieb? Ps. 4. v. 4. Was vor eytele/ unter andern auch frantzösische/ liederliche/ öffters einer Spinnenweb gleichende geringschätzige Cram-Waaren werden von Kauffleuten auf euer Begehren in Teutschland/ nur neue Muster einzuführen / verschrieben? Et quot multifariam mirificis crepundiis, qualibus *Histriones & Pantomimi* simplicem & inperitam plebem inescare, nummisque & ære emungere solent, induemini & obtecti estis? Audi, quid Exteri de nostra mercatura judicent, me Germanum pudet recensere, & licet ego tacerem, non tamen siluit *Severin. de Mon-Zambano in tract. de Stat. Imp. German. c. 7. pag. 176.* in hæc scabiosa verba prorumpens: *nec modica pecunia vis ad* Exteros transfertur *per stultitiam GERMANORUM,* dum ab istis merces petunt, quas vel apud se producere, aut quibus omninò caruisse in proclivi erat.

17. Noster Author prohibet Mercatoribus emptionem Prædiorum, neque illis concedit potestatem comparandi reditus annuos. Forsan est ratio, quod prædia possidere, & ex reditibus annuis vivere, sit illorum proprium, qui sunt constituti in dignitate, à qua negotiatores longè propelluntur, *l. ne quis ex 6. C. de dignitat. XII. 1.* Vel etiam ratio erit hæc, quod omnium rerum, ex quibus acquiritur, nihil sit AGRICULTURA, quæ in prædiorum possessione consistit, melius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. *Cicero secundum Catonem Major. in d. lib. 1. officior.* Econtra quæstu negotiationis, probo & honesto viro nihil indignius sit, quia vilem, virtutique adversam vitam habere Mercatores asserit, *Aristotel. lib. 7. Polit. c. 9.* At contraria non possunt esse simul in eòdem subjecto *Aristot. c. 11. categ. & 4. Met. c. 6. tit. 21.*

18. Verùm, cùm hodie nostri negotiatores in dignitate sint constituti, inprimis in civitatibus Imperialibus, quia gaudent sæpius Senatorio ordine, & *Octavius ipse destinat ipsis Cameram singularem in Aulis Regiis*, & præcipit, quòd Principes debeant attendere & defendere *honorem Mercatorum*

& Negotiantum, qui in Bursa sunt inscripti. Imò hodie Nobiles & Illustres personæ non abstrahunt à Mercaturâ, *ut supra n. 10. diximus.* Non video, quare non possint possidere prædia, & annuos reditus emere, eosdemq; cum prædiis in negotiatione aliis quoque pignoris nexu obligare, quo inclinat Cicero *allegat. loc.* Quando mercatores quæstum in agros, eorumdemve possessiones conferre jubet, attamen non nisi *Satiatus quæstu*: Satiati autem sunt, & dicuntur quando à mercatura per decem annos destiterunt. *Aristotel. 3. politic. c. 3.* Quibus præsuppositis, non possum satis penetrare mentem nostri Authoris, sed relinquo aliorum judicio.

19. Quæritur, an sit concessa Mercatura & Negotiatio in fraudem commercantis, per venditionem rerum venalium, precio viliori quàm par est? *Videtur quòd sic*; Quia quilibet est rerum suarum arbiter, *l. 21. C. mandati*, ac potest rei suæ precium statuere, & legem dicere, quam quis vult. *l. 2. & t. t. C. de donat. quæ sub modo*, imò rem suam vel conservare, vel perdere & abjicere, *l. 25. §. consuluit 11. ff. de petit. hæredit.* Neque etiam afficit damno ementem, sed lucro: Nocet sibi non ementi. *Verùm negativa sententia placet.* Non enim ita debet quis negotiari, ut in criminis suspicionem incidat, *est textus in l. 2. C. de furtis.* Jam incidit talis negotiator in suspicionem furti. Dann Er will den andern auf einmal ruiniren und vom Handel abtreiben: Er will listig in seine Nahrung greiffen / und Ihm heimlich sein Stück Brod entziehen / damit / wann Er ihm den Handel gelegt / Er sich seines Schadens nachmals zehenfältig erholen könne / weil Er allein den Handel an sich gezogen. Qui autem in suam & aliorum perniciem debachantur, *non sunt tolerandi*, sed competenti debent vigore compesci, *c. quali nos 44. caus. 23. quæst. 5.* Sicuti enim ille, qui rem vilioris datâ operâ distrahit, facit præjudicium creditori, & ipsi ideò tenetur. *l. 7. §. 3. ff. de tributor. actione.* Sic multò magis tenebitur commercantibus ob damnum datum, in quorum necem negotiatus est. *Arg. d. l. 2. de furtis.* Improbant enim & damnant leges imposturam & collusionem in necem alterius. *l. 3. § 1. ff. Stellionatus.* Imò contra Rempublicam committit, qui tacitè alios commercantes & contribules depellit, & sibi viam ad Monopolium sternit, cùm monopolantium bona confiscari debeant, *l. un. C. de Monopoliis.*

20. Es soll auch kein Kauff- und Handelsmann den andern auskauffen. Dann durch solchen Aufkauff werden gleichfals monopolia

eingeführt /

eingeführt/ welche in Reichs-Abschieden zu Cöln/ *de anno 1512.* zu Speyer/ *anno 1526.* zu Regenspurg *de anno 1548.* hoch verbotten/ & tamen quotidiè tolerantur in Germania. Quæris causam tolerationis? Dicam tibi, quòd Magistratus vel eorundem Officiales à Monopolantibus capiant certa tributa. Quibus cessantibus cessarent privilegia contra constitutiones Imperii indulta. Sed quare *Fisci* Advocatus & Procurator silent? ℞. Quia vel ignorant, vel contra Proceres Imperii difficilis esse solet inquisitio. Quamvis verum sit, quod ad abrogationem Monopoliorum mandata sine clausula decerni soleant in Camerâ Imperiali; sed non nisi ad instantiam implorantis actoris, *Gylm. Symphor. tom. 2. part. 3. tit. 13.* Da kein Kläger/ ist auch kein Richter.

21. Mercatorum bona in nundinis, quamdiu eæ durant, non debent arrestari, nec exactione molestari, sed *liberi debent* esse mercatores in accessu, morâ & recessu. *L. un. C. de Nundin. & Mercat congruit constit. Elector. Saxo. in art. 30. p. 1. in fine.* Finitis tamen nundinis simulatque signum datur per campanam, wann die Meß oder Jahrmarck ausgeleutet wird/ arresta cuivis petenti iterum conceduntur. In nundinis verò Francofurtensibus, hoc privilegium non attenditur, sed bona & personæ debitorum arrestantur. *Quod patet ex Reformatione ejus Civitatis, lib. 1 tit. de arrestationibus, testatur observantiam Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 6. n. 31. in medio.* Sed quid opus est Doctoris attestato? quando adsint confirmationes Cæsar. utpote *FRIDERICI III.* de Anno 1405. & *MAXIMILIANI II.* de Anno 1566.

22. Nundinæ autem & Mercatus diebus dominicis non celebrari debent, quia exercitio Nundinarum *Arg. c. qualitas 2. de pœnitent. dist. 5.* graviter violatur *SABBATHUM*, quod sanctificari debet, *Exod. c. 20. v. 8.* Nam qui polluit illud, morte morietur, & qui fecit in ea opus, ejus anima peribit de medio populi sui, *Exod. c. 31. v. 14. 15. 16. Deuter. cap 5. v. 12. Levit. c. 23. v. 3.* Nam Deus præcipit, *Jerem. c. 17. v. ult.* custodire animas nostras, ne portemus pondera in die Sabbathi, eademque inferamus per portas: Man soll kein Last zum Stadt-Thor eintragen/ hoc posito: Wo will dann der Kauffmann mit der Last seiner Kram-Waaren hinein kommen? Si dubitas, an Deus Mercatus in die Dominico prohibuerit per *præcitatos textus*: Lege capitis ult. versus 15. 16. & seqq. *NEHEMIÆ*, quibus *vers.* in specie inter ementes & vendentes commercia prohibentur. Si

jam audire Præceptum Dei recusamus, Deus succendet in portis nostris ignem, qui devorabit nostras domos, & ignis non extinguetur. *Jerem. d. c. 17. v. ult. Ezech. c. 2. v. ult.* Es ist ein Haupt-Ursach / warum GOTT dem nothleidenden Teutschland so überaus grossen Feuer-Schaden zugeschickt / wodurch manch hundert Städt und Märck *nuhero in einem Seculo* so erbärmlich in die Aschen gelegt worden / dennoch will man / (wie es nur gar an wenigen Orten abgestellt /) durchgehends die Sonntags-Märck auf die Wercketag nicht verlegen. GOtt vergeb aller Obrigkeit / die es ändern kan / ihr grosse Sünd! *GERMANI* sumus, nec tamen sequimur Germanorum Leges. Non enim *CAROLUS* Magnus, Primus *GERMANORUM IMPERATOR* concessit, sed diebus dominicis inhibuit mercatus, *tit. 49. de Feriis. lib. 2. LL. Longobard.* Eosdemque & Gallici Reges repetitis constitutionibus interdixerunt, *Petr. Gregor. in Syntagm. jur. lib. 25. c. 3. n. 8.*

23. Cùm hodie Mercatores in Germaniâ non sint infimæ conditionis, *ut supra n. 18. audivimus.* Quæritur, quam fidem mereantur eorum dicta & scripta? De dictis non æquè ac de scriptis hîc judicabimus. Scripta non intelligo quævis, sed libros Negotiationis Kauffmanns-Bücher. Hi LIBRI Mercatorum ut valorem authenticum nanciscantur, postulant quinque Requisita. (1.) Producens debet esse homo integræ opinionis, qui publicè pro viro honesto reputatur, quòd veritatem scribere consueverit. Kein Betrieger / der die Leut zu einem und andern mahl hinters Licht geführt / sondern der von männiglichen eines guten unverruffenen Namens und Gerüchts geachtet worden. Nam integritas & probitas Mercatoris notoria facit, ut valeat liber à se conscriptus magis, quàm cæterorum hominum scriptura. (2.) Rationes propriâ debent esse conscriptæ, non alienâ manu, proinde instar chyrographi censentur, quia libri rationum videntur confecti mandantibus iis, cum quibus mercator contraxit, *Br. in l. 1. in 2. lecturâ C. de edendo.* (3.) Causa obligationis sit expressa, & quidem ad negotiationis & commercii materiam spectans: Nam creditur libris Mercatorum tantummodò in iis, quæ pertinent ad artis exercitium, *Arg. l. 3. §. 2. per verba: Exercentes negotium suum, si quid extra negotium recipiunt, non tenentur, ff. naut. caupon. stabul.* (4.) Debent non solùm credita, sed & debita *data & accepta* continere, & sic habent semiplenam probationem, ita, ut illos libros *proferenti*, juramentum suppletorium deferri possit. Verùm in foro mercatorum etiam plenè probant, quia inter mercatores *semiplena probatio-*

nes

res recipiuntur, ex eo, quod inter illos judicetur *ex aquo & bono*. Hinc quovis Statuto introduci potest, ut plenè credatur libris Mercatorum, quia tunc privata Scriptura nititur authoritate publica, *Gail. 2. obs. 20. n. 2.3.4. & 5.* (5.) Libri Mercatorum debent continere *Annum, mensem & diem*: Præterea continuatam seriem cujusvis negotiationis specificè descriptæ: Sint denique in mundum redacti, sollen rein und sauber durch des Kauffmanns Eigen-Hand/oder den absonderlich dazu bestelt- und beeydigten Buchhalter/abgeschrieben/ und mit einem richtigen Indice versehen seyn. Nam Mercatorum manuali, sive Giornali vulgò, einem Blatt-Buch non creditur, *Rota Gen. decis. 1. n. 27.*

CAPUT XXI.

De Bursæ Contractibus & Negotiis Mercatorum, eorundemque Factorum.

Diejenige Negotianten, welche des Wechsel-Handels / so der Kern aller Negotien, sich befleissigen/ und gegen Empfang einer gewissen Summa Gelds / ein Wechsel-Brieff von sich stellen/ seyn schuldig dafür zu hafften/ wann die Trasirte Summa von dem jenigen/dem die Remiss geschicht/nicht acceptirt werden will. (Hæc superaddidi concernentia materiam necessariam, quam noster Author silentio præterivit.) Also muß es auch mit dem Credit-Wesen bey der Börß / wann etwa Geld aus- oder in die Banck geliehen wird/ richtig gehalten werden. Absonderlich ist darauff zu sehen/ daß die jenige/ so in der Börß Geld aufnehmen / zu einigen Negotien oder Handel/ den Sie zu verrichten vorhabens/ die Art und Eigenschafft des Negotii, und durch was Commission Sie solchen Handel fortzusetzen gemeint/ der Obrigkeit von der Börß anzeigen sollen/ welche denn allen Betrug/ Unrichtigkeit und Ubervortheilung/ so zu des Nächsten Nachtheil unterlauffen / præcaviren mögen / damit solcher Handel nicht zu Schaden der Negotien, und dem allgemeinen

meinen Credit und guten Namen der Börß gereiche; Darum nicht unbillich die Obrigkeit mit Setzung des rechten billichen Werths der Kauffmanns-Gütter/ denen Negotianten, so viel möglich/ alle Mittel der Triegerey benimmt; Es soll auch bey ernstlicher Straff der Werth der Müntz und Gelds nicht gesteigert oder verringert werden. Die Müntz soll Circul-rund/ und ihren gewissen Gehalt an Schrott und Korn haben.

Etwas von Factorn zu reden/ ist nöthig/ daß/ welchem in Commission Waaren zu kauffen aufgetragen wird/ derselbe seiner Obrigkeit eine gewisse Verzeichnuß überreichen/ und vermittels derselben/ wie und welcherley/ weß Arts dieselbe/ auch nach welchem Muster die Waaren seyn sollen/ specificè exprimiren soll: Geschichts nun/ daß der Factor oder Commiss-Träger seinen Principaln und Committenten entweder aus Unfleiß/ Unachtsamkeit und Boßheit/ schädlich und nachtheilig fällt/ der muß nach der Obrigkeit Erkändtnuß den Schaden ersetzen; wenn aber Contracten an frembden Ort gemacht werden/ so schreibt ein Magistrat an den andern/ daß die Obrigkeit des Orts/ wo der Contract gemacht ist/ denselben ihren öffentlichen Contract-Büchern einverleiben/ und da es geschicht/ wird darauff vom Magistrat in loco domicilii, dergleichen auch aufgezeichnet/ und hat vim paratæ executionis, so wohl wider den In- als Ausländischen.

Letzlich solle den Krämern und Kauffleuten/ stattliche Häuser zu haben und zu bewohnen/ auch köstlich Leben zu führen/ nicht vergönnt werden/ absonderlich den Factorn, so anderer Leut Gütter in Handen/ welche desto behutsamer Haus zu halten/ damit Sie in Gefahr einiges Verlusts nicht gerathen/ noch ihre Committenten darein stürtzen mögen.

CAP.

CAP. XXI.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. *Cambium* est Species permutationis, & quare?
II. Definitur *Cambium*, & quid sint *Literæ Cambiales*, declaratur.
III. Explicatur secundum Stylum mercantilem hodierna consuetudo cambiendi.
IV. Mandatarius non simpliciter, sed cum protestu, literas cambiales acceptans, fit negotiorum gestor.
V. Ob varietatem monetarum exoticarum conveniunt Negotiatores ad determinandum numismatis certum valorem.
VI. Sic Francofurti ad Mænum fit taxa precii cambialis, per Deputatos ex Senatu.
VII. Rei monetariæ succurritur hodie per Conclusum nuperrimum Comitiorum Ratisponensium.
VIII. Notatur, quid tempore Imp. Rudolphi, Anno 1601. de genuinâ inter aurum & argentum constituendâ proportione consultum fuerit à Tribus circulis Correspondentibus.
IX. Si pœna rem monetariam violatorum, secundum Recess. Imp. de Anno 1559. hactenus exacta fuisset. Tot abusus non audirentur.

X. Literæ cambiales non patiuntur *exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

XI. Quæ exceptio non locum habet in contractibus Argentariorum.

XII. Differt *Trajectitia* pecunia à *Cambiatâ*, & quomodo?

XIII. ASSECURATIO, Trajiciendæ pecuniæ conventioni affinis est, quia utraque avertendi periculi causâ initur.

XIV. Ad contractum innominatum do, ut facias, refertur.

XV. Explicatur, quid sub periculi nomine veniat, & quid precii?

XVI. Argentarii, Mensarii & Trapezitæ, (in quorum locum hodie Bancharii succedunt) quando communem utilitatem cum suo sæpius periculo promovere reperiuntur laudandi, & pro Usurariis non habendi sunt.

XVII. Aliud dicendum, si merum lucrum captant nullo in se suscepto periculo.

XVIII. Mensa Argentaria, vulgò **die Kauffmanns-Banck zu Hamburg/** recommendatur ob paratam solutionem debiti, non implorato etiam Magistratu, nec petitâ vel expectatâ executione.

XIX. Forum Mercatorum respuit apices Juris, & requirit peculiarem Magistratum, qui judicat de æquitate.

XX. Nego-

XX Negotiatorum ministri sunt Factores seu Institutores, iidemque vel sunt generales vel speciales.
XXI. De Specialibus præprimis agit Author noster.
XXII. Qui Factores, si extra formam commissionis emunt & vendunt, suo ipsorum periculo contrahunt, quod exemplificatur.
XXIII. In Mercatibus fieri solet non solùm *Emptio Venditio* pura, sed & in diem conditionata.
XXIV. Et per licitationem in auctionibus expeditur.
XXV. Quibus casibus deceptio fieri potest per Tertium, docetur.
XXVI. Sic etiam perficitur negotiatio per *Aversionem*, quando numerus, mensura & pondus non usque adeò attenditur.
XXVII. Aliud obtinet in rebus ad pondus numerum vel mensuram venditis, in quibus non perficitur emptio ad effectum avertendi periculum ab emptore in venditorem.
XXVIII. Nota casum singularem, quo certum numerum venditum demonstratio superat, quasi per aversionem.
XXIX. Vitæ genus & mores Mercatoribus præscribantur.
XXX. Hinc prodigis negotiatio interdici debet à Magistratu.

I.



CAMBIALE SYNALLAGMA est Species permutationis. Do enim tibi pecuniam, ut aliam des certo loco & tempore. *Quod fieri solet:* Si repræsento tibi certam pecuniæ summam, & tu repromittis certo loco & tempore eandem pecuniæ quantitatem dare, per tertium, mandatarium sive factorem, ad quem remittis factum solutionis expediendæ. Concurrunt hi tres personæ. (1.) Campsarius, h. e. qui pecuniâ alio loco indiget. (2.) Campsor, à quo, datâ pecuniâ, petitur Cambium, & operam adhibet in scribendis literis cambii. (3.) Factor sive mandatarius, qui exequitur mandatum.

2. *Alii CAMBIUM definiunt* contractum consensualem dandi & reddendi, tantundem pecuniæ in diversis locis, re & precio constantem: Et LITERAS CAMBIALES nuncupant instrumentum compendiosum, per debitorem Cambii privatim subscriptum, & ad locum solutionis, expressâ Summâ directum, die & loco, tàm quo datum, tàm quo solvendum est adjecto, mandatum consecutivum Cambii continens, injunctum mandatorio, cui solutio est facienda.

3 Dem Stylo mercantili gemeeß/ muß der Repræsentant ein gewisse Summa Gelds an einem Ort v. g. zu Nürnberg (oder Hamburg) baar erlegen/ dann Geld und Wechsel-Brieff beysamm/ und also Zug um Zug erfordert wird:) Es sey dann/ daß er fidem gemacht/ (dann der Credit an statt baaren Gelds passirt,) mit dem Beding/ daß Jhm oder den Seinigen dieselbe Summa an einem andern Ort v. g. zu Pariß (oder Rom) zu gewisser Zeit hinwieder gezahlet werden soll. Der Trassirer aber (so auch Remittent genandt wird/) welcher die Summa entweder baar empfangen/ oder fidem gegeben / muß durch die Seinige zu Pariß (oder Rom) bezahlen lassen. So nun der Commiss-Träger (Er sey Negotiant oder Factor den trassirten Wechsel (die traitte) ohne Contradiction also stillschweigend an sich nimmt/ so ist er auch Krafft des im Wechsel-Brieff begriffenen Mandati parition zu leisten gehalten. Wann nemlich der Remittent,

mittent, so auf ihn trassirt, (wo Er nicht sein Debitor,) nur vorhero ihm die gehörige Provision verschaffet/ oder doch zum Wenigsten zu wissen gemacht/ wo er sich (1.) seiner Wieder-Bezahlung halben (re- und prævaliren/) h. e. erholen soll/ und (2.) Ihm auch einen Avis-Brieff zugesandt. Es muß aber auch der Præsentant seinen Termin von uso selbiges Orts genau observiren / und im geringsten nicht überschreiten / sondern / so er auf nicht beschehener- oder zwar beschehener acceptation, jedoch Verwegerung der Zahlung/ nicht protestirt, muß er den daher entspringenden Schaden/ so er länger nachgewartet / und zwischen der Zeit der Acceptant fallirt/ allein tragen / und ist der Trassirer oder Geber des Wechsel-Brieffs ledig/ und mag sich der Præsentant seiner rem-bours halben/ an Acceptanten und Commiss Träger/ so gut er vermag / halten: Wird aber auch der Protest zu rechter Zeit eingelegt / so ergehen Literæ protestatæ, an den Remittenten zu seinem eusersten Schimpff und Schaden.

4. Will aber auch der Mandatarius des Remittenten Ehr und Credit retten/ so kan er literas cambii zwar acceptiren / non simpliciter, sed super protestu pro honore literarum, crediti, & reputationis: Ac sic ex mandatorio fit negotiorum gestor, *Rota Gen. decis. 19. n. 4. & decis. 6. n. 7.* Et poterit, quod pro datore literarum solvit, negotiorum gestorum actione repetere, *l. 45. ff. Negotiis gestis.*

5. Ne autem ob crebram varietatem monetarum, vel earundem valoris auctionem & diminutionem in peregrinis & exoticis regionibus ac provinciis damnum incurrant, contrahentes pro determinandâ certâ & perpetuò valiturâ quantitate NUMISMATIS variabilis, ad tollendas inæqualitates, æquivocationes & periculosas Machinationes inter se convenire solent mercatores, quia numisma fictum quoddam ens & imaginarium censetur. *Secundum Aristotelem polit. lib. 1. c. 6. per verba:* λῆρος εἶναι δοκεῖ τὸ νόμισμα καὶ νόμος παντάπασι, φύσει δ' οὐδέν.

6. Sic Negotiatores in Germaniâ, inprimis quotannis Francofurti ad Mœnum iterato nundinarum tempore conveniunt. Dann Franckfurth/ ein von vornehmsten Wechsel-Plätzen in Teutschland; Woselbst vom Magistrat der Frey-Reichs- und Keiserl. Wahl-Stadt aus Mittel des Raths / zu Taxirung des Wechsel-Preisses und Formirung des Cours-Zettuls/ zwey Personen deputirt werden/ welche auf vorhergehende Umfrag und erstat-

teten Wahrhafft unpartheyischen Bericht der Wechsel-Händler und Mäckler / aus unterschiedlichen concurrirenden Valor, den mitlern als sichersten und billichsten Preiß setzen / und darauff den Wechsel-Conto jederzeit verfertigen. Weil die Current-Währung ein und ander Orten bald steigt / bald fällt / dahero leicht Schaden zu besorgen.

7. Quâ consultatione tàm frequenti non opus esset, si salutare conclusum, quod *Ratisbon. per Moguntinum Mens. Martii, præt. Ann.* publicatum, observetur. Daß bey den eingerissenen Müntz-Gebrechen man sich eines durchgehenden allgemeinen und überall gewissen Fusses / (wornach die In- und Ausländische grobe Sorten / so wohl als auch die Schiedmüntz geprâget und valvirt werden / vergleichen möchte / welcher füglich nicht füglicher als auf den Reichsthlr. (darauff jedes mahl der Valor mit aufgepräget /) gesetzet werden kondte. Es musten aber die grobe Sorten in behöriger Breit / Circul und Circumferentz ausgehen / keine Bappen / Schnitt oder Ecken haben.

8. Sic RUDOLPHI II. tempore Anno 1601. Circuli 3. Correspondentes in sua consultatione, veram inter Aurum & Argentum proportionem postulant, his verbis: Es wäre zwischen dem Gold und Silber / so viel immer möglich / ein geometrica proportio zu halten / denn nach der Müntz-verständigen Meinung / sollen sich 12. Marck fein Silber / mit einem feinen Marck Goldes vergleichen / darum / so balden ein Sort von Gold oder Silber höher dann die andere ausgebracht / und die Proportion nicht gehalten wird / so thut man die Geringere aufwechseln / zerbrechen / und in Tiegel werffen / und andere kleine Sorten daraus machen / dann ein jeder Müntzer / so ferne Er an einem Stück 5. Kreutzer gewinnet / kan Er dieselben brechen &c. Dahin gehet auch / das de Anno 1608. gestellte Müntz-Bedencken / daß nemlich nothwendig eine proportion und Ubereinstimmung des Goldes mit dem Silber / und consequenter der Preiß der gemüntzten Specierum von denselben Metallen, so gangbar zu observiren / damit eines das andere nicht verschlinge.

9. Dixerim, si pœna rem monetariam violatorum, fuisset in executionem tracta, tot abusus monetarum in Germania non audiri. Sub pœnâ enim capitali ante Seculi decursum erat prohibita omnis violatio. *vid.* Müntz-Ordn. Keysers *FERDINANDI I. de Anno 1559. §. 162.* Daselbst und in *§§§. subseq. trib.* Wird geordnet / daß die Ringere / Beschneider / Schwächer / Wäscher / Schmeltzer / Ausführer / Aufwächßler / Abgiesser;

Aus-

Auswiger/ Auszieher und Fälscher/ an Gut / Leib und Leben/ nach Gelegenheit und Gestalt des Verbrechens zu straffen / und hierinn niemand zu verschonen / auch dem Ansager an der verwirckten Pœn ein Drittheil/ die andere 2. Theil aber der Obrigkeit / darunter die Uberfahrung geschehen/ abzufolgen sey : Und so diese seumig/ solten von dem Verbrecher die Müntz-Genossen selbigen Craisses die Straff einfordern / da letzlich auch diese nachlässig / solte der Keyserl. *Fiscal* solches verrichten/ hingegen die jenige/ so um den Betrug und Verfälschung der Müntz nur Wissenschafft getragen/ und die Verbrecher nicht anzeiget / mit 2. Marck löthigs Golds belegt werden. Hactenus optimè ordinatum, quæris, quare non fuerint puniti Transgressores hujus ordinationis ? R. Quia nostræ constitutiones assimulantur campanæ sine *Pistillo*. Carent sc. executione, alias rationes nolo adducere, ne interessentium Regni Procerum indignationem in me convertam.

10. Ut redeam *ad materiam CAMBII*: Sunt *Literæ Cambiales* ita privilegiatæ, ut post earundem acceptationem nullam, ne quidem exceptionem *non numeratæ pecuniæ* recipiant, quia *CAMPSORES* hodierni Argentariis æquiparantur, *Raphael. de Turri in tractat. de Cambiis disp. 2. quæst. 17. n. 37.*

11. Exceptio autem non numeratæ pecuniæ in contractibus Argentariorum, locum non habet, *Nov. 136. c. 5. & Edict. Justin. 7. c. 2. §. 1.* Hactenus de Cambio.

12. Differt *Trajectitia* pecunia à *Cambiata*: Nam illa materialiter per transportationem realem, & onerosam trans mare vehitur, *l. 1. ff. de nautic. fœnor.* Hæc virtualiter invisibili vehiculo per literas cambiales transportatur: *Pro illâ*, qui suscipit in se periculum pecuniæ trajiciendæ, accipit *nauticum fœnus* 12. pro centum *l. 12. vers. in Trajectiis C. de Usuris.* Pro hâc *unum, duo vel tria* lucrantur pro centum Cambiatores propter expensas, labores, pericula & onera loco renumerationis.

13. Trajectitiæ pecuniæ affinis est hodierna ASSECURATIO, quæ frequentatur in foro Mercatorum. Nam & hæc quoque est *Avertendi Periculi Conventio*, quâ quis præmio sibi dato suscipit periculum, rerum terrâ marique aliò transvehendarum: Imò suscipit sæpiùs periculum ipsiusmet navis, &

vis, & indemnitatis eo nomine præstationem in se, pro certo periculi precio recipit.

14. Quando igitur datur ab uno præmium, ab altero suscipitur periculum: Hæc conventio refertur ad contractum innominatum, *do, ut facias*, qui de Assecurationis materia plura cupit, consulat *Rutger. Ruland. in consʃ.* von Erledigung einer schweren in Assecurations-Sachen vorgestellten Frag/ & *Santernam de Assecuration.*

15. Periculi autem appellatione continetur quicquid in mari, à tempestate, igne, hostibus, prædonibus, arrestis, repræssaliis: Vel etiam quicquid nequitiâ, negligentiâ Naucleorum, Nautarum, vel aliorum, Navi bonisque accidere potest, in quantum alii vel etiam Nauclerus ipsemet inde damnum passi sunt, omniaque alia cogitata, solita vel insolita, de quibus omnibus tenetur Assecurator. Sic Aurigæ, curribus Præfecti & vehiculatores currus suòs, carros & equos assecurare possunt, utrique sub dimidietate precii earundem rerum assecuratarum, quæ non aliter verificantur, nisi per literas nauticas vel vectorias, durch Fracht-Brieff.

16. Argentarii, Mensarii & Trapezitæ, in quorum locum hodiè succedunt Banquarii, quando exhibent communem utilitatem in contractibus, & sæpiùs multis periculis se immiscent, ut ingruentibus aliorum necessitatibus medeantur, *l. 10. §. 1. ff. de edendo.* Possunt pacisci besses usuras 8. pro centum *Novell. 138. c. 4.* Quæ solebant olim negotiatoribus dari, *L. 26. C. de usuris.*

17. Verùm, cùm hodiè nullius periculi Susceptores esse volunt, sed purum lucrum captare, sine peccati sufflamine artem suam exercere non possunt, si sc. legitimum in constitutionibus Imperii determinatum usurarum modum excedunt. Ultrò enim concitant iram & indignationem Dei, qui ad usuram dantem, & ultra sortem accipientem, morte puniri præcepit, *Ezech. 18. v. 13.* Accedit, quòd odiosæ olim essent usurariæ mensæ, à quibus exigebantur usuræ multiplices, *Luc. 19. v. 23. junct. vers. praced. 16. & 18.* Quas eædem reciprocè ab aliis exigebant, proinde mensas easdem Christus noster Salvator evertit. *Matth. 21. v. 12. & Marc. c. 11. v. 15.* Prætereà absurdum esset, quòd Mensarii otiosè viventes, & ferè sedentarii plus lucri corraderent, quàm alii Actuosi, qui Dei præcepto, manuum suarum labore *insudantes*, morem gerunt, *Scaccias in tractatu de commerc. §. 1. quæst. 7. part. 1. n. 8.*

18. Alia

18. Alia & quidem licita Mensa Argentaria, dicta alias BANCO, reperitur nonnullis in locis, & est publicus contra violentam effracturam, & alios incendii & ruinæ casus bene munitus locus, in quem congeritur & mercatorum parata & creditorum in usuras mutuata pecunia, desuper constitutis publicè Bancharii, Calculatoribus & Rationariis juratis, qui rationes crediti & debiti, dati & accepti probè reddunt, & præcavent, ne creditores ullum sentiant damnum in summis, neque principalibus, neque accessoriis. Hi nullis credunt debitoribus, nisi ad infallibilem assecurationem, & sic nullum omninò recipiunt in se periculum. Wie dergleichen im Reich/ wegen guten Credits, die wohlrühmliche und aller Orten höchst-gepreisste Banck zu HAMBURG anzutreffen/ bey welcher nicht allein die vornehmsten Kauffleut ihre Baarschafft ohn einige Gefahr hinterlegen/ sondern auch Aus- und Jn-ländische creditores ihr Geld auf Zinß/ wiewohl itzo bey überhäufften Oblationibus allein etwa gegen 3. oder höchst 4. pro centum austhun/und hingegen zu jeder Zeit ohne Aufenthalt augenblicklich des Jhrigen/ samt Capital und Zinß/ ohnfehlbar gewärtig seyn können/ quæ fides nusquam alibi reperitur inter Germanos, qui semper antequam solvant, mores vel etiam lites nectunt, *ut supra c. 16. ad nauseam dictum.*

19. Author noster in Mercatorum negotiis discrepantibus requirit specialem Magistratum, *non ordinarium Judicem*: Sic Praxis Germana quoque requirit in Foro Mercatorum processum de plano summarium, in quo de æquitate, non inspectis juris apicibus, judicatur, *Gail. 2. observ. 27. n. 27.* Et sic Respubl. Genuensis habet Magistratum, qui constat ex consule & duobus consiliariis, qui ad nihil aliud, quàm ad negotiationem ordinatus, *ut Scacc. in tract. de commerciis* refert, *§. 2. Gloss. 4. n. 8.* Bey der Stadt Nürnberg hat es gleichfalls seinen hierzu erkiesten Magistrat, welche man nennt die Marck-Vorgeher: Zu HAMBURG/ LUBECK/ ROSTOCK/ WISMAR und andern See-Städten/ die WETTHERRN/ welche zwar über die Buß-Fäll richten/ werden aber auch zu den Kauff-Händeln gezogen/ und zu Hamburg gar offt per compromissum, als von zweyen niedergesetzten Schieds-Richtern/ darunter der Erste ein Rechts-Gelehrter/ der ander aber ein Kauffmann/ die schwersten Streit-Händel geschlichtet. So ist auch zu Lübeck allzeit einer von Stadt Syndicis zu Untersuchung der Schiff-Strittigkeiten und trafiquen deputirt, so ex æquo & bono ohne Rechts-Gang die meisten Streit-Hän-

 del

X. Literæ cambiales non patiuntur *exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

XI. Quæ exceptio non locum habet in contractibus Argentariorum.

XII. Differt *Trajectitia* pecunia à *Cambiatâ*, & quomodo?

XIII. ASSECURATIO, Trajiciendæ pecuniæ conventioni affinis est, quia utraque avertendi periculi causâ initur.

XIV. Ad contractum innominatum do, ut facias, refertur.

XV. Explicatur, quid sub periculi nomine veniat, & quid precii?

XVI. Argentarii, Mensarii & Trapezitæ, (in quorum locum hodie Bancharii succedunt) quando communem utilitatem cum suo sæpius periculo promovere reperiuntur laudandi, & pro Usurariis non habendi sunt.

XVII. Aliud dicendum, si merum lucrum captant nullo in se suscepto periculo.

XVIII. Mensa Argentaria, vulgò die Kauffmanns-Banck zu Hamburg/ recommendatur ob paratam solutionem debiti, non implorato etiam Magistratu, nec petitâ vel expectatâ executione.

XIX. Forum Mercatorum respuit apices Juris, & requirit peculiarem Magistratum, qui judicat de æquitate.

XX. Nego-

XX Negotiatorum ministri sunt Factores seu Institutores, iidemque vel sunt generales vel speciales.

XXI. De Specialibus præprimis agit Author noster.

XXII. Qui Factores, si extra formam commissionis emunt & vendunt, suo ipsorum periculo contrahunt, quod exemplificatur.

XXIII. In Mercatibus fieri solet non solùm *Emptio Venditio* pura, sed & in diem conditionata.

XXIV. Et per licitationem in auctionibus expeditur.

XXV. Quibus casibus deceptio fieri potest per Tertium, docetur.

XXVI. Sic etiam perficitur negotiatio per *Aversionem*, quando numerus, mensura & pondus non usque adeò attenditur.

XXVII. Aliud obtinet in rebus ad pondus numerum vel mensuram venditis, in quibus non perficitur emptio ad effectum avertendi periculum ab emptore in venditorem.

XXVIII. Nota casum singularem, quo certum numerum venditum demonstratio superat, quasi per aversionem.

XXIX. Vitæ genus & mores Mercatoribus præscribantur.

XXX. Hinc prodigis negotiatio interdici debet à Magistratu.

I.



CAMBIALE SYNALLAGMA est Species permutationis. Do enim tibi pecuniam, ut aliam des certo loco & tempore. *Quod fieri solet:* Si repræsento tibi certam pecuniæ summam, & tu repromittis certo loco & tempore eandem pecuniæ quantitatem dare, per tertium, mandatarium sive factorem, ad quem remittis factum solutionis expediendæ. Concurrunt hi tres personæ. (1.) Campsarius, h. e. qui pecuniâ alio loco indiget. (2.) Campsor, à quo, datâ pecuniâ, petitur Cambium, & operam adhibet in scribendis literis cambii. (3.) Factor sive mandatarius, qui exequitur mandatum.

2. *Alii CAMBIUM definiunt* contractum consensualem dandi & reddendi, tantundem pecuniæ in diversis locis, re & precio constantem: Et LITERAS CAMBIALES nuncupant instrumentum compendiosum, per debitorem Cambii privatim subscriptum, & ad locum solutionis, expressâ Summâ directum, die & loco, tàm quo datum, tàm quo solvendum est adjecto, mandatum consecutivum Cambii continens, injunctum mandatorio, cui solutio est facienda.

3 Dem Stylo mercantili gemeeß/ muß der Repræsentant ein gewisse Summa Gelds an einem Ort v. g. zu Nürnberg (oder Hamburg) baar erlegen/ dann Geld und Wechsel-Brieff beysamm/ und also Zug um Zug erfordert wird:) Es sey dann/ daß er fidem gemacht/ (dann der Credit an statt baaren Gelds passirt,) mit dem Beding/ daß Jhm oder den Seinigen dieselbe Summa an einem andern Ort v. g. zu Pariß (oder Rom) zu gewisser Zeit hinwieder gezahlet werden soll. Der Trassirer aber (so auch Remittent genandt wird/) welcher die Summa entweder baar empfangen/ oder fidem gegeben / muß durch die Seinige zu Pariß (oder Rom) bezahlen lassen. So nun der Commiss-Träger (Er sey Negotiant oder Factor den trassirten Wechsel (die traitte) ohne Contradiction also stillschweigend an sich nimmt/ so ist er auch Krafft des im Wechsel-Brieff begriffenen Mandati parition zu leisten gehalten. Wann nemlich der Remittent,

mittent, so auf ihn trassirt, (wo Er nicht sein Debitor,) nur vorhero ihm die gehörige Provision verschaffet/ oder doch zum Wenigsten zu wissen gemacht/ wo er sich (1.) seiner Wieder-Bezahlung halben (re- und prævaliren/) h. e. erholen soll/ und (2.) Ihm auch einen Avis-Brieff zugesandt. Es muß aber auch der Præsentant seinen Termin von uso selbiges Orts genau observiren / und im geringsten nicht überschreiten / sondern / so er auf nicht beschehener- oder zwar beschehener acceptation, jedoch Verwegerung der Zahlung/ nicht protestirt, muß er den daher entspringenden Schaden/ so er länger nachgewartet / und zwischen der Zeit der Acceptant fallirt/ allein tragen / und ist der Trasirer oder Geber des Wechsel-Brieffs ledig/ und mag sich der Præsentant seiner rem-bours halben/ an Acceptanten und Commiss Träger/ so gut er vermag / halten: Wird aber auch der Protest zu rechter Zeit eingelegt / so ergehen Literæ protestatæ, an den Remittenten zu seinem eusersten Schimpff und Schaden.

4. Will aber auch der Mandatarius des Remittenten Ehr und Credit retten/ so kan er literas cambii zwar acceptiren / non simpliciter, sed super protestu pro honore literarum, crediti, & reputationis: Ac sic ex mandatorio fit negotiorum gestor, *Rota Gen. decis. 19. n. 4. & decis. 6. n. 7.* Et poterit, quod pro datore literarum solvit, negotiorum gestorum actione repetere, *l. 45. ff. Negotiis gestis.*

5. Ne autem ob crebram varietatem monetarum, vel earundem valoris auctionem & diminutionem in peregrinis & exoticis regionibus ac provinciis damnum incurrant, contrahentes pro determinandâ certâ & perpetuò valiturâ quantitate NUMISMATIS variabilis, ad tollendas inæqualitates, æquivocationes & periculosas Machinationes inter se convenire solent mercatores, quia numisma fictum quoddam ens & imaginarium censetur. *Secundum Aristotelem polit. lib. 1. c. 6. per verba:* λῆρος εἶναι δοκεῖ τὸ νόμισμα καὶ νόμος παντάπασι, φύσει δ' οὐδέν.

6. Sic Negotiatores in Germaniâ, inprimis quotannis Francofurti ad Mœnum iterato nundinarum tempore conveniunt. Denn Franckfurth/ ein von vornehmsten Wechsel-Plätzen in Teutschland; Woselbst vom Magistrat der Frey-Reichs- und Keiserl. Wahl-Stadt aus Mittel des Raths / zu Taxirung des Wechsel-Preisses und Formirung des Cours-Zettuls/ zwey Personen deputirt werden/ welche auf vorhergehende Umfrag und erstatteter

tetten Wahrhafft unpartheyischen Bericht der Wechsel-Händler und Mäckler / aus unterschiedlichen concurrirenden Valor, den mitlern als sichersten und billichsten Preiß setzen / und darauff den Wechsel-Conto jederzeit verfertigen. Weil die Current-Währung ein und ander Orten bald steigt / bald fällt / dahero leicht Schaden zu besorgen.

7. Quâ consultatione tàm frequenti non opus esset, si salutare conclusum, quod *Ratisbon. per Moguntinum Mens. Martii, præt. Ann.* publicatum, observetur. Daß bey den eingerissenen Müntz-Gebrechen man sich eines durchgehenden allgemeinen und überall gewissen Fusses / (wornach die In- und Ausländische grobe Sorten / so wohl als auch die Schiedmüntz geprä get und valvirt werden / vergleichen möchte / welcher FUS nicht füglicher als auf den Reichsthlr. (darauff jedes mahl der Valor mit aufgepräget /) gesetzet werden kondte. Es musten aber die grobe Sorten in behöriger Breit / Circul und Circumferentz ausgehen / keine Kappen / Schnitt oder Ecken haben.

8. Sic RUDOLPHI II. tempore Anno 1601. Circuli 3. Correspondentes in sua consultatione, veram inter Aurum & Argentum proportionem postulant, his verbis: Es wäre zwischen dem Gold und Silber / so viel immer möglich / ein geometrica proportio zu halten / denn nach der Müntz-verständigen Meinung / sollen sich 12. Marck fein Silber / mit einem feinen Marck Goldes vergleichen / darum / so balden ein Sort von Gold oder Silber höher dann die andere ausgebracht / und die Proportion nicht gehalten wird / so thut man die Geringere aufwechseln / zerbrechen / und in Tiegel werffen / und andere kleine Sorten daraus machen / dann ein jeder Müntzer / so ferne Er an einem Stück 5. Kreutzer gewinnet / kan Er dieselben brechen &c. Dahin gehet auch / das de Anno 1608. gestellte Müntz-Bedencken / daß nemlich nothwendig eine proportion und Ubereinstimmung des Goldes mit dem Silber / und consequenter der Preiß der gemüntzten Specierum von denselben Metallen, so gangbar zu observiren / damit eines das andere nicht verschlinge.

9. Dixerim, si pœna rem monetariam violatorum, fuisset in executionem tracta, tot abusus monetarum in Germania non audiri. Sub pœnâ enim capitali ante Seculi decursum erat prohibita omnis violatio. *vid.* Müntz-Ordn. Keysers *FERDINANDI I. de Anno 1559. §. 162.* Daselbst und in *§§§. subseq. trib.* Wird geordnet / daß die Ringere / Beschneider / Schwächer / Wäscher / Schmeltzer / Ausführer / Aufwächsler / Abgiesser;

Aus-

Auswiegter/ Auszieher und Fälscher/ an Gut / Leib und Leben/ nach Gelegenheit und Gestalt des Verbrechens zu straffen / und hierinn niemand zu verschonen / auch dem Ansager an der verwirckten Pœn ein Drittheil/ die andere 2. Theil aber der Obrigkeit / darunter die Uberfahrung geschehen/ abzufolgen sey: Und so diese seumig/ solten von dem Verbrecher die Müntz-Genossen selbigen Craisses die Straff einfordern / da letzlich auch diese nachlässig / solte der Keyserl. *Fiscal* solches verrichten/ hingegen die jenige/ so um den Betrug und Verfälschung der Müntz nur Wissenschafft getragen/ und die Verbrecher nicht anzeiget / mit 2. Marck löthigs Golds belegt werden. Hactenus optimè ordinatum, quæris, quare non fuerint puniti Transgressores hujus ordinationis? &c. Quia nostræ constitutiones assimulantur campanæ sine *Pistillo*. Carent sc. executione, alias rationes nolo adducere, ne interessentium Regni Procerum indignationem in me convertam,

10. Ut redeam *ad materiam CAMBII*: Sunt *Literæ Cambiales* ita privilegiatæ, ut post earundem acceptationem nullam, ne quidem exceptionem *non numeratæ pecuniæ* recipiant, quia *CAMPSORES* hodierni Argentariis æquiparantur, *Raphael. de Turri in tractat. de Cambiis disp. 2. quæst. 17. n. 37.*

11. Exceptio autem non numeratæ pecuniæ in contractibus Argentariorum, locum non habet, *Nov. 136. c. 5. & Edict. Justin. 7. c. 2.* §. *1.* Hactenus de Cambio.

12. Differt *Trajectitia* pecunia à *Cambiata*: Nam illa materialiter per transportationem realem, & onerosam trans mare vehitur, *l. 1. ff. de nautic. fœnor.* Hæc virtualiter invisibili vehiculo per literas cambiales transportatur: Pro illâ, qui suscipit in se periculum pecuniæ trajiciendæ, accipit *nauticum fœnus* 12. pro centum *l. 12. vers. in Trajectiis C. de Usuris.* Pro hâc *unum, duo vel tria* lucrantur pro centum Cambiatores propter expensas, labores, pericula & onera loco renumerationis.

13. Trajectitiæ pecuniæ affinis est hodierna ASSECURATIO, quæ frequentatur in foro Mercatorum. Nam & hæc quoque est *Avertendi Periculi Conventio*, quâ quis præmio sibi dato suscipit periculum, rerum terrâ marique aliò transvehendarum: Imò suscipit sæpiùs periculum ipsiusmet navis, &

vis, & indemnitatis eo nomine præstationem in se, pro certo periculi precio recipit.

14. Quando igitur datur ab uno præmium, ab altero suscipitur periculum: Hæc conventio refertur ad contractum innominatum, *do, ut facias*, qui de Assecurationis materia plura cupit, consulat *Rutger. Ruland. in cons.* von Erledigung einer schweren in Assecurations-Sachen vorgestellten Frag/ & *Santernam de Assecuration.*

15. Periculi autem appellatione continetur quicquid in mari, à tempestate, igne, hostibus, prædonibus, arrestis, repræssaliis: Vel etiam quicquid nequitiâ, negligentiâ Naucleorum, Nautarum, vel aliorum, Navi bonisque accidere potest, in quantum alii vel etiam Nauclerus ipsemet inde damnum passi sunt, omniaque alia cogitata, solita vel insolita, de quibus omnibus tenetur Assecurator. Sic Aurigæ, curribus Præfecti & vehiculatores currus suos, carros & equos assecurare possunt, utrique sub dimidietate precii earundem rerum assecuratarum, quæ non aliter verificantur, nisi per literas nauticas vel vectorias, durch Frachts-Brieff.

16. Argentarii, Mensarii & Trapezitæ, in quorum locum hodiè succedunt Banquarii, quando exhibent communem utilitatem in contractibus, & sæpiùs multis periculis se immiscent, ut ingruentibus aliorum necessitatibus medeantur, *l. 10. §. 1. ff. de edendo.* Possunt pacisci besses usuras 8. pro centum *Novell. 138. c. 4.* Quæ solebant olim negotiatoribus dari, *L. 26. C. de usuris.*

17. Verùm, cùm hodiè nullius periculi Susceptores esse volunt, sed purum lucrum captare, sine peccati sufflamine artem suam exercere non possunt, si sc. legitimum in constitutionibus Imperii determinatum usurarum modum excedunt. Ultrò enim concitant iram & indignationem Dei, qui ad usuram dantem, & ultra sortem accipientem, morte puniri præcepit, *Ezech. 18. v. 13.* Accedit, quòd odiosæ olim essent usurariæ mensæ, à quibus exigebantur usuræ multiplices, *Luc. 19. v. 23. junct. vers. praeced. 16. & 18.* Quas eædem reciprocè ab aliis exigebant, proinde mensas easdem Christus noster Salvator evertit. *Matth. 21. v. 12. & Marc. c. 11. v. 15.* Præthereà absurdum esset, quòd Mensarii otiosè viventes, & ferè sedentarii plus lucri corraderent, quàm alii Actuosi, qui Dei præcepto, manuum suarum labore *insudantes*, morem gerunt, *Scaccias in tractatu de commerc. §. 1. quæst. 7. part. 1. n. 8.*

18. Alia

18. Alia & quidem licita Mensa Argentaria, dicta alias BANCO, reperitur nonnullis in locis, & est publicus contra violentam effracturam, & alios incendii & ruinæ casus bene munitus locus, in quem congeritur & mercatorum parata & creditorum in usuras mutuata pecunia, desuper constitutis publicè Banchariis, Calculatoribus & Rationariis juratis, qui rationes crediti & debiti, dati & accepti probè reddunt, & præcavent, ne creditores ullum sentiant damnum in summa, neque principalibus, neque accessoriis. Hi nullis credunt debitoribus, nisi ad infallibilem assecurationem, & sic nullum omninò recipiunt in se periculum. Wie dergleichen im Reich/ wegen guten Credits, die wohlrühmliche und aller Orten höchst-gepreiste Banck zu HAMBURG anzutreffen/ bey welcher nicht allein die vornehmsten Kauffleut ihre Baarschafft ohn einige Gefahr hinterlegen/ sondern auch Aus- und Inländische creditores ihr Geld auf Zinß/ wiewohl itzo bey überhäufften Oblationibus allein etwa gegen 3. oder höchst 4. pro centum austhun/ und hingegen zu jeder Zeit ohne Aufenthalt augenblicklich des Ihrigen/ samt Capital und Zinß/ ohnfehlbar gewärtig seyn können/ quæ fides nusquam alibi reperitur inter Germanos, qui semper antequam solvant, mores vel etiam lites nectunt, *ut supra c. 16. ad nauseam dictum.*

19. Author noster in Mercatorum negotiis discrepantibus requirit specialem Magistratum, *non ordinarium Judicem:* Sic Praxis Germana quoque requirit in Foro Mercatorum processum de plano summarium, in quo de æquitate, non inspectis juris apicibus, judicatur, *Gail. 2. observ. 27. n. 27.* Et sic Respubl. Genuensis habet Magistratum, qui constat ex consule & duobus consiliariis, qui ad nihil aliud, quàm ad negotiationem ordinatus, *ut Scacc. in tract. de commerciis* refert, *§. 2. Gloss. 4. n. 8.* Bey der Stadt Nürnberg hat es gleichfalls seinen hierzu erkiesten Magistrat, welche man nennt die Marck-Vorgeher: Zu HAMBURG / LUBECK / ROSTOCK / WISMAR und andern See-Städten / die WETTHERRN/ welche zwar über die Buß-Fäll richten / werden aber auch zu den Kauff-Händeln gezogen/ und zu Hamburg gar offt per compromissum, als von zween niedergesetzten Schieds-Richtern / darunter der Erste ein Rechts-Gelehrter/ der ander aber ein Kauffmann / die schwersten Streit-Händel geschlichtet. So ist auch zu Lübeck allzeit einer von Stadt Syndicis zu Untersuchung der Schiff-Strittigkeiten und trafiquen deputirt, so ex æquo & bono ohne Rechts-Gang die meisten Streit-Händel

del componirt Modo esset uniforme judicium, ubivis locorum & infinitis malis obviam iretur.

20. (Hactenus de Negotiatoribus & Mercatoribus ipsis: nunc de eorundem ministris, Mandatariis s. *Institoribus*, quos hodie *Factores* appellamus, agendum.) *Institor* est, qui cuilibet negotiationi quæstuariæ, cum generali mandato, *cum liberâ*, tàm ad emendum quàm ad vendendum est præpositus; Ideoque, quod *negotio gerendo INSTAT*, dicitur *Institor*, & est Procurator generalis ad negotia, *l. 3. & 18. ff. de Institor. Action.*

21. Noster Autor *Octavius* non loquitur de tali generali Factore, sed specialem saltem exprimit, cui commissio ad certas species emendas data est, qualem describunt Jura quoque Civilia, *per text. in l. 5. §. 1. ff. d. t. de Inst. action.* Utpote ad frumentum coëmendum, vel aliàs res promercales cum adjectione certæ bonitatis. *Javolenus in l. 52. ff. mandati.*

(22.) In hoc Institorio Negotio, si quis extra formam commissionis s. præscriptionis res majoris precii quàm destinati, vel aliud pro alio, utpote domum Titianam pro Sejana emit, vel minoris vendit, fines mandati transit, & tenetur *Committenti* suo mandati actione, *Paulus in l. 5. pr. §. 1. & 2. d. t. mandati.* Quòd si Titius aliquam rem sibi emere, Cajo mandavit, nec de precio quid statuit, (sive precium non determinavit, wie theuer ers kauffen soll/) illeque emit, utrinque nascitur actio, das ist/ Titius muß die Waare behalten/ hingegen Cajo seinen ausgelegten Kauff-Schilling/ samt deren beyhero etwa aufgewandten Unkosten stehen und gelten. Si verò Titius precium certum statuit, & Cajus pluris emit, periculo contrahit suo, nisi Cajus paratus sit remittere, id quod excedit determinatum precium, dann Er muß die Wahr selbst vor die ausgelegte Kauff-Summa behalten. *Text. in l. 3. §. 1. & 2. cum l. 4. ff. mandati.* Non enim *debet ultra*; Bene tamen intra precium emere *potest*. Er soll nicht theurer als ihm befohlen/ sondern wann er kan// mag er wohlfeiler einkauffen/ *l. 5. §. ult. ff. d. t. mandat.*

23. In venditione rei in diem addictæ, v. g. Wann die Wahr des Käuffers seyn soll/ so fern ein anderer in bestimmter Zeit an Wehrt nicht mehr davor bieten würde/ dolus venditoris præcavendus est, ne colludat cum altero tertio, quando enim simulaverit meliorem sibi conditionem allatam, in rei veritate verò minoris vel etiam tantidem tertio distraxisse repertus

fuerit,

fuerit, utrique emptori *& priori & posteriori* in solidùm erit obligatus, *l. 14. pr. ff. de in diem addiction.*

24. Et licet, *rem in LICITATIONEM deducere*, (ut qui licitatione licitantem vicerit, habeat rem,) de jure civili in genere non sit æquum. *L. nam ad licitationem 6. ff. fin. Regund.* Interim tamen in nonnullis casibus admittitur, *l. 22. §. 1. ff. famil. hercisc.* ut eidem adjudicetur, penes quem licitatio remansit, *l. 19. §. 3. ff. comm. divid.* Ita in multis Germaniæ civitatibus, *præprimis Hamburgi*, Licitationum Auctiones habentur in ædibus publicis, vulgò im Einbeckischen Hause / quibus multoties interfui. Modo fraus absit, ne unus alterve subornetur, qui plus licitantes etiam ultra verum precium callidè superet.

25. Imò deceptio fieri potest, quoties quis extra Auctionis solennitatem Tertium veluti potentiorem subornat emptorem, ut per licitationem vilius accipiat, & hoc iterum ipse recipiat, *l. 12. ff. de alien. jud. mutandi causa.* Qui dolus merito coerceri debet actione persecutoria ejus, quanti nostra interest, *l. 1. l. 4. §. ult. & l. 7. ff. d. t.* Sed nostri Germani in judiciis hoc vix attendunt, & si attendunt, longius protrahitur querela, quàm par est, ne sc. acceleratione Justitiæ graventur Potentiores.

26. Sic *per aversionem* fit negotiatio, veluti, si plurium rerum inæqualis æstimatio confusè constituitur. Wann der käufflichen Ding Wehrt nicht Stück-weiß gesetzt / sondern groß und klein / eins wie das ander gerechnet / in eine Sum̃a über Haupt in Anschlag gebracht werden, *l. si plura 36. ff. de ædilit. action.* Et hoc non tantùm in Emptionis, sed conductionis quoq; contractu obtinet. Nam & aversione numerus incertus rerum pro certo *conducitur*, & integrum tamen precium solvitur, *l. ult. §. fin. ff. de leg. Rhod. de jact.* Hinc rem aversione vendere vel locare est, cùm numerus mensura & pondus non exprimitur, *l. opus 36. ff. locati.* Germani hanc negotiationem vocant, Im Sack / im Bausch / und über Haupt handlen / oder miteinander durch den Bogen fahren.

27. Aliud obtinet in rebus ad pondus numerum vel mensuram venditis, quæ antequam fuerint admensæ adnumeratæ vel appensæ, verè non sunt emptæ, sed periculum earundem venditorem manent. *l. 1. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend.* Licet expresè certa quantitas de re integra fuerit vendita, v. g. Titius verkaufft dem Cajo 20. Eymer auß einem gewissen

Faß/ er verkaufft ihm 100. Schaafe aus einer gewissen Heerd/ er stehet aber darum die Gefahr noch nicht/weil ihm der Wein noch nicht zugeeichet/ noch die Schaaff zugezehlt worden. Nam tantùm venditum intelligitur, quantum fuit admensum, adnumeratum, appensum, *l. 35. §. 5. 6. 7. ff. de contrahend. emption,* Secus est, ut diximus, si res ipsa vendita adjecta saltem quantitate, eum in finem, ut de precio certo quid statui possit. Als Titius verkaufft dem Cajo das Faß Wein vor 24. Eymer. Er verkaufft Ihm den Hauffen Getraid vor 12. Malter/ den Acker vor 20. Morgen oder Tagswerck. Quæ venditio peragitur aversione.

28. Sed ecce casum singularem, quo quis ampliore finium demonstratione, sub minori tamen jugerum numero, fundum quasi per aversionem tradidit: In hoc casu licet demonstratio finium numeri quantitatem superaverit; non tamen augebitur precium, & tamen, si extra jugerum numerum pars finium evicta fuerit, præstanda erit evictio, *text. est singular. in l. qui fundum 45. ff. de evictlon.* Quem text. memoriâ tene, quia multum conducit in praxi Advocatis, qui applicare sciunt.


29. Jam de *Vita Mercatorum* aliquid dicendum restat. Hi splendorem, mollitiem & varia delectamina vitæ ceu pestem fugere debent, ne successivè in prodigalitatis vitium incurrant; Nam, qui accepti & expensi rationem non habet, si supra vires patrimonii sumptus facit, plus consumit, quàm in facultatibus est. Hinc *Cicero* jurgitem & voraginem patrimonii nominat, cui quotidie grandes fumant pultibus ollæ. Nam luxus est populator opum, & prodigi ob mores animi depravatos & inconsultos arcentur à contractibus, iisdemque administratio rerum interdicitur, *l. is cui boni 6. ff. de verb. obl.*

30. Proinde inquirere debet Magistratus in mores, & vitam mercatorum, & cùm reperit Negotiatorem, qui bona sua dilacerando & dissipando cepit profundere, quod fieri solet, quando nec habet tempus nec finem expensarum, ut solent prodigi habere, *l. 1. ff. de curatorib. furios. dandis.* Lebt als der Reiche Mañ in stetiger Wollust und kostbaren Kleidung/ *Luc. 16. v. 19* (Nam sunt, qui Divitem hunc Negotiatorem fuisse dictitant.) Huic debet Magistratus negotiationem interdicere. Quia omnes prodigi & profusi sunt rapaces, *ut testatur Seneca.* Et qui est prodigus suæ vitæ, est etiam prodigus alienæ. Ita se habet etiam de facultatibus, qui est prodigus sui, est prodigus

digus alieni. Wann die Kauffleuth nicht mehr von den Ihrigen können prassen/so ergreiffen Sie frembder Leut Vermögen. Hinc probè cecinit Ovidius:

Quærere ut absumant, absumpta requirere tentant,
Atque ipsæ vitiis sunt alimenta vices.

Hactenus Pars Secunda de CIVILI JUDICIO absoluta est.



Sequitur PARS TERTIA de MORALI JUDICIO.

Vom Sittlichen Gericht.

CAPUT XXII.

De Conversatione Hominum.

Vom Wandel der Menschen-Kinder ins gemein.

DIß Gericht begreifft Conversationem Hominum, oder den Wandel der Menschenkinder: Wer böß oder übel wandelt/der gibt von sich ein bös Concept, und andern Aergernuß/ und ist billich von ehrlichen Gesellschafften zu bannisiren / darum der weise König und Prophet 2. Samuel. 22. v. 26. & 27. nicht unrecht sagt: Wenn du mit einem Heiligen umgehest / wirstu heilig seyn/ gehestu mit Verkehrten / Bösen und Verdammten um/ so wirstu auch verkehrt oder verdammt/ darum dieses Moral-Ge-

richt von grosser Importantz/ welches aber bey unserer Zeit gantz aus-ser acht gelassen wird.

Diese Moralische oder Sittliche Gebrechen lassen sich besser in Gewissen verstehen/ als daß Sie mit Worten köndten ausgedruckt werden.

Es bestehet aber das Amt der Moral-Obrigkeit darinn / daß Sie allenthalben fleissig nachforschen/ wo liederlichs Gesinde/ Verschwender/ muthwillige Verführer der Jugend / ärgerliche Gesellen und dergleichen bös Volck anzutreffen / daß Sie bannisirt oder gefangen gesetzt werden/ auch steht dem sittlichen Fiscalischen Amt zu/ daß Sie fleissige Erinnerung bey der Moralischen Obrigkeit einwenden/ damit die moralische Verbrecher gezüchtiget / die Aergernuß und böse Exempel aufgehoben/ und sonderlich die jenige gestrafft werden mögen / welche andere durch Betrohung verhindern und abhalten/ daß Sie die sittliche Gebrechen bey der Obrigkeit nicht klagen dörffen. Ist aber einer gedultig zu leiden/ und alle Schmach über sich gehen zu lassen/ so soll er doch wissen / daß Er ein Ursach sey an des Verbrechers Verbesserung/ in dem sein Muthwillen gestärcket /und Er nur immer dardurch ärger wird. Dann wann ein solcher Bößwicht der frommen Gedult und Sanfftmuth lang genug mißgebraucht/ und geht ihm alles ungestrafft ab/ weil kein Kläger vorhanden/ so ist der Fromme Gewissens-halben schuldig sich der Bürd und Last/ so er an seiner Seelen hat/ durch Klag vor der Obrigkeit zu entledigen/ dann wann ein Narr und Spott-Vogel zugleich Boßheit ausübet/ das ist/ das lasterhafftigste Ding von der Welt / so es ungestrafft bleibt.

Es ist aber bey diesen sittlichen Verbrechen der gradus admonitionis nach Christi Worten in acht zu nehmen/ sündiget dein Bruder an dir/ so gehe hin und straffe ihn zwischen dir und ihm allein/ Matth. 18. v. 15. Und wo Er sich nicht bessert/ so gehe vor die Obrigkeit.

Es muß aber die Obrigkeit eine Discretion brauchen / bey Abstraffung der Delinquenten, wenn die Straff zu des andern Schaden

den gereichet/ also kan man den Mann an Geld und Gut nicht straffen/man thue dann zugleich seinem Weib und Kindern Schaden/also kan auch der Sohn ohne Schaden des Vaters nicht gestrafft werden. Welches wohl zu mercken.

CAP. XXII.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Æquè periculosa est conversatio *Hominum*, quàm conventus *Ferarum*.

II. Conversationem tres hominum species constituunt, Boni, Mali & Medii.

III. Quos per bonos intelligis?

IV. Quos per malos?

V. Quos per medios?

VI. Vitiosorum hominum societatem proh dolor! hodie non possumus in totum fugere, & quare?

VII. Graviter offenditur Deus Blasphemiis, quarum usus hodiè in conversationibus frequentissimus est.

VIII. Inquiritur in causam, quare Blasphemantes hodie in omnibus sodalitiis tolerentur?

IX. Pœna Blasphemorum, quæ constituta sit in criminali constitutione CAROLINA?

X. An & in quo discrepet à Constitutione Augustanâ reformatæ Politiæ, de Anno 1530? declaratur.

XI. In-

XI. *Incondita disceptatio* in eruendis mysteriis Theologicis, ut semper, ita imprimis vitanda est inter pocula: Stolidè enim Verbum Dei intellectum, non est Verbum Dei.

XII. Scrutinium devotum quidem mandatur, non verò Scripturæ in corruptum sensum detortæ depravatio.

XIII. Quæ cadit in Leves & instabiles, triplici modo:

XIV. Placabili discursu contemplentur verbum DEI, in collationibus

XV. *Christiani* 3. Religionum, quæ in Romano-German. Imperio tolerantur:

XVI. Fugiendum est Sodalatium Impiorum.

XVII Quos describit *Apostolus PAULUS.*

XVIII. Econtra sanctis, justis, probis & puris Viris associemur.

XIX. Causa, ob quam hos sequi, illos vitare debemus, exprimitur.

XX. In redargutione aberrantium, sive etiam delinquentium *Sodalium*, tres gradus adhibentur.

I.



AEquè periculosa est Conversatio *Hominum*, quàm Conventus *Ferarum*, nisi quòd hæ inter se sint placidæ, morsuque similium abstinent. Illi mutua laceratione satiantur. Hoc uno ab animantibus brutis differunt rationalia, quòd

quòd illa mansuescant alentibus: Horum rabies ipsos, à quibus nutriuntur, depascitur. *Senec. de ira libr. 2. c. 8.* Nam

------ Non hospes ab hospite tutus,
Non Socer Genero, Fratrum quoque gratia rara est,
Imminet exitio Vir Conjugis, illa mariti.

2. Conversationem tres hominum Species constituunt. *Boni*, *Mali* & *Medii*.

3. *Bonos* appello, non quòd publicè bonum sibi nomen comparaverint, & ad excellentiam bonitatis, quæ nullum defectum patitur, accesserint; Nam sic solus DEUS est bonus. Sed qui ad bonitatem, quantum maximè possunt, se accommodant. Hos sequendos dicit Author noster.

4. *Malos* intelligo, qui ob unum aut plura insignia vitia digito quasi monstrantur, & infames habentur. Hi sunt fugiendi, quia intolerabiles.

5. *Medios* intelligo, non qui partim boni, partim mali sunt, sed quos, licet aliquem defectum habeant, propterea tamen magis ad bonum inclinare, quàm ad malum videmus.

6. Verùm, si vitiosorum societas planè omittenda esset, paucos reperies, cum quibus possemus agere, & ita conversatio in solitudinem abigenda esset.

7. Scimus, quotquot boni sumus, quàm graviter offendatur *Deus* horrendis, abominandis & detestandis blasphemiis, quarum hodiè tanta frequentia & usus est, ut paucissimi sint, qui dicta sua cum impiis & detestabilibus ejusmodi asseverationibus non confirment, existimantes se hoc modo suos Sermones exornare, non secus ac orationes decorari solent figuris.

8. Quòd si quæras, cur in omnibus sodalitiis *Blasphemi* tolerentur, non obstante eo, quòd improbiores sint, & majore castigatione digni, quàm ulli alii scelerati: (Nam quid atrocius excogitari potest, quàm in eum opprobria inferre, qui probra nostra delevit. *c. in nonnullis 15. Extra de Judæis.*) Nulla alia ratio excogitari potest, quàm quòd offensas illas, quæ Deo soli fi-

 ant,

ant, nihil pendamus, ſicut rem quamvis, quæ nos non tangit, & cujus vindicta ad ſolum ſpectat Deum. At ſi vel factum vel dictum quid fuerit, quod nos aut amicos noſtros concernit, tùm quidem magni id æſtimamus. Et uno verbo dicam, pluris æſtimatur *Creatura* quàm *Creator*. Nec infrequens eſt, eum ſæpe-numerò divinum nomen in publico clara voce offendere, qui in Principis & Magiſtratus vituperium, ne in angulo quidem hiſcere auderet.

9. Keyſer CAROL der fünffte hat in ſeiner Peinl. Hals-Gerichts-Ordnung/ artic 106. verordnet / daß ein Gotteslåſterer / ſo GOtt ſeine Göttliche Ehr in denen attributis divinis abſchneidet/ ſeine Majeſtåt mit Worten oder Wercken låſtert / nach Geſtalt der Perſon und Låſterung/ an LEIB/ LEBEN / oder ABNAHM DER GLIEDER geſtrafft werden ſoll.

10. Paulò aliter diſponit Reformatio guter Policey zu Augſpurg/ de Anno 1530. ſub rubrica, von Gotteslåſterung / & facit tres gradus pœnarum. Primus eſt incarceratio, daß der Gotteslåſterer 14. Tag mit Waſſer und Brod im Thurn und Gefångnüß beſtraffet werde. Secundus eſt pecuniæ mulcta, cùm ſc. pars bonorum pauperibus addicitur, vel ad virginum depauperatarum dotationem impenditur. Es ſoll ein Theil der Güter den Gotteslåſterern abgenommen/ und auf Haus-arme Leut/oder arme Jungfern/ zur Ehelichen Ausſteuer verwendet werden. Tertius gradus eſt pœna corporis afflictiva, da man den Gotteslåſterern etliche Glieder benimmt/ v. g. die Zung/damit Er GOtt gelåſtert/ausſchneiden/ſeine Hand/ ſo Er wider GOtt aufgehoben/ abhauen: Auch geſtalten Sachen nach am Leben mit dem Schwerd ſtraffen låſſet. Sed rariſsimè hodiè Blaſphemantes pœnis plectuntur capitalibus. Deficit enim Magiſtratus moralis, qui inquirere deberet in Sodalitia hominum depravata.

11. Dahin gehören die Bößwicht unter den Lajen/ die mit ungewaſchenem Maul von GOttes heiligen und allein ſeeligmachenden Wort bey Geſellſchafft ungleiche Diſcurs führen / aus etlichen locis Sacræ Scripturæ parum intellectæ, (*Verbum Dei* enim *ſtolidè intellectum*, non eſt *VERBUM DEI* ſecundum *THEODORETUM*,) lächerliche ungereimte / zum theil auch Gotteslåſterliche Folgereyen ſchlieſſen/ (wodurch einfältige Hertzen in ihrer Andacht und Glaubens-Bekåndtnuß irre gemacht werden/) dann es bildet ſich mancher ein/ er woll ein ſonderbahre Klugheit damit an Tag geben/

den/ so aber auf eine närrische Thorheit auslaufft/ und ihm selbst zum Ar-gen mißräth. Sintemal/wer GOttes Wort nicht mit Ernst meynt / der wird nur ärger dadurch/*Syr. 33. v. 19.* Und GOtt sagt zu solchen ungezoge-nen Verächtern; **Was verkündigstu meine Rechte / und nimmst meinen Bund in deinen Mund / so du doch ZUCHT HAS-SEST/** *Ps. 50. v. 16. & 17.* Disputare sine timore Dei, est veritatem subvertere, *dicit CHRYSOSTOMUS, &* Disputationes insanæ à Sathanâ suggeruntur, *Idem Chrysostom.*

12. Es ist zwar gebotten in GOttes Wort sich zu üben / davon zu reden/ sich damit aufzurichten/damit jeder an Göttlicher Erkändtnuß von Tag zu Tag zunehmen möge. Scrutamini Scripturas, *Johann. 5. v. 39.* Forschet in der Schrifft/ nicht aber zu dem Ende/ daß jemand darinn den allweisen GOtt/ der sich nennet ein GOtt der Wahrheit/ in seinem geof-fenbahrten Wort/ meistern/ überklügeln / die Wort nach der klugen Ver-nunfft und Affen-Verstand deuten wolle / dann auch die Göttliche Thor-heit weiser denn alle Menschen/ *1. Cor. 1. v. 25.* Oder auch sich einbilden dörffe/ gleich hätte er alles gar wohl eingenommen.

13. Dann es seyn etliche Ding schwer zu verstehen/ welche verwirren nicht allein die Ungelahrten / sondern zuvorderst die Leichtfertigen / sunt Petri Apostoli verba, *2. Petr. 3. v. 16.* Ibi; sunt quædam difficilia Scripturæ Sacræ, quæ *Instabiles* depravant & detorquent. *Instabiles* autem sunt homines leves, quibus aures ad nova dogmata pruriunt, vel qui novis ac variis absurdis opinionibus gaudent. Hi quærunt (1.) aut colores, quibus suos errores pingant, aut (2.) prætextum, quo suas carnales concupiscentias defendant, aut (3.) ambitionem, quâ docti videri volunt, quasi de quâvis materia judicium ferre possent. Verùm ad suam perditionem. Nam onus erit unicuique sermo suus, pervertens VERBA DEI VIVENTIS. Es wird einem jedweden eine Last seyn/ wann Er das Wort des Lebendigen GOttes/des HErrn Zebaoth verkehret/ *Jerem. 23. v. 36.* Ideoque devitare debet unusquisque profana vaniloquia, quæ multum proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit. Ungeistlich böses Geschwätz hilfft viel zum ungöttlichen Wesen/ und ihr Wort frist um sich wie ein Krebs, *2. Timoth. 2. v. 17.*

14. Will man aber von GOttes Wort discuriren / so thue mans mit

grosser Ehrerbiethung bey nüchtern Muth / und nicht auf Bierbäncken / und in Weinschencken / oder sonst bey lustiger weltliebender Leut Gesellschafft / welche mit keiner Andacht darauff achtet / sondern nur alles / was auch offt nicht übel geredet / schlägt aus zu einem öffentlichen Gelächter / wordurch GOTT verunehret / und fromme Hertzen geärgert werden.

15. Also hat es ein Bewandtnuß / wann heutiges Tages Catholische zu den Evangelischen / und diese zu den Reformirten entweder bey Zunffts-Versammlung und deren Collation, oder sonst in Krügen und Wirthshäusern in Gesellschafft zusammen kommen / da fangen Sie an mit einander aus der H. Schrifft zu streiten / will ein jeder seine Religion aufs eyferigst behaupten / und weiß doch zum öfftern kein Theil richtige Fundamenta seiner Religion, womit Er sich schützen / vielweniger die andern eines Irrthums überführen kan / derowegen mehr Spott und Schmach der Christen bey den Widerfechtern entstehet / und werden nur halsstarriger in ihren Irrthumen / wann man mit ungewissen Gründen und Fehlsprüchen den Glauben schützet. Darum besser gethan / daß einfältige ungelehrte Leute davon gar abstrahiren / und sich dergleichen Streit-Fragen mässigen. Dann weil diese drey Religionen im H. Römischen Reich / Teutscher Nation, biß zu gründlicher Vereinigung des Religions-Streits / frey-ungescholten passiret werden / und des H. Reichs UNMITTELBAHRE STAENDE / Sie seyen Catholisch / Evangelisch oder reformirt, mit ihren Unterthanen zur Einigkeit durch den Passawischen Vertrag de Anno 1552. den darauff erfolgten Religions-Fried zu Augspurg de Anno 1555 Münster- und Oßnabrückischen Friedens-Instrument de Anno 1648. und Nürnbergischen Executions-Recess de Anno 1650. verbunden / so müssen die Gemüther ungleicher Religion durch kein Zanck- und Schmähesucht hinwieder beunruhiget / und dardurch zu neuen Mißtrauen und Empörungen Ursach gegeben werden. Dann gleichwie die Constitutio Pacis Religionis de anno 1555. dahin gehet / so wohl der STAENDE / als Ihrer Unterthanen Gemüther wiederum in Ruhe und Vertrauen zu stellen; also sollen dergleichen unnöthige Disputaten billich eingestellet verbleiben / weil damit nichts fruchtbar- und erbauliches ausgerichtet werden kan. Inmassen dann per verba Constitutionis Pacificæ der noch-währende Streit der Religion auf obgesagte Weis nicht / sondern allein

durch

durch Christliche/freundliche/ friedliche Mittel und Weg zum einhelligen Christlichen Verstand und Vergleichung gebracht werden soll. His verbis benè ponderatis nemo in conventiculis prorumpat ad inanes disputationes. Si verò DISCURSUS inter disparis religionis Asseclas in conventu quovis reputatur adeò necessarius, fugiat quilibet in quovis sodalitio verba otiosa, *quia de quolibet verbo otioso, quòd homo locutus fuerit, reddet rationem in die Judicii extremo, ex verbis enim suis justificabitur, & ex verbis suis condemnabitur, Matth. 12. v. 36. & 37.* Instituatur verò de Benignitate Dei immensâ, misericordiâ & Gratiâ universali, quâ omnes simul homines salvos fieri seriò desiderat, *1. Tim. 2. v. 4.* Nec vult aliquos perire. *2. Pet. 3. v. 9.* Quia sic dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ne vel unus, qui credit in eum, pereat, sed omnis credens habeat vitam æternam, *Joh. 3. v. 16.* Deinde continuetur discursus de fugiendo peccato, quantum quidem omninò possibile est, quia Deus iniquitatem odit, es ist dem Heiligen GOtt die Sünd ein Greul. *Ps. 5. v. 5.* Et qui perpetrat peccatum, ex diabolo est, *1. Joh. 3. v. 8.* Qui peccatorem impoenitentem laqueis suis vinctum & captivum, tanquam mancipium suum superbè, quocunque vult, circumducit, trahit ac rapit, nec tamen ideò Deus vult mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat, *Ezech. 18. v. 23.* Ideò unus alterum instruat, quomodo in verâ & infucatâ poenitentiâ & contritione cordis Deum quærere, *Christum fide salvificâ, (Rom. 3. v. 24. & 25. 1. Joh. 1. v. 7.)* apprehendere, opera carnis, quæ recensentur, *Gal. 5. v. 19. & 20.* mortificare, *Rom. 8. v. 13.* Econtra fructibus Spiritus S. impleri possit, *c. eod. v. 22. & 23.* Utpote charitate, gaudio, pace, patientiâ, benignitate, bonitate, longanimitate, mansuetudine, fide, modestiâ, continentiâ, castitate. Instruat unus alterum, quomodo conformationem, quâ huic Seculo conformes reddimur, devitemus, econtra transformationem in renovatione mentis nostræ amplectemur, ut probemus, quæ sit voluntas Dei bona & perfecta, *Rom. 12. v. 2.* Servum enim Domini non oportet LITIGARE, sed mansuetum esse erga omnes, didacticum, patientem cum modestiâ, *(ut tolerare possit malos cum mansuetudine,)* corripientem autem eos, qui obstinaciter resistunt veritati, cum voto, ut det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, ad liberationem à laqueis diaboli, à quo captivi tenentur ad ejus voluntatem, *2. Tim. 2. v. 24. 25.* Sequamur monitum AUGUSTINI, *lib. 2. contra literas Petiliani:* Diligite homines, interficite errores, sine Super-

bia de veritate præsumite, sine sævitia pro veritate certate. Ergò fiat cordiale *certamen*, de Christianâ erga proximum dilectione exercendâ, & sic placabilis erit Sermocinatio.

16. In conversatione hominum *fuge Sodalitium Impiorum.* Quis enim miserabitur incantatori à serpente percusso & omnibus, qui appropinquant bestiis? Sic nec ei quis miserabitur, qui concomitatur virum iniquum, & obvolutus est in pecatis ejus; Erit enim hic cum illo in pari causa constitutus. Meide böse Gesellschafft/dann mit dem jenigen/ der sich an die Gottlosen hänget/ und sich in ihre Sünde menget/ mit dem hat man kein Mitleyden/ wann Ihm übel gehet/ *Syrach. 12. v. 13.* Dem Thoren ist die Thorheit ein Freud/ *Prov. 15. v. 21.* Hingegen aber demselben ein Greuel/ so das Böse meidet/ *Proverb. 13. v. 19.* Es ist eben als wann ein Wolff sich zu den Schaaf gesellet/ wann ein Gottloser sich zum Frommen halten will/ *Syr. 13. v. 21.*

17. Ein scharff Gesetz schreibt vor der H. Apostel Paulus denen Corinthiern: Ihr sollet nichts zu schaffen haben (1.) mit den HURERN/ (2.) GEIZZIGEN/ (3.) ABGOETTISCHEN/ (4.) LAESTERERN/ (5.) TRUNCKENBOLDEN / und (6.) RAEUBERN/ mit denselben solt Ihr auch nicht essen / *1. Cor. 5. v. 11.* Dann das solt ihr wissen/ daß kein (1.) HURER/ (2.) UNREINER oder (3.) GEITZIGER (welcher ist ein Götzen-Diener/) Erb hab am Reich GOttes. Lasset Euch nicht verführen mit vergeblichen Worten/ dann um dieser (Sünd) willen kommt der Zorn GOttes über die Kinder des Unglaubens/ darum seyd nicht ihre (der Sünder) Mitgenossen. Nolite esse participes eorum delinquentium, *Ephes. cap. 5. v. 5.* Nam correi & complices delictorum in unâ eademq; sententiâ condemnatoria, eandem sæpius subeunt pœnam de jure, quia ex communi delicto singuli in solidum tenentur, *l. 21. §. 9. ff. de furtis & l. 51. §. ult. ff. ad L. Aquil.* Imò saltem conscii criminis in nonnullis casibus atrociter puniuntur, ut *exemplum JUSTINIANUS in §. 6. Instit. de publ. judiciis præbet.* Quilibet igitur fugiat impios, ne si particeps factus vitiorum, particeps quoque fiat pœnarum, vel ne conscius criminis teneatur deferre Magistratui; cui ad salvandam conscientiam denunciare, *ut infr. c. 36. pluribus deducetur*, nec in hoc casu timere debet impium, quem impune contemnere licet. Dann wer die Gottlosen nicht achtet/ noch Freundschafft bey Ihnen suchet/ sondern ehret die Gotts fürchtigen/

der

der wird in der Hütten des HErrn wohnen / und auf dem heiligen Berg stehen / und wird wohl bleiben nach dem Ausspruch Davids / *Ps. 15. v. 1. 4. & ult.* Ideoque monet noster Author quemvis verbis subsequentibus:

18. Halte dich zu den Heiligen: Dann bey den Heiligen bistu heilig / bey den Frommen bistu fromm / bey den Reinen bistu rein / hingegen aber bey den Verkehrten bistu verkehrt / *2. Sam. 22. v. 26. & 27.* Wer sich geselet zu den Hoffärtigen / der wird hoffärtig / *Syr. 13. v. 2.*

19. Fugiendum est *Pravorum* Sodalitium, tàm propter damnum, quòd ex contagione pessimorum hominum percipitur, quàm propter aliorum censuram. Siquidem tales tandem reputamur, quales sunt illi, quibus cum maximè conversamur. Noscitur enim ex *Socio*, qui non cognoscitur ex se.

20. In corrigendo *Sodali* tres gradus adhibendos dictitat *Sacra Scriptura*, *Matth. 18. v. 15. & seqq.* Primus est *amicæ admonitionis*, quæ nobis imperatur his verbis: Si peccavit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Fratres enim in aliqua offensione præoccupatos cum *Spiritu* mansuetudinis instaurare, & in viam reducere debemus, *Galat. c. 6. v. 1.* *Si* verò Te *NON AUDIVERIT*, *secundus gradus est*, *correctionis severioris*, *per verba*: Adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut ipsum tandem convincere possis. Nam in duorum vel trium Testium stat omne verum. *QUOD SI NON AUDIVERIT EOS*, *sequitur tertius gradus accusationis*, *DIC ECCLESIÆ*. Quod præceptum fuit temporale & in primitiva Ecclesia locum obtinuit, ubi non erat pius & Christianus Magistratus: Hodie deferuntur delicta judici seculari, *ut noster Author benè confirmat.* Non enim tantum honori personarum, sed & *MAJESTATI DEI*, cujus *Sacris* vacare debent *Sacerdotes*, indulgetur, ne molestentur terrestribus negotiis. *L. 32. §. 4. ff. de recept. arbitr.* Hinc Militans Deo, ut facit *Ecclesia*, non debet implicari negotiis secularibus, dictante *Jure Canon. c. 8. distinct. 10.* Quia Principes Gentium DOMINANTUR. (*a.*) Ecclesia verò & ejusdem Ecclesiastici non item. *Matth. 20. v. 25.*

CAPUT

(*a*) In Dominio consistit BRACHIUM SECULARE, quo nociva *Delinquentium* caterva suppliciis coercetur.

CAPUT XXIII.

De delictis Moralibus in Specie.

DAs Erste Verbrechen ist/ erdichte falsche Mährlein auf die Bahn bringen/ und durch wohlausstaffirte Lügen ein falsches Ding scheinbarlich vorbringen / welches Laster zu diesen Zeiten an den Leuten nicht gestraffet/ sondern sie gelobt und vor klug/geschwind und listig gehalten werden/ die jenigen aber / so aus Einfalt dergleichen Aufschneidern Glauben zustellen/ werden für unvernünfftig / thumm und bestialisch gehalten / derowegen billich die ersten als lügenhaffte Aufschneider von der Obrigkeit bannisirt werden sollen.

Zum andern ist auch nicht ein geringes Laster/ daß etzliche Leut allzuleichtglaubig sind/ welche alles / was von üppigen Landstreichern und umschweiffenden Leuten gesagt wird/ ohn einig Nachdencken Glauben zustellen/ und erzehlen hernacher alles vor wahrhafftig/ hingegen dörffen solche Leut ehrlichen Biedermännern / denen Sie billich Glauben zustellen sollen/ nicht glauben.

Drittens werden auch Leut gefunden/ die undanckbar sind / den jenigen/ von dem Sie Nutzen und Gutthat empfangen/ seynd aber hingegen dem jenigen danckbar/der sie in Schaden und Verderbe bringt und unterdruckt: Auch beschweren den jenigen / der sich von selbst aus liebreicher Demuth zu Diensten darstellet: hingegen thut auch der übel und unrecht bey sich selbst / der sich dem jenigen zum Esclaven macht und unterwirfft/der nicht sein Herr ist.

Vierdtens seynd die Gebrechen desto unverantwortlicher/ wenn man von denen/ so einen von GOtt und Rechts wegen lieben und ehren sollen/ Haß/ Schand und Ungemach leydet.

Fünfftens concurriren die Moralischen Gebrechen bißweilen auch

auch bey Criminal-oder Peinlichen Ubelthaten/ als Stehlen / unter Trauen und Glauben/ solche Sach/ die einem anvertrauet worden/ das ist ein Moral-und Criminal-Verbrechen / und ist bißweilen das Moral-Verbrechen viel grösser als das Criminal.

Sechstens ists ein schändlich Ding um ein Furfante , der/ nachdem er etwas verbrochen und mißgehandelt / selbiges listiglich verhölet/und sich dabey dückischer Weis anstellet/ als wiß Er nichts davon/ und darff noch darzu fragen/ was er dann Ubels gethan / als zum Exempel, wenn einer einen betrogen oder bey andern verleumdet/ und sonst übel und boßhafftig mit ihm umgegangen/ er darnach sag/ er hab sich nur mit ihm vexirt, oder ihm auf Hof-weis tractirt, oder legt die Schuld auf andere/wodurch Er offtmals den Beleidigten verleithet / daß Er die Unschuldigen anklage/und kommt darüber mit Ihnen zu Unglück und Schaden ; Ein solcher Furfante aber will nicht gern daß mans nachsage/ darum pflegt ers zu verbieten / man solls in geheim halten/und sich vor den ANDERN hüten und vorsehen/ der ihm doch kein Wasser betrübet.

Zum Siebenden ist auch kein geringes Verbrechen / wenn man einen aus falscher Deutung lobet/unter solchem Lob aber Ihm vielmehr einen schändlichen Possen mit Schaden erweisset / und darnach sich rühmen will/ man hab Ihm einen sonderbahren Dienst gethan/ und ist solch Verbrechen um so viel ärger/ wenn man dem Beleidigten noch darzu bravirt und betrohet.

Achtens ist es kein geringes Laster/ sich übermüthig / Phantastisch und insolent erzeigen/gegen die/so man naher Anverwandtnuß halben lieben/ und das Hausgesind mit Gelindigkeit regieren soll/hingegen sich demüthig/ gering und aufwärtig erweisen/ gegen andere Personen/ denen man nicht unterworffen/noch mit sonderbahrer Affection zugethan.

Neundens/ Es ist auch eins von grösten Lastern / falsche Zeitung erdichten/ schreiben und ausstreuen / entweder jemand dadurch eine Furcht einzujagen/ ihm wehe zu thun / den Negotianten ihren

Credit zu nehmen/ ins gemein jemand zu beschämen / Schlägerey und Aergernuß anzurichten. Derowegen wäre zu verordnen / daß kein Brieff/ der aus der Frembd kommt / jemand gezeigt werden solle/ wann er etwas in sich hält / daß jemand præjudicirlich seyn kan/ es sey dann vorhero von dem sittlichen Magistrat alles wahrhafftig approbirt.

CAP. XXIII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Famigeratoris proprium est, falsum spargere Rumorem.

II. Garruli proprium est, alterius dicta & facta obtrectando depravare.

III. Credulitatis delictum Credulum in dolo constituit, si vilissimo cuivis credens alterum in damnum præcipitat.

IV. Animi hominum ad credendum sunt inclinati.

V. Et nimia credulitas credulum facit trepidantem,

VI. Temperet Credulus garrulitati.

VII. Nam hæc facillimè prorumpit in FAMAM, quæ malum, quo non velocius ullum.

VIII. Frequens hodie delictum est morale, pro benefactis mali metere messem.

IX. Qui Grates existunt erga Stimulatores pro concitatione ignominiosâ, rusticis assimilantur.

X. Do-

X. Domesticorum perfidia notatur.

XI. Si cum moralibus concurrunt criminalia delicta, in domesticis mitius, in extraneis severius puniuntur.

XII. Contra Ludiones s. Irrisores remedium, quo ora calumniantia frenare possumus, præscribitur.

XIII. Debemus aurium nostrarum esse Domini, & imitari Regem ALEXANDRUM Magnum.

XIV. Mores Maledicorum Mordacium, qui scommata aculeata projiciunt, describuntur.

XV. Officium Dominorum, Maritorum, & Patrumfamiliâs in suos & domesticos depingitur.

I.

RECensentur quædam Moralia delicta ab Authore nostro, quæ appellavit particularia. Inter illa primum est *falsum rumorem spargere*, quod vitium est *Famigeratoris*, (der ein Mährlein-Träger ist/) qui assidet conciliabulis, vel potius desidiabulis, in quibus assiduè GARRIENDO & famigerando absentes (Abwesende in bösen Ruff zu bringen/) bonas horas pessimè collocat, totamque suam ætatem mentie ndo disperdere consuevit.

2. Multiloquus vana verba sectatur, & multoperè authoritatem hominum supervacanea minuit garrulitas. Hinc malunt Prudentes colloqui cum pravis hominibus linguæ potentibus, quàm cum bonis GARRULIS. Nam Garrulus est etiam obtrectator, qui non melior est serpente non incantato, eoque mordente, *Ecclesiastes c. 10. v. 11.* Ein Wäscher ist nichts besser als ein Schlang/ die unbeschworn sticht/ quia alterius dicta & facta depravat Nunquam enim deerit peccatum in multiloquio, Wo viel Wort seyn / da

gehet es ohne Sünd nicht ab/ *Proverb. 16. v. 19. Quomodo huic malitiæ sit occurrendum, docebitur in capite seq.*

3. Progredior ad secundum CREDELITATIS delictum. Cùm solus credens, viro fide digno excusetur à dolo. *Br. ad l. Titio 71. pr. ff. de condit. & demonst.* sequitur, quòd is, qui credit, cuivis vilissimo, nec potest probare rationem credulitatis probabilem, in dolo positus sit, & doli teneatur, *si credulitate sua* falsa pro veris venditans alterum in damnum præcipitat. Non enim statim *quemlibet casum conquerentibus* credendum est, vel cuilibet de facili Fides habenda, *ut verba textus in l. sicut 5. C. de fide instrument. prohibent.*

4. Sed cùm ad credendum animi hominum sint inclinati, *Tacit. lib. 1. Hist. c. 22.* Toties accipiunt longiores aures, quam par est, & Asinis assimilantur, quoties credunt non credenda, sic MIDAS, ob credulitatem nimiam, asini aures accepisse fertur. *Si Diogeniano credimus.*

5. Sic sæpius quis cum Imperatore OTTONE, humillimo cuique credulus, bonos metuens, TREPIDAT. *Tacit. lib. 2. Hist. c. 23.* Et ecce *nimia credulitas* facit *TREPIDANTEM.*

6. Si quis itaque semet vitio credulitatis deditum scit, temperet garrulitati, ne quod animo incondito credidit, ore garrulo pronunciet aliis.

7. Nam istiusmodi inconsiderati creduli spargunt & disseminant rem, licet non probabilem, & quando per ora multorum vagatur, facillimè prorumpit in *FAMAM, qua malum, quo non velocius ullum.* Nam etiam famæ mendaci sua est fides. *Tacitus de lib. 2. Histor. c. 23.* Sic nuper creduli incuriosi, ad unius forsan maledicentis culpam, Viri Nobilis & honesti bonam famam tàm diu lacerarunt, ut tandem ad unius instantiam Judicem ad captivitatem innocentis induxerint, quasi innocens parricidium in Filiam commiserit. Talia quotidie occurrunt exempla.

8. Tertium quod attinet delictum morale, est acerbum pro benefactis mali metere messem, sed apud Germanos frequens. Trüg man den Undanckbaren gen Rom/ und setzte ihn vorn Thor unsanfft nieder / so wäre aller Danck verlohren/ *Plautus in captivis: De hoc vitio memorabile reliquit tale:* Maxima pars hominum hunc morem habet, quod sibi volunt, dum id im-

id impetrant, boni sunt: Sed ubi jam penes sese habent, ex bonis pessimi & fraudulentissimi fiunt.

9. Econtra sæpius illi, qui multis incommodis & injuriis, cùm verbalibus tùm realibus afficiuntur, grates existunt contra Stimulatores pro concitatione ignominiosa, & rusticis hi possunt assimulari. Nam *rusticum, si ungis, pungit, si pungis, rusticus ungit.* Hic non tàm improbo tolerantiam, quàm quòd pro exactione perpessâ sese cum vituperio aliis submittant. Aliter *Plautus in pœnulo act. 3. sc. 3.* præsumit dicendo: Malo si quid benefacias, id beneficium interit. Bono si quid malefacias, *ætatem expetit:* id est *diutissimè durat.* Nam vir bonus (*addit Taubman ad illum locum Plautinum,*) injustè læsus non facilè placatur, quin sui doloris pœnas repetiverit. Aliud tamen *SCRIPTURA SACRA* suadet, *Rom. 12. v. 19.* quam potius sequimur.

10. Quartum, quod attinet vitium morale; tristis & miserabilis est quærela, quando cum Salvatore conqueri cogimur: Auch mein Freund/ dem ich mich vertrauet/ der mein Brod aß/ tritt mich unter die Füsse/ *Ps. 41. v. 10.* Homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, petit me calce: Ideo magna cautione opus est, respectu domesticorum, qui sub uno tectô, unâ eâdemque familiâ vivere nobiscum dignoscuntur. Audi quid Sacra Scriptura de hoc vitio judicavit. Ein jeder hüte sich für seinem Freund/ und traue auch seinem Bruder nicht/ dann ein Bruder unterdrucket den andern/ und ist ihm noch darzu leyd / daß Ers nicht ärger gemacht/ *Jer. 8. v. 45.* Ja hüte dich auch für deinen eigenen Kindern/ *Syr. 33. v. 26.* *vid. supr. c. 22. n. 1.* Vides ergò, in quo periculo quotidiè versemur. Deus enim noscit indolem depravatam, ideò fideliter nos præmoneri voluit.

11. Quintò concurrunt ad moralia delicta sæpius maleficia, aliàs criminaliter punienda. Quæritur igitur hoc casu, utrum furtum mitiori an severiori pœna sit plectendum? Si v. g. domestici nostri subvertunt nobis contra legem conventionis res sibi concreditas. Sic Filius, cui Pater pecuniam ad matrem deferendam dedit, parvâ quantitate matri numeratâ, reliquam in usus suos convertit, furtum fecisse dicitur, *l. si 15 te. 7. C. de furtis.* Nam qui res per modum contractus, vel quasi sibi concreditas intercipiunt & subvertunt, ut sunt *Depositarius, Commodatarius, Creditor pignoratitius, Conductor, Mandatarius.* Hi omnes committunt furtum, *§. 6. & 7. Inst.*

de obligat. ex delict. l. 5. §. 8. ff. commodat. l. 16. ff. de condict. furtiv. Et tamen furti pœna ordinaria laquei non : sed arbitraria mulctantur, ut testatur Germanorum consuetudo, so bey den Malefiz Gerichten beobachtet wird. De Saxonici fori observantia, *testis est Carpzov. in J. R. S. p. 4. const. 41. defin. 14.* Multò minus pœna corporis afflictiva coercentur Conjuges, Parentes & Liberi. Nam ob honorem matrimonii ac sanguinis inter has personas tàm turpem & atrocem pœnam dare lex erubuit, *l. 2. ff. rer. amotar. l. ult. C. de furtis*, sed mitior pœna pro rerum circumstantiis, utpote mulcta pecuniaria seu pœna carceris vel relegationis statuitur. Neque administratores infideles suspenduntur, ex ratione, quòd res ablatas non contrectare vel amovere dicantur, quamvis dolosè & perfidè ad alium, quàm destinatum usum, transferunt, *l. 55. §. 1. ff. de administ. & pericul. tutor.* Nequetàm magnum scandalum præbent, qui pecuniam apud se consistentem intercipiunt, quàm qui rem apud Dominum existentem propria autoritate occupant. *Ægid. Boss. in tract. criminal. tit. decret. Mediolan. vers. & ratio diversitatis.* At rectius reperitur constitutum in foro *Saxonico*, quod Quæstoribus, aliisque Officialibus, qui centum florenos subtraxisse convincuntur, pœnam suspendii decernit, quia cum furto concurrit perjurium, & sic duplex delictum committitur, *Carpzov. part. 4. const. 33. defin. 2.*

12. Loco *sexti delicti* moralis noster Author Ludiones sive Irrisores introducit, qui impudentes, & absque ulla venustate omnibus volunt illudere, & nimis facilè sibi persuadent se delectabiles esse, ac pro facetis suscipi, cùm tamen ignorantes sint, & ab omni urbanitate alieni. Contra quos optimum remedium esto hoc. *Si* quis Maledicus, præsentibus nobis, linguam suam ad alium quempiam feriendum acuat, oculorum supercilia demittamus, ut ex maledicentia ista nihil quicquam voluptatis nos capere ostendamus. Nam MALEDICUS ILLE IRRISOR non diutiùs pruritum in lingua habebit, quàm intelliget nos scalpuriginem habere in auribus, sed à calumniis abstinebit, quando ad auscultandum erimus difficiles. *Sicut* enim sagittas *Saxo* non infixeris, pari modo ille quoque malignas radices suas non inseret, nisi terram mollem *ad recipiendum* aptam invenerit. Qui enim benignas aures Maledico præstat, is illi occasionem peccandi præbet. Decludamus igitur aures nostras, atque ita effrenata Calumniatorum ora frenabimus, & apud eos, qui sani intellectus sunt, insignem laudem & fidem promerebimur. Quemadmodum verò præclarum est, nullum assensum præbere iis, quæ de aliis maledicuntur : Ita magni animi est, nihili ea facere, quæ de nobis in pejorem partem ab aliis proferuntur.

13. Præ-

13. Præterea hoc nobis debet esse propositum, ut non minùs, quàm illi linguæ suæ, nos aurium nostrarum simus Domini, imitantes *Magnum illum ALEXANDRUM*: Qui cum alio quopiam Rege bellum gerens, cum quendam ex militibus suis illi maledixisse audiret, acriter eum objurgavit: *Ideò enim*, inquit, *stipendium tibi adnumero, ut cum hoste meo decertes, non ut illi maledicas.* Idem cùm intellexisset, quosdam de se malè loqui, ne minimum quidem vindictæ signum ostendit: Sed sapienti & Regali quadam moderatione respondit: *REGIUM ESSE FACERE BENE, AUDIRE MALE.*

14. Septimum delictum est *Maledicorum Mordacium*, qui sunt scommatum ejaculatores, quorum ex ore breves quædam & aculeatæ projiciuntur orationes, quæ aliorum corda plusquam sagittæ feriunt. Hi sunt quasi Scylæi canes, qui nunc hunc, nunc illum impudenter proscindunt. Et quamvis jocando verum sæpe dicant: Propterea tamen sunt culpandi, quod animo maligno & imperioso faciant, unde & reprehensionem & odium incurrunt, suntque adeò indiscreti & insolentes, ut vel amicum malint, quàm unicum verbum perdere: Nec possunt dicta sua, aut facetiarum, aut gravitatis velo ita cooperire, quin malitia ipsorum detegatur.

15. Octavum vitium est Dominorum, Maritorum & Patrumfamiliâs proprium, qui abutuntur dominicâ, maritali & patriâ potestate, contra divina & humana jura, (1.) contra uxores, quibus non cohabitant, secundum æquanimitatem, ut Vasculo infirmiori, eidemque muliebri non honorem impartientes, *1. Petr. 3. v. 7.* Sed amaritudine tractant illas, *Coloss. 3. v. 20.* (2.) Si Patres provocant ad iracundiam filios suos, quos educare debebant in disciplina & correctione Domini, *Eph. 6. v. 4.* (3.) Si Domini in servos semper spirant minas, easque nullo tempore remittunt, oblivíscentes, quòd & illorum DOMINUS sit in cœlis, apud quem nulla est acceptatio personarum, *d. c. 6. v. 9.* Negligunt sæpius præstationem alimentorum, ad quod debitum tamen persolvendum à Magistratu cogi possunt, *l. 3. C. de alend. liber.* Et sunt INFIDELIBUS deteriores. Qui enim suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, & deterior est INFIDELI & Pagano, *1. Timoth. 5. v. 6.* (4) Contra pietatem tractant domesticos, quod fieri non decet, *l. ult. ff. si quis à parent. manum.* Quia intollerabilis potestas solvit Jura Familiæ, *d. l.* Et cùm Patres dicantur facere contra naturales stimulos, si filiali cura se saltem excusare putaverint, *l. 36. ff. de excusat. tutor.*

Quid

Quid de illis dicendum, si LEONES sunt in domo sua: Hi enim evertunt Domesticos suos, & sibi subjectos opprimunt, *Ecclesiast. c. 4. v. 35.* Sind Löwen in ihren Häusern/und Wüeteriche gegen ihr Gesind. Hingegen gedultige Schaafe wider die/ so ihre Hausgenossen vergewaltigen und beschimpffen/ welche Sie doch vertretten und vertheidigen solten/ *de hoc vitio vide infra c. 31. n. 10. plura. de Vitio nono, vid. in seq. & 48. cap.*

CAPUT XXIV.

De modo in falsum Rumorem inquirendi.

Vom Process, wie man hinter falsche Zeitung/ neue Mähr und üble Nachrede gelangen könne.

WAnn sich jemand beleydigt befindt durch falsche Zeitung oder durch eine Schrifft/ item durch böses Geschrey (Gerücht) und Mähr/ so fasse er den ersten an/ und laß ihm vor der Obrigkeit den jenigen nennen/der es ihm gesagt hat/ solcher Sager werde ferner dahin angehalten/ daß er seinen Mann anzeige/ dieser nenne den Dritten/und der Dritt den Vierdten/ biß man den Tichter der neuen Zeitung finde/der dann davor zu halten/ wann ers auf keinen andern bringen kan/und ist als ein öffentlicher Diffamant und Ehren-Dieb zu bannisiren. Es ist aber auch der falsche Mährlein-Trager und Nachsager willkührlich zu bestraffen; damit solche Wasch-Mäuler und Pasquillanten gleichfals in Zaum gehalten werden mögen.

CAP.

CAP. XXIV.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Famigeratorem calumniosum, Plautus appellat Scurram.

II. Qui procaci suâ dicacitate quemvis Nasutum & Sciolum vincit.

III. Famigerator peccat contra jus civile, quo nemo debet cum discrimine alienæ existimationis vagari.

IV. Clam deferentes falsa crimina, impunes non abire debent.

V. Sed quia calumniator tribus simul personis unâ operâ nocet.

VI. Jure Canon. in pœnam flagellationis incurrit.

VII. Imò, si crimen majus, cujus pœna superat flagellationem, objecerit, jure talionis eandem pœnam sustinere cogitur.

VIII. Discernuntur injuriæ privatæ à publicis, & calumniator apertus à clandestino.

IX. Sed omnes hodiè mitiori animadversione tractantur calumniantes.

X. Tandem describitur ordo inquisitorii Processus con-

tra famigeratorem calumniosum secundum Authoris nostri sententiam.

XI. Juri civili congruit consilium Plautinum de indagandis famigeratoribus.

I.

DE Famigeratore calumnioso pauca præmisimus, *c. præced. 23. n. 1.* Plautus eum ob procacem dicacitatem nominat *Scurram in Trinummo, act. 1. scen. 1.* Quo nihil esset stultius aut stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis, neque confidentiloquius, neque perjurius. Er beschreibt einen verleumderischen Mährlein-Träger/ daß er sey einer von den närrischten und alberslen Menschen/ ein grosser Lügner/ und dabey arglistig/ ein Großsprecher/ und wisse seine Blasferey hoch zu betheuren/ schwehr aber allzeit dabey falsch.

2. Comparat quoque Dicaces calumniatores Nasutis & Sciolis, nemlich Sie wären so nasenweiß / daß Sie von allen Dingen wissen / in das Verborgen sehen/ und das Geheimnüß aller menschlichen Händel erforschen wolten/ per verba:

Quia omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt.
Quod quisque in animo habet aut habiturus est, sciunt.
Sciunt id, quod in aurem Rex Reginæ dixerit.
Quæ neque futura, neque facta sunt, tamen illi sciunt.
(Et quod ad nostrum scopum maximè conducit,)
Falson' an verò laudent, culpent, quem velint.
Non flocci faciunt, dum illud, quod lubeat, sciant.

Mit einem Wort davon zureden/ seynd es solche Vögel/ die absonderlich/ wann Sie die Nasen begossen/ ihre Weißheit sehen lassen / und offt Unschuldige durch die Hechel ziehen/ imputiren ihnen viel unguthliches / und

achten

achten nicht darauff/ obs wahr oder falsch/ nur soll mans Ihnen/als klugen Leuten/zutrauen/weil Sie es nach Ihren tollen Gefallen allein wissen wollen/so muß es ja auch also und nicht anders seyn: Wollen aber dabey kein Nachred haben / diese seyn eben die rechten Gesellen.

3. Aliud imperant JURA CIVILIA in *l. prætor. edixit 7. pr. ff. de injuriis. per verba:* Nemo debet vagari cum discrimine alienæ existimationis. Es soll niemand sich mit eines andern Leumuth liederlich tragen / weniger dessen Ehr und Glimpff/ Leben und Wandel zum Argen durchsuchen und verleumden/ sondern vielmehr/ wann er etwas Gründliches weis/ welches zu offenbahren ihm zustehet/ der Obrigkeit Part davon geben.

4. Nam Delatores, qui clam crimina deferunt, factum hoc clandestinum impunè non ferent, quia detrahunt bonæ famæ proximi, & si non à Magistratu, à Deo tamen punientur.

5. Calumniator tribus personis eâdem operâ nocet: (1.) Proximum injuria afficit. (2.) Auditores veritate privat. (3.) Conscientiam suam atrociter sauciat.

6. *JUS CANONICUM* in eum statuit *Pœnam Flagellationis*, per verba: Qui in alterius famam publicè scripturam aut verba contumeliosa confinxerit, & repertus Scripta non probaverit, FLAGELLETUR, vel verberibus castigetur, & qui ea famosa *Scripta* prius invenerit, rumpat, si non vult Auctoris (facti hujus famosi) causam incurrere, *cap. 1. cauf. 5. quæst. 1.*

7. Qui verò durius crimen, *cujus pœna superat flagellationem*, falsò objecerit, calumniâ non probatâ, pœnam debet incurrere eandem, quam si probasset, reus de jure sustineret. *C. quia juxta 3. cauf. 5. quæst. 6.* Et in hoc congruit cum Jure Civili, quô similitudo supplicii calumniantes ad vindictam postulat. *l. ult. C. de Calumniator.* Si unus ex Clericis calumniasse repertus, potest privari beneficio, ab eodemque removeri pro calumnia, *d. c. 3.* Ut ab omni communione Christiana sit extorris, *c. Epiphanium 4. & c. 1. cauf. 5. quæst. 6.*

8. Est itaque summa injuria innocentem traducere, sive *verbis*, sive *Scriptis*, quod posterius, ut est atrocius ita magis abominandum, & si fuerint

rint Scripta publica, præ privatis augent delictum. Hinc tenentur injuriarum *Atrocium*, qui libello dato Principi famam alienam insectati fuerint, *l. 15. & 29. ff. de injuriis.* Semper autem sincerior est ille delinquens, qui *coràm* calumniatur, quàm qui *in Secreto* spargit calumnias: Hic fugit lucem, ille præbet ansam inquirendi in veritatem convitii, ut plectatur.

9. Sed proh dolor! omnes hæ pœnæ in desuetudinem ferè abiverunt, proinde calumniatoribus per mitiorem animadversionem, calumniarum janua latè est aperta, de qua materia *infra c. 48. plura audiemus.*

10. Sed cùm sub hoc capite principalis sit quæstio *de inquirendo FALSO RUMORE* per calumniosum famigeratorem sparso, remanet, ut describamus ordinem inquisitorii processus. Hunc, quem Autor noster quoque requirit, *PLAUTUS in Trinummo act. 1. scen. 2. v. 180. exactè delineavit his verbis:*

Quòd si exquiratur usque ab stirpe Author,
Unde quicquid auditum dicant, nisi id appareat,
Famigeratori res sit cum damno & malo:
Hoc si ita fiat, publico fiat bono.
Pauci sint faxim, qui sciant quod nesciunt.
Occlusioremquè habeant stultiloquentiam.

Erstlich soll man den jenigen/ so man am ersten über einer falschen Nachred betrifft/ antasten/und pro Authore so lang halten/biß Er seinen Mann/ von dem Ers gehört/ vorstellig gemacht: Dann es ist nicht gnug/daß ers von andern gehört haben will/sondern muß ad speciem gehen / und den auditum apparenter darthun/damit der Author à stirpe, das ist/uhrsprünglich/ wann es auch gleich solte vom ersten / andern / biß auf den zehenden Mann devolvirt werden/doch endlich erkundiget werden möge. Kan aber der Famigerator seinen Mann/ von dem ers gehört/ nicht nennen noch darthun/ oder da er ihn nennt/ und der ander ihme nicht gestehen will/ v. g. wann ers Ihm sub conditione, daß ers nicht geredet haben woll / eröffnet/ so muß er selbst davor stehen / und wann er dann einmal vor sein unbesonnenes Gewäsch gebüset / habebit in posterum occlusam stultiloquentiam, wird Er seinen Mund ins künfftig vor solcher thorlichen Plauderey verschlossen halten.

Et hoc

11. Et hoc ipsum, quod Plautus suggessit, juri civili non est incongruum. Nam si quis affirmaverit & docuerit se à viris fide dignis audivisse, quòd diffamatus TALE crimen commiserit, nec probaverit id, dolus & animus diffamandi contra ipsum præsumitur, *Harbrecht per L. 1. C. de advocat. divers. disp. 16. in fin.* Nam ut rumorum incertorum Authores curiosi, & novarum rerum percunctatores olim suppliciis esse coërcitos, *LANGLÆUS lib. c. 11. cui sen. est.* docet; ita hodiè impunes non abirent, modò esset Magistratus moralis constitutus, ut requirit noster Author. Interim putarem, sufficere pœnam, si includerentur cancellis ferratis. Man setze solche unbesonnene Tropffen in ein eisernes Gitter auf öffentlichen Marck / und lasse ihr Thorheit ein Tag lang büssen / so werden sich andere eines Bessern bedencken.

CAPUT XXV.
De Sobole & Posteritate Degeneri.
Von Kindern und Freundschafft / so aus der Art schlagen.

MAn nennet einen ein Verräther oder Veruntreuer seiner selbsten und seines Geblüths / wann ein Mensch solche Thaten und Händel begehet / die seinem Geblüt und Qualitäten übel anstehen und unziemlich sind / als wenn er mit leichtfertigen Leuten umgehet / die Gütter seiner Vorfahren verschwendet / aus dem Geschirr schlägt / der gantzen ehrlichen Freundschafft mit übel-anständigen ungebührlichen Thaten und üppigen Leben Schimpff und Schand zuziehet / derselbe ist nicht mehr werth vor einen Sohn / Freund und Anverwandten erkandt zu werden / sonderlich wann Er in seiner Boßheit so weit gelanget / daß Er die Freundschafft mit Schimpff-Anlegung betrohet / wann die Befreunde Ihm nicht geben wollen / was Er begehret: Ein solcher liederlicher Tropff ist gefänglich zu setzen / und kan man ihm / gestalten Sachen nach / den Namen des Geschlechts wegnehmen.

Und ist hier zu mercken/ daß niemand mit grösserer Sicherheit Verrätherey anstifftet/ Aergernuß gibt / und Meuchelmord begehet/ als ein Nächst-Anverwandter an dem andern/ der sich alles Guten versiehet / derowegen die Obrigkeit ein scharffes Einsehen haben soll.

CAPITIS XXV.

Exegesis annexô Judiciô.

Summaria.

I. Soboles, quæ Majorum virtutibus non respondet, sed vitiis dedita, perdere debet nomen Gentilitium,

II. Vel debet detrudi in Ergasterium aliquod disciplinabile. Ungerathane Kinder gehören ins Zucht-Haus.

III. Datur consilium extrudendi Ergasteria plura.

IV. Licet semen Virtutis etiam propagetur in natos.

V. Fieri tamen solet, ut etiam degenerent & feris ipsis deteriores efficiantur.

VI. Inquiritur in causas degenerationis, quarum quinque recensentur,

I.

QUi non respondent majorum virtutibus, sed deflectunt ab inclita familia, avitas opes consumunt, & aggregantur pessimorum sodalitio, qui concussionis crimine, vel parentes vel Agnatos terrent,

rent, ab iisdemque vel pecuniam aliasve res, injecto terrore, extorquent, hi meritò genere excidunt, & perdunt nomen gentilitium.

2. In nonnullis locis Germaniæ mancipantur perpetuo carceri, vel ad operas publicas damnantur, & in Ergasteria disciplinabilia detruduntur, ubi bene castigantur segnes, werden in die Zucht-Häuser gethan. Utinam ejusmodi *ERGASTERIA* in Germania frequentiora essent! sed vel unum & alterum saltem invenitur.

3. Extruantur igitur ERGASTERIA in uno quovis Circulo Rom. Germ. Imperii, si non duo vel saltem unum, quæ nefariam scelestorum colluviem recipere possunt, ne GERMANIA tandem malè audiat, quod progeniem deperditam non castigaverit, & ipsa subire cogatur pœnam impunitorum, quos in sua effrenatâ licentiâ multos dimisit.

4. Licet semina virtutum, plerumque ab Heroicis & piis parentibus in natos propagentur, secundum illud HORATIANUM: *FORTES CREANTUR A FORTIBUS ET BONIS*: Was einer für ein Mann gewesen/das findet sich an seinen Nachkommenen / *Syr. 11. v. 30.* Weil der Apffel nicht weit vom Stamm fällt: Dann ein guter Baum bringet gute Frucht/ *Matth. 7. v. 18.* Inprimis si accesserit bona disciplina, & quando Parentes ad Exemplum ABRAHÆ seriò præcipiunt filiis suis, & domui post se, ut custodiant viam Domini, & faciant judicium & justitiam; Daß Kinder und Nachkommen thun was recht und gut ist/ *Gen. c. 18. v. 19.* Sic erat Tobias junior filius boni & optimi parentis. *Tob. 7. v. 7.*

5. Fieri tamen solet, ut Nati in heroica familia ex parentibus, quorum fuit excellens virtus, prorsus degenerent, & feris ipsis deteriores efficiantur, secundum illud: HEROUM FILII NOXÆ.

6. Quare autem hoc fiat, rationem (1.) suppeditat Deus, dum inquit: *Ego sum Deus fortis & Zelotes, visitans iniquitatem Patrum in tertiam & quartam generationem.* Nam sæpè multa sunt *Parentum Heroicorum arcana Peccata*, quorũ pœna latius vagantur per *posteros*. Neque (2.) Deus vult sua dona alligata esse ad successiones familiarum & propagationem carnalem. Si hoc fieret, tunc homines putarent ea necessitate id fieri, & ita Deum hujus rei Autorem non facerent, sed potius

tius eum contemnerent, & ad causas secundas alligarent. (3.) Natura facta est languidior in hac mundi senectute, quia secundum HORATIUM: *Ætas Parentum pejor Avis, tulit nos nequiores, mox datura Progeniem vitiosiorem:* Accedit (4.) quòd pueris per alimoniam lactis nutricum mores improbi sæpius infundantur, quò minùs parentum vestigiis incedere possint. Et (5.) denique neglecta disciplina dissolutam reddit sobolem, nam sicut equus indomitus evadit durus: Sic filius remissus evadit præceps. *Ecclesiast. c. 30. v. 8.* Proinde *Ecclesiasticus* præmonet unum quemvis patrem, his verbis: *NE DES FILIO POTESTATEM IN JUVENTUTE, NEQUE EXCUSES STULTITIAM EJUS, c. eod. v. 11.* Curva cerviocem in juventute & tunde latera, h. e. insta verbere torto, ne fortè indurescat obstinacitate, quæ tibi dolorem animæ adaugebit. *v. 12.* Frangas enim citius quàm corrigas, quæ in parvum induruerunt, *secundum Quintilian.* Multum enim refert, ut à cunabilis assuescat bonis moribus. Nam ASSUEFACTIO GENERAT CONSVETUDINEM, quæ esse solet altera natura, quod denotant Canes LYCURGI nostri dissimili ratione educati, *Plutarchus de liber. educand.*

CAPUT XXVI.

De Vitiis Aulicis: Deque falso Internuncio & Mandatario fictitio.

Also ist eine grosse Untreu / so einer Verrätherey gleich zu schätzen/doppelt falsche Bottschafft von einem zum andern tragen/ als zu einem gehen in eines andern Namen / aber fälschlich/ ohne Befehl und Vorwissen dessen / so ihn nicht abgeschickt/ und zu dem andern von dem ersten falsche Bottschafft bringen/damit der eine glaub/ daß der andere ihm zum Zanck und Schlägerey Ursach gegeben.

Also gehet es leyder bey Herrn-Höfen/ daß mancher Aulicus ihm eine falsche Commission erdichtet/ gleich hätte die Herrschafft diß und jenes gesagt / und zu verrichten anbefohlen/ woran Sie doch

niemals

niemals gedacht/ unterdessen machen sie sich groß bey den Leuten intimidiren die Unschuldigen/ und wollen sie in ein Bocks horn treiben. Also pflegen auch die Hof-Leut (mit ihren vielfältigen Gebrechen) groß Aergernuß zu geben/ und ihr Unkraut auszusäen / dabey Sie sich einer listigen Art / und sonderbahren Grieffs gebrauchen / daß offtmals der Beleidigte/ den ihm zugefügten Unwillen / Schimpff und Trangsal nicht kan mit Worten aussagen noch beschreiben. Die Moralische Obrigkeit aber werden und sollen in ihrem Gewissen das Aergernuß und zugeführt Unrecht wohl verstehen und straffen. Sed quando tandem!

CAP. XXVI.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Impii Nuncii Supplantatio reprehenditur.

II. Improbi homines in Aulis, ut Procuratores Mundi, institutoriam Vitiis operam navant.

III. Eorum acta & gesta recensentur.

IV. Dissidiorum sunt Seminatores.

V. Episcopus Vulturariensis, Dn. MAJOLUS, praescribit memorabilem notam, quâ Princeps Consiliarios & Aulicos bonos & reprobos judicare & discernere possit.

VI. Ingenium confidentioris Ministri, in quem prae caeteris Princeps fidem ponit, describit.

VII. Dn. Majolus, quam reportat pro veritate mercedem ab Aulicis?

VIII. Aulicorum lenocinia non minùs arcerbè perstringit *Barclajus*.

IX. Aula Regis Israëlitici, pientissimi DAVIDIS, purgatur ab hominibus malis, & quomodo?

I.



Mpius NUNCIUS facit in malum incidere eum, cui falsa annunciantur, *secundum Salomonem, prov. 13. v. 17.* Ein gottloser Bott bringet nichts anders als Unglück.

2. In aulis Pricipum nihil aliud sunt improbi homines, quàm mali nuncii & Procuratores, quos ibi mundus habet, ut institutoriam vitiis navent operam.

3. Omnibus adulantur, omnibus parasitantur; plures quàm Proteus formas mentiuntur, quò Potentiorum favorem sibi concilient. Convivari, sermones explorare student, ut habeant, quod renunciant.

4. Dissidentium secretos rumusculos vulpinâ astutiâ inquirunt, eosdemque nunc ad amicos, nunc ad inimicos perferunt, utrisque se gratos præbentes, dum sunt utrisque perfidi, neque magis sunt proditionibus idonei, quò minus ob imaginem simplicitatis habentur suspecti. Et quamvis nullum facinus sceleratius habeatur quàm PRODITIO, nullum tamen ad divitias & dignitates comparandas utilius ipsis ac compendiosius esse sibi persuadent. Verùm, sicut belli concitor supplicio ultimo afficitur *à Cacina. Tacit. l.1. Histor. c. 68.* Sic duelli & rixarum Autor impunis non erit, sed eam pœnam subire debet, quàm ambo, quos mendaciis ad rixam & arma evocavit, dependere solent. *Ut de materia duellorum, eorundemque pœnâ, infra c. 42. plura videbis.*

5. Consiliarios & Aulicos PRINCEPS judicet bonos & irreprehensibiles eos omnes, qui *nihil nebulosum, nihil fallax, nihil simulatum, nihil improbum aut malevolum fucatumve* referunt, quod relatum vita eorum aut fama, aut mores refellere possit. *ALEXANDER Severus Imperator AMICOS (intellige ministros fideles qui sunt* (modò credere velis,) *AMICO-*

MICORUM loco,) ſi malos comperiiſſet, punibebat, eosdemque punitos dimittebat, dicens: *His carior eſt mihi Republicâ*: Hoc Principium dijudicativum, niſi Princeps obſervet, (*non ſunt mea, ſed Reverendisſimi Epiſcopi Vulturarienſis, Dn. Johannis MAJOLI verba*,) Aula ipſius nihil aliud erit, quàm famoſorum nebulonum conventus, theatrum pesſimorum Satellitum, morumque corruptisſimorum ſchola, & execrabilium ſcelerum Aſylum, ubi ſuperbia, faſtus, tumor, rapacitas, libido, luxus, livor, ira, crapula, violentia, impietas, malitia, perfidia, dolus, malignitas, crudelitas, & quæcunque uspiam ſunt vitia, moresque corruptisſimi, habitant, imperant atque regnant: ubi ſtupra, raptus, adulteria, fornicationes, Aulicorum ludi ſunt: PROBUS QUISQUE ILLIC OPPRIMITUR, pesſimus quisque provehitur, ſimplices irridentur, juſti vim patiuntur, audaces & impudentes eriguntur, ſoli illic proſperantur Adulatores, Suſurrones, Detractores, Renunciatores, Calumniatores, Sycophantæ, Pſeudoli, Famicidæ, Supplantatores, Inventores malorum, ceterique tempeſtatum populi, quibus perverſisſima quæque facinora in profeſſo ſunt: Quorum vita omnis turpisſima; Quicquid uspiam eſt teterrimarum beluarum perverſitatis, tota hæc & omnis in aulicum iſtum gregem, quaſi in unum corpus, confluit. Videas ibi Thraſones, qui faſtu, luxu & pompa inſaniunt: Induti purpurâ & byſſô, & opere plumariô, veſtibus deauratis & circundatis colorum varietate, quibus

Scorta placent, fracti curvique è corpore greſſus.
Et laxi crines, & tot nova nomina veſtis.

Hi vires omnes in venere frangunt, dum illorum ingenioſa gula eſt & guſtus, per omnia cultum quærunt, epulantur ſplendidè, dant & accipiunt Convivia. Ad iſtos undique confluunt Citharœdi, Tibicines, & omne genus Muſicorum, Mimi, Hiſtriones, Paraſiti, Meretrices, Lenones, Saltatores, Venatores, & hujusmodi prodigia hominum: *Hæc inter ſemetipſos*.

6. Quòd ſi verò cuivis illorum Princeps aut Rex arriſerit, & ad id, quod loquitur, annuat, ſi gratum quid, quod dixerit aut fecerit, ſi illi quid crediderit, ſi illum confabulatorem, ſecum ſecretò abduxerit, atque alios non ita; profectò, magnus tunc eſt ille in oculis hominum, jamque omnia audet, mordet omnes, ridet omnes, flocci pendit omnes, detrahit clanculum, reprehendit palam, loquitur grandia: Nihil non audet, quo metuant eum omnes: Conculcat inferiores, contemnit pares, ſuperiores dedignatur, ho-

norem & adorationem exigit, etiam per contumeliam totus tumet & effertur, & potentiam adfectat. *Neque ii* tunc solùm paribus inferioribusque infesti sunt, sed & PRINCIPIBUS ipsis sæpe perniciosissimi, quibus *Veritatis, Prudentiæ, Correptionis & Consiliorum IMAGINE* perditissimè adulantur, & in nefanda scelera sæpissimè impellunt, si non impellunt, *suadentes* hortantur, si non suadent, sic dissuadent, ut fortius impellant, dum rationes suas tàm futiles ac infirmas opponunt, ut sic se convictos passi credulorum Principum confirment errorem, utrobique sic decipientes, ut non possint argui, sed de *Proditionis* perfidiâ insuper gratiam mereantur.

7. Miror ego experientiam sanctissimi Episcopi, qui hactenus Vitia Aulicorum Moralia tàm exactè enarrare potuit. Alii qui hæc vel non intelligunt, vel intelligunt quid dixerit, reponunt: *EPISCOPUM* in diebus canicularibus suis insanâ laborâsse rabie, tantum pro veritate aculeum relinquunt, ut olim *Pontius FESTUS*, Præses Galilææ, *APOSTOLO PAULO* respondit magnâ voce: *INSANIS PAULE, MULTÆ TE LITERÆ AD INSANIAM CONVERTUNT. Actor. 26. v. 24.*

8. Aulicorum lenocinia non minùs acerbè perstrinxit Barclajus *in Argenid. lib. 3. c. 11. his verbis:* Ita seculum fert, ut immodicis laudibus apud Reges omnes hodie fiant *Poëtæ*, quando *Poëseos* Genio ad aurium voluptatem exerrant extra verum & blanditiis suis *Reges* fallunt. Nascuntur enim ferè omnes eo fato *Principes* viri, ut aliquid saltem pennarum ad hunc *(adulationis)* viscum relinquant, *quo capiantur, deest saltem hodie fidelis aliquis DUNALBIUS, qui publicæ rei studio motus* utrosque publica dehortatione in viam redigeret, *his verbis:* Ita improvidi CIVES *(a)* dum vilitate laudandi unusquisque Regum vitia ad amicitiam solicitatis, vos simul & illos miserrimos fieri non sentitis? Quanto enim incommodo vestro imperantes sic fingitis, ne quid eos pudeat: Sed licentissimè assuescant seipsos amare & mi-

(a) Utinam essent cives. Cives enim licet improbi fuerint homines, Reipublicæ tamen sunt studiosi. *Aristot. l. 3. politic.* Sed sunt Advenæ, qui plerumque (in Aulis) temporaneam moram agunt, non habentes domicilium, quasi confestim sint profecturi, *l. hæres 19. §. proinde 2. ff. de judiciis.*

& mirari, utiq; postquam diu omnes eorum affectus vestræ adulationi & præconiis consecravistis. *Proh* facinus! opulentissimæ venationis genus est, explorare intimos regum motus, quò eos *NATVRA*, quò *CVPIDITAS* vocet, mox non Diis, (*Vnico Trinuno Deo*,) non Hominibus æstimatis, quicquid amant aut volunt impensè commendare; vel ut similitudine morum atque sermonum iis placeas; vel ut solvas eorum verecundiam, & gratias tibi debeant, quòd molliveris vitæ speciem, quam ad vitia ducentem obsitamque *Infamia* vel *Pudor* prohibeat experiri. Quid miremur Principes violentâ adulationis procellâ inclinatos, quò sponte jam volunt iis vocibus credere, quas solas (soli) accipiunt? *Præ*sertim nemine ruinam sustinente, ad quam tanta vis impellit. Nam illi *SAPIENTES*, quos negotiis adhibent, *seu verentur frustra monere*, *seu medicamentum*, quamvis (laboranti) infundat salubritatem, tamen *ingratum esse sciunt*; *His vulneribus* (proh dolor!) *non adhibent manum*; Aut certè vitia distinguunt, quibus seipsum Rex maculat, ab iis, quibus perdit Rempublicam. Et contenti utcunque mederi publicis, non restituunt *P*rincipi oculos, quibus ipse suam sortem & blandientium fallaciam damnet. Quis familiarium, sapienter Reges admonuit, si *aviditate æris* infames sunt, *si nimio venationum studio* amittunt reipublicæ curam; aut eum *libidinis suæ exemplis* inficiunt sæculum, vel *inconsultis amicitiis* publicam invidiam concitant? Laboramus etiam virtutum nomina his cupiditatibus fœdare (*b*) *Cura futuri*, *laborum assuetudo*, *Comitas*, *Liberalitas* appellantur. Nec vitia illa tantùm, sed etiam leviora, in his adolescunt mendaciis &c. Neque pudet istos (Aulicos) effusissimæ fraudis, neque *P*rincipes quoque indignantur, quòd sibi tam procaciter fuerit illusum, quantum à Comœdia distat hic ludus! (*Ficta enim laudes semper ingeruntur, omnia sunt personata*: *Verba, Corpora*, *Sortes, Ministeria, Officia, Functiones, Actiones, Simulata sunt quævis*) cum sc. utrobique in os laudes, quos apud te protervo contemptu, tanquam vanos aut pueriliter captos, derides? Quod nisi majorem Regibus genium, quàm qui populum informat, Deus dedisset, quotusquisque ex his plagis evaderet; quæ vel ipsâ consuetudine placent, quia nascentium cunas circundant, nec eas, proh dolor! meminerunt

(*b*) Non enim erubescimus vitiis nostris nomina etiam pietatis obtendere. *Hieronym, in Epistol. advers. Vigilant. Tim. 2. oper. p. 126.*

nerunt sibi poni? *Hactenus* BARCLAJUS. An verum vel falsum sit, *quod quasi ex somnio enarravit iste Politicus, non opus est mihi inquirere.*

9. Verùm, quicquid sit, non aliud de Regimine Davidico dicitur, quàm quòd Rex Israelis pientissimus purgaverit aulam suam à malis hominibus, Ps. 101. **Ich hasse / sagt der Königliche Prophet David / den Ubertretter / und laß Ihn nicht bey mir bleiben / ein verkehrt Hertz muß von mir weichen / den Bösen leyde ich nicht. Der seinen Nächsten heimlich verleumbdet / den vertilge ich. Ich mag deß nicht / der stoltze Geberden und hohen Muth hat. Meine Augen sehen stets nach den Treuen im Lande / daß Sie bey mir wohnen / und habe gerne fromme Diener / falsche Leute halte ich nicht an meinem Hof / die Lügner gedeyen nicht bey mir / früh vertilge ich alle Gottlosen im Land / daß ich alle Ubelthäter ausrotte.** Hæc Regiminis forma, inter omnes alias, dum stetit Mundus, Deo placuit sola.

CAPUT XXVII.

De proditione Secretorum & Pacti occulti violatione.

WAnn Mann und Weib / ein Freund und Verwandter mit dem andern / (wie es seyn soll /) vertreulich umgehet / wann Ihm auch einer einen Freund / zu dem Er Zuneigung freywillig erwehlet / dem er seine Heimlichkeit offenbahret. Item, wenn **ein Haus-Herr Hausgesind annimmt / dem Er sich vertrauet / diese alle tretten gleichsam miteinander in einen heimlichen Bund / daß keines mit dem andern übel oder betrüglich handeln / und kein Heimlichkeit offenbahren wolle; Wer aber nun solches thut / der bricht den Bund; also auch / wenn sich einer stellet / als sey er des andern grosser Freund / und hernach ihm Leyd und Verdruß thut / diese alle sind Verräther und Veruntreuer des Geheimen Bunds und guten Verständtnuß.**

CAP.

CAPUT XXVII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. *Proditio Secretorum* insanabile est delictum, quod abigit amicos aliàs arctissimos.
II. *Proditionis* vox variè accipitur.
III. Sunt *Proditiones* amicitiarum.
IV. Et Conjugalium Secretorum.
V. Maximus est Proditor, qui suorum est hostis.
VI. Filius, qui patrem offendit, pietatis religionem violat, & hæc proditio non est minor.
VII. Domi tot hostes, quot sunt servi, & horum proditio est atrox.
VIII. Proditoribus omnibus est commune, per benevolentiæ fucum fallere.
IX. Cautio prohibitiva, ne liberis & domesticis omnia credamus, injungitur nobis à Jure Civili, fierent enim aliàs Secretorum nostrorum renuntiatores.
X. Imò delatores criminum.
XI. Quæ criminis delatio à familiaribus facta olim gladium habebat Ultorem.
XII. Quid remedii supersit contra evulgationem Secretorum

rum, docet Sacra Scriptura & Exemplum Græci cujusdam imitandum.

XIII. Proditores Patriæ incidunt in crimen perduellionis.

I.



Mnia sanabilia sunt, præterquam contumelia, contemptus, fraudes ac *Proditio Secretorum.* Hæc sunt, quæ abigunt amicos etiam arctissimos, *Syr. 2. v. 22.*

2. Proditionis vox ab authore nostro variè sumitur, & prodere significat vel amicum deserere, vel eundem decipere, vel ejus propalare occulta. *Sic Cicero 4. Acad. benè distinxit.*

3. Et Amicitiarum proditiones *esse deduxit.* Sic jurejurando non stare, est prodere fidem.

4. Nullum arctius est vinculum quàm conjugii, quô maritus & uxor consortes sint omnis vitæ, inter quos etiam divini & humani Juris communicatio fit, *Modest. in l. 1. ff. de nuptiis.* Contingit tamen nonnunquam, ut sit unus alteri proditor, verùm cum summo animæ periculo. Nam inclinatur ad mortem domus mulieris, quæ relinquit ducem vitæ suæ, & pactum Dei obliviscitur. *Proverbior. 2. v. 17. 18.*

5. Omnium communis est inimicus, qui hostis est suorum, *testante Cicerone, l. 1. accus.* Et sic est *maximus PRODITOR.*

6. Filius, qui patrem offendit, pietatis religionem violat. *l. 18. C. de inoffic. test.* à Filiis tuis cave, & à domesticis tuis attende. *Ecclesiastic. 32. v. 26.*

7. Cave tibi etiam à mancipiis, quæ nec amicitiam nec fidam societatem colere solent. Hinc in proverbio dici consuevit : *DOMI TOT HOSTES ESSE QVOT SERVOS. Bodin. l. 1. de Repub. l. c. 5.*

8. Pro-

8. Proditoribus omnibus hoc est commune, *per benevolentiæ fucum*, ut dum illis fiditur insidiari, *ut rectè Suidas*, eum, qui ejus generis est, in verbo λαίθαργος, cum cane latenter mordente, comparat, σαίνεις δάκνουσα καὶ κύων λαίθαργος. Mulces cum mordes, ut canis clandestinè mordens.

9. Cautio prohibitiva probè attendenda nobis injungitur à Legibus, ne liberis & domesticis omnia credamus, den Hausgenossen soll man nicht zu viel vertrauen/ qui cum arcana probè sciunt, sæpius non malitiâ ac dolô, imprudentia tamen & inconsideratâ levitate produnt, & fiunt *Secretorum nostrorum renunciatores*, simulque sæpius convertunt rem aliter gestam. Nam clandestinis & domesticis fraudibus facile quidvis pro negotii opportunitate confingi, vel è contra id, quod verè gestum, aboleri potest, *ut loquitur Imperator CONSTANTIUS in L. data 27. C. de donation.*

10. Si autem concredimus omnia indistinctè, facile quoque contingit, *ut domestici nostri fiant Delatores*, quod licet *Imperatorum Dioclet. & Maximin. sententiâ Iniquum & à seculi sui beatitudine alienum judicatum fuerit*, ut Domesticus, qui in Domo Patrisf. à primâ ætate educatus, habeat accusandi facultatem, *l. iniquum 17. C. de his qui accusar. non poss.* In Germaniâ tamen singulares casus, quos enarrare & simul probare possem, expertus sum, quibus Patres familiâs à Domesticis suis per delationem falsam in summum præcipitati fuerunt periculum.

11. Hanc delationem vocant Impp. *Arcadius & Honorius VOCEM FUNESTAM* & familiares cujuslibet domus, cujus existimationem, caput & fortunas per criminis delationem petituri sunt, volunt gladio ferire. Audi GLADIUS horum delatorum Ultor esse debet. *per text. expressum in l. pen. C. d. t. de his qui accusar. non poss.* Wann diese Straff unter den heutigen Hausgenossen exequirt werden solte/ würde mancher Blaffer ohne Kopff nach Haus gelangen.

12. Proinde, cùm frequentissimum sit vitium, *revelatio occultorum*, quia *Garrulo cuidam* facilius erit, carbonem ardentem quàm verbum secretum in ore tenere, imploret quisque Deum ardentibus precibus, ut det ori suo custodiam, & labiis suis signaculum. *Ecclesiast. 22. v. ult.* Er leg ein Schloß an seinen Mund / und truck ein fest Siegel auf sein Maul / daß Er darüber nicht zu schanden werde. Secreti enim Revelatio inducit Revelanti

malam

malam famam nunquam cessantem neque intermorituram. Wer eines andern Heimlichkeit offenbahret/dessen böses Gerüchte wird nimmermehr ablassen/*Prov. 25. v. 10.* Imitetur Græcum illum, cui cùm objectus esset oris fœtor; Respondit: fœtere sibi ex multis Secretis, quæ intûs conclusa marcuissent.

13. Denique *Proditores Patriæ*, qui revelânt Secreta Hostibus, incidunt in crimen Perduellionis, & privantur Feudis. *Bald. cons. 159. n. 6. verf. superest. lib. 3.* Hi Proditores *addit Bld. d. l.* Sunt similes eis, qui privatum anteponunt publico commodo, quasi vellet dicere: daß eigen Nutzeben so grosses Laster sey als Verrätherey. Cavete vobis Germani ab hoc crimine, & eritis securi in hisce motibus bellicis.

O CONSULTORES! rectos assumite MORES
Publica privatis præponite commoda gratis,
Ne damnet vestras animas Divina POTESTAS!

CAPUT XXVIII.
De Simulationibus.

Es ist auch dieses eine Verrähterey zu nennen / wann einer dem andern/unter dem Schein Gutes zu thun/Böses zufüget/ oder gibt dem andern ein schädlichen Raht mit falschem Vorgeben/daß er ihm nutz und gut sey: und dieser wird genennt ein Verrähter des Rahts/ denn er betreugt den andern mit seinen Anschlägen/ oder lobet jemand aus falschem Hertzen / da er doch unter solchem Lob vielmehr ein Verschmäh- und Lästerung verstanden haben will/ und solcher wird genennt/ ein Verrähter des Lobs/ weil Er ihn mit dem Lob betreugt: Solche Beschaffenheit hat es auch mit dem jenigen/welche heimliche Feindschafft auff den andern tragen / ihnen wo sie nur können übels thun und schädlich seyn/ hingegen aber offentlich bekennen und sagen / daß sie des andern Freunde seyn und ihm Guts gönnen/und diese Unarth nennet man eine Verrähterey von Complimenten schönen und glatten Worten / und mögen solche dem Judas-Kuß nicht unbillich verglichen werden.

CAPUT

CAP. XXVIII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Simulationes hodie frequentes & in Aulis laudem inveniunt suam.
II. Pessimæ sunt quibus prætenditur pietas.
III. Plus cavendus est inimicus qui latenter obrepit,
IV. Consilium consulentis ad sequelam non obligat eum, cui consulitur,
V. Habet tamen vim persuasivam & consultor tenetur, mandati actione:
VI. Imò doli judicio obstringitur, qui dedit fraudulentum consilium.
VII. Falsa laus est duplex: vel enim procuratur precibus ejus, qui appetit laudari, vel invito incontumeliam laudati deprædicatur.
VIII. Illa debet cohiberi ut malitia & crudelitas.
IX. Hæc, instar Scorpionis, caudâ suâ ferit laudatum.
X. Nulla pestis nocentior est familiari inimico qui mel in ore, fel in corde gerit.
XI. Quod Neronis, matris mortem meditantis:
XII. Et Joabi, Abnerum trucidantis, illustratur exemplis.

I.



HUjus MUNDI sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere, quæ vera sunt, falsa demonstrare. Es ist der Welt Weißheit dahin gerichtet/daß einer sein Hertz mit schalckhafften Räncken zu verbergen wisse/seinen Reden einen dunckeln Verstand anhänge/damit er was falsch ist/ vor Warheit verkauffen / und seine Wort auff Schrauben setzen könne. Hæc practica, uti est communis, ita præprimis suam in Aulis invenit laudem.

"- - Hodie laus est non ultima fingere vultum
" Et SIMULARE probè: nec, qui vel fallere nescit,
" Mentirivè, feret sapientis nomen in Aula.
quia scilicet
" Candor in hoc ævo res est inter-mortua prorsus.

2. Verùm cavendi sunt simulatores, Germanis dicuntur, Gleißner so schön von aussen gleissen. Dulci enim & faceto utuntur sermone, sed corde premunt fraudes, sæpe pietatem prætendentes.

Est mala fraus omnis, sed erit, me judice, longè
Pessima, prætextum, quæ pietatis habet.

3. Sed plus cavendus & metuendus est inimicus, qui latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens, occultis accessibus serpit. Serpit autem sub specie amicitiæ, vel dando consilium, bonum simulat, cùm sit malignum.

4. Et quamvis CONSILIUM consulentis non obliget eum, cui consulitur ad sequelam: cùm liberum sit cuiq; apud se explorare, an sibi expediat consilium datum, nec ne. §. *tuum tantum 6. Inst. demandat.*

5. Cùm tamen vim impulsivam vel persuasivam habet, potior est sententia, ut consultor teneatur mandati actione. *l. 6. §. 4. per verba*: & ego mandans sive consulens tibi, cui consultum volui, obligatus *sum ff. mandati.*

4. Maxi-

6. Maximè autem tenetur & quidem doli actione, qui dedit fraudulentum consilium *l. 47. ff. de R. Jur.* Cùm secundum Varronem, *consilium malum consultori*, qui dat, non ei, qui accepit, *sit pessimum* vel maximè nocivum.

7. De laude falsa, quæ sæpius in faciem fieri assolet, distinctio adhibenda est. Aut enim laus precibus ejus, qui appetit laudari, est procurata, aut invito eô in contumeliam laudati deprædicata. Utraq; species laudationis est reproba.

8. Illa, ut precibus expressa, perinde cohibetur quàm malitia & crudelitas, quia plura sæpe peccantur, dum nos demeremur, quàm dum offendimus. *Tacit. Annal. l. 15. c. 21.* Nam & jure civili, qui falsò quem laudat, actione doli tenetur *l. quod si 8. ff. de dolo malo.*

9. Altera laudis species est, aliquem, secundum Ciceronem *lib. 1. Epist. ad Quint. Frat.* *CUM EXCEPTIONE* laudare. Ubi sæpius exceptio cum magno NISI est restricta, quæ non tantùm omne absorbet encomium, sed relinquit aculeum in audientium corde, ut te pudiat, cum tantâ ignominiæ clausulâ recommendatum fuisse, & ille Laudator instar Scorpionis caudâ suâ ferit, quia subjungit de te ea, quæ pudoris vel vituperii plena sunt.

10. Nec ulla est pestis nocentior familiari inimicô, & multò nequior est hostis, qui per amicitiarum speciem, quæ sunt inimica, gerit, quàm qui evidenter est inimicus. *c. si inimicus 1. distinct. 93.* ab hoc enim caveri potest, non æque ab illo. Nam facilior est cautio, ubi manifesta formido. *Hinc Homerus, Iliad.*

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ βάζει.

Inimicus ille mihi erit æquè ac inferni portæ,
Qui aliud occultat in mente, aliud autem dicit.

Qui mel in ore, fel in corde gerunt, blandiores sunt ore suo, quam Butyrum, molliores sunt sermones oleo, & tamen sunt gladii stricti. *Psalm. 55. v. 22.*

delectantur mendaciô, ore suo benedicunt, corde verò maledicunt. Sie befleissigen sich der Lügen / geben gute Wort / im Hertzen aber fluchen sie. *Psalm. 62. v. 5.* Labiis suis suavia profert verba & nihil nisi dulcedinem spirat Dulciloquus, condolet tibi, quasi tua afficeretur calamitate, incorde autem insidiatur tibi, ut subvertat te in foveam. Oculis suis tibi illachrymatur, si verò reperit temporis occasionem, non satiabitur sanguine tuo. Si obvenerint tibi mala & insultatus fueris ab aliis, primus adest tibi auxilio & quasi adjuvans suffodit tibi plantas. Dein Feind gibt gute Wort und beklagt dich sehr/ stellt sich freundlich/im Hertzen aber denckt er / wie er dich in die Gruben fälle: und kriegt er Raum/ so kan er deines Bluts nicht satt werden. Wird dir jemand schaden thun / so ist er der Erste / und stellet sich/ als wolt er dir helffen/ und fället dich doch meuchlings. *Ecclesiast. c. 12. v. 15. 16. 17. 18.*

11. Exempla sunt in promptu. *NERO*, cùm jam Matris suæ mortem meditatus esset, adornata nave solutuli, ut omnem criminis patrandi suspicionem à se amoveret, excepit illam obvius in littore, manu & complexu: ut Judas Ischariotha Christum *Matth. 26. v. 48.* illumq; comitatus duxit Baulos (id villæ nomen erat) ibiq; epulas instruxit, mira versus Matrem comitate usus. *Tacitus lib. 14. Annal. c. 4.*

12. Sic JOAB simulavit, quasi cum Abner aliquid in amico & secreto loqui vellet, abduxit eum ad medium portæ, cumq; ibi soli essent, percussit Joab illum in inguine, *2. Sam. 3. v. 27.*

CAPUT XXIX.

De tentatione Amici per Offensionem.

DJß ist das schlimste und ärgste Gebrechen in conversatione, auch unter Verwandten und Befreunden/ jemand etwas Gerings zu Leyd thun und offendiren / und hernach sehen/ wie der Beleydigte solche offension aufnehme und erdulde / schweigt nun ein Beleydigter darzu still/ und läst es dem andern für gut hin- und frey-ausgehen/ so fährt der ander fort/ und fügt ihm nach und

nach

nach je mehr und grössere Beleydigung zu: Will dann der offendirte Theil solches vindiciren/ so ist der ander begierig Fried zu machen/ und sich zu vertragen/ sucht auch durch vornehme Interponenten zum öfftern gütliche Beylegung/ und thut das nicht so wohl aus friedliebenden Affecten, als aus Begierd/ den beleidigten in Dienstbarkeit zu halten/ daß er auch hinführo die Offensen leiden möge/ oder auch unter gemachten Vertrag und erlangten Verzeihung sich rühmen könne/ er hab ihn gleichwol ohngestrafft offendiren dörffen. Dergleichen Untreu/ so einer Verrähterey nicht unähnlich/ findet sich auch bey dem jenigē/ der einen sehr grob und unhöfflich offendirt, sich aber hernach unwissend stellet/ und den andern noch darzu fragen lässt/ ob ihm auch etwas zu wider geschehen/ und ob auch wie er sich beleidigt befunden? Mit dem Schmeichelhafftigen Erbieten/ er woll ihm alle gehörige satisfaction geben/ er erbeut sich aber schlechter Ding darum/ weil der offendent wol weiß/ daß der Beleidigte offt aus Scham/ vor ehrlichen Leuten/ nicht bekennen dörffe/ wie sehr er offendirt worden/ nur allein darum/ damit er seine obwol unschuldig ihm angehengte Schand nicht offenbaren/ und andern Leuten/ davon übel zu reden/ und viel Blauderey davon zu machen/ Ursach geben möge.

CAP. XXIX.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Hominis natura ad imperandum inclinat.
II. Quivis quærit remedium sibi alterum subjiciendi. &
III. Ambitioso tumore præripit debitum honoris locum.

IV. Mul-

IV. Multas offucias offundit, quibus cæcum reddit sibi debitum honorem humanè exposcentem.

V. Duplex est offensa, activa & passiva; de hâc loquitur Author noster.

VI. Offensa autem dicitur, quicquid alium ad justam turbationem inducit.

VII. Deinde offensio alia est verbalis, alia personalis, alia realis.

VIII. Quæ sit verbalis?

IX. Quæ personalis?


X. Quæ realis explicatur.

XI. Sæpius pudet offensum, propalare turpitudinem factorum, quibus ab altero est impetitus & quare?

XII. Exagitatores degeneres timor arguit, & dum pavent cavent periculum, amicabilem quærentes compositionem, eâq; obtentâ, pejores fiunt.

XIII. Qui alterum sub specie amicitiæ tentant offensis, Diabolum imitantur.

I.



CUm hominis natura ad imperandum inclinet, statusq; hominis imperiosus existat, juxta divinum illud: Crescite & multiplicamini & *DOMINAMINI* omnibus animantibus *Gen. 1. v.28.*

2. Quærit quivis in excessu remedium, alium sibi subjiciendi: tentat & explorat animum variis offensis,

fensis, quibus viam sternere cupit imperio suo: Si patibile subjectum reperit, hoc aggreditur, idemq; continuo gravamine onerat & deprimit, ut sibi tandem supponat. Cito enim ignominia alterius superbo gloriam parit. *Publicus Mimus.*

3. Ambitioso tumore sæpius eò fertur, ut alteri debitum honoris locum audax sit præripere; si alter acquiescit, statim gaudet priori possessione præcedentiæ & licet pudorem suum postea purgare & injurias à se propellere nitatur, renitentem & disputantem remittit in petitorium judicium.

4. Mille offundit quoq; offucias, quibus cæcum reddit sibi debitum honorem humanè exposcentem, quem minis terret, modò bellum, modò pacem spirat, pacis cupidus præoptat reconciliationem, eâ factâ alter gloriatur vexã, quam iniq; prior sustinuit.

5. Est autem *offensa* alia activa, ejus qui offendit. alia passiva, ejus qui offenditur. De passiva legitur exemplum *in l. 46. ubi dicitur quod filius, ab avô institutus hæres,* patris offensam *vereatur ff. de hered. instituend.* Autor noster loquitur tantum de activa, tanquam vitio morali, & docet quomodo sc. offensores sint puniendi.

6. Offensa dicitur, quicquid alium ad justum turbationem inducit *arg. l. cum te 18. C. de officios. test.*

7. Offensa alia verbalis dicitur, alia personalis, alia realis.

8. *Verbalis,* quando quis movetur improbitate verborum, vel cujus aures, vocibus falsitate & fraude consarcinatis offenduntur *ut in l. nullum 14. C. de testib.*

9. Personalis dicitur ubicunque tangitur persona vel res cohærens personæ, animo offendendi *Alexand. cons. 76. vol. 1.* Hinc offensus in vestibus dicitur quoq; offensus in persona *contra Br. & Alex. in. l. 1. §. hoc autem dictum 12. ff. de nov. oper. nunciat.*

10. Realis offensa fit cum facto & insultu. Nam quoties quis aliquid facit ad invidiam, æmulationem & infamiam alterius, per id factum offendit alterum. Hujus offensionis exempla *in l. 15. §. 27. ff. de injuriis,* recensentur.

Offendit quoq; quis alium Insultu, v.g. quando quis quasi ex improviso alterum supplantat, vel supposito pede in terram dejicit, wann einer einen über Bein fallen lässet/vel sub naso nequiter fricat. Wann er ihm unter der Nasen krauet/tractirt ihn als ein Ertz/Cujan, & quæ sunt similia. Vel fuste & baculo vel etiam gladio stricto, vel bombarda petit: si jocandi causa absque damni illatione quempiam petere ipsumq; egitare satagit, moraliter peccat: Si verò simul læserit vel saltem seriò insultaverit, transgreditur vitium morale, & incidit in delictum, quô reali injuriarum actione: vel ut aggressor *L. Cornelià* tenetur.

11. Sunt autem sæpe reales exagitationes tàm inciviles & turpes, ut pudeat offensum propalare turpitudinem factorum, quibus ab altero impetitus fuit, turpitudinis enim exinde subsecuturæ metus bonis viris major est quam mortis *l. isti 8. §. fin. ff. quod metus causa*, & licet actor tandem coram judice per libellum supplicem vellet explicare fœditatem offensarum, manebit scriptura in memoriam rei, per enarrationem Actoris sic peractæ, licet non probatæ. Nam Reo ante probationem, quæ in delictis moralibus difficillima esse solet, pœna non dictabitur, sed impunis abibit gloriabundus. E contra ridebitur Actor, penes quem manebit fama, quam conciliavit vel exagitatio vel *AUDAX CALUMNIA*, cujus proprium est, ut inter credulos semper aliquid hæreat, quod *existimationem offensi* lædere potest.

12. Sed nec Exagitatores ejusmodi insolentes & mendaces irrisores semper sunt securi, si tanguntur conscientia male patratorum, metuunt vindictam, si non ab offenso, à Deo tamen, *vindice* malorum certo. Semper enim degeneres animos timor arguit & dum pavent, tremulo interdum motu cavent periculum, ultrò quæsita quasi litis dubiæ transactione, sein begierig sich in Güt zuvertragen/sed obtenta amicabili compositione, pejores fiunt.

13. Diabolum imitantur hi omnes qui alterum sub specie amicitiæ tentant offensis. Nam ita Sathanas quotidie tentat homines *TENTATOR* ille maximus. *1. Thessalon. 3. v. 5.* Ideoq; cautione maximâ opus est, ne decipiamur. Sed homo ut homo quid cavere potest? Nam proh dolor!

" Qui cavet ne decipiatur vix cavet, etiam dum cavet
" Etiam cavisse ratus sæpe cautor captus est.

Ergò

Ergò videte fratres, *ut monet vos Apostolus Paulus ad Ephes. c.5.v.15.* quomodo CAUTè ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

CAPUT XXX.

De OFFENSA quæ fit per obliquum,

quam patitur quis non tàm in suâ propria, quàm personâ propinquâ vel familiari.

Oft geschichts/ daß wann ein Rachgieriger seinen Feind / der ihm zu hoch und vornehm/nicht beschimpffen kan/er doch seine Anverwandten/Kinder/auch wol Diener beleidiget aus keiner andern Ursach / als daß er dadurch sein Familiam offendiren möge: Offt geschicht es auch / daß einer sich an eine vornehme Stands-Person reibet/dieselbe zubeunruhigen und Ursach zu Zanck und Schlägerey zu geben/da er vorhero die Sach so wol mit seines Widerparts Freunden als Feinden genugsam abgetroschen/seinen Freunden den Streithandel ungleich erzehlet/und dadurch sie betrüglicher Weiß zum Haß und Wiederwillen verleitet / gleich hätte der andere groß unrecht / daß sie nicht Ursach ihme zu secundiren und beyzustehen: Seine Feind aber eben zu der Zeit/wann Hader und Schlägerey angehen soll/ ihm auff den Halß hetzen / daß er von seinen confidenten verlassen/und zugleich von seinen Widerwärtigen attaquirt wird.

CAP. XXX.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Quomodo offensa fiat per obliquum demonstratur ex jure Civili.

II. Ut *PESSIMUS* quisque, ita eidem plurima vis in turbas & discordias.

III. Quia est turbator amicorum.

IV. Imò ipsi Amici sæpius sunt accendendis offensionibus. Callidi, quando intendunt Vera & adgerunt falsa.

V. Hinc Pax & quies (pro sua conservatione) bonis artibus indigent.

VI. Quæ artes ut plurimum consistunt in Veritatis studio.

VII. Veritas una & simplex semper eadem ubiq; sibi constans & immutabilis.

VIII. Veritatis corruptio est mater mendacii & causa dissidii inter Amicos.

IX. Indecorum est Sapienti, inde gloriam aucupari, unde amico infamia paratur.

X. Uti quis ditior & opulentior, eò magis inflatur & pertinacius contendit.

XI. Consuetudo Aulicorum est, quando per directum æmulo contradicere non datur, *per obliquum Clientes premere.*

XII. Querela *DAVIDIS* de Amicis in necem suam conspirantibus bene notetur, ob nequissima hodierna tempora.

XIII. Cæsar Tyberius verum amicum habuit, qui fuit non tàm *lætorum* quàm *tristium* socius.

XIV. Animæ Amicorum conglutinatæ debent esse.

XV. Amicus verus in die necessitatis permanet fixus.

XVI.

XVI. Plurimorum amicitia in linguâ hæret, nec progreditur ad opus charitatis.

XVII. Quæ charitas fluit ex puro corde, bonâ conscientiâ & fide non simulatâ.

I.



OFfensa etiam fit per obliquum. Sic Pater familiâs per latus liberorum & domesticorum offenditur, imò si uni ex Cognatis & affinibus injuria facta, toti cognationi facta dicitur, *l. Lex Cornel. 5. pr. & ibi gloss. ff. de injuriis & famos. libell.*

2. *IN TURBAS & DISCORDIAS PESSIMO CUIQUE PLURIMA VIS Tacitus lib. 4 Histor. 6, 1.*

3. Ideò sæpius amicitiam renunciat, amicos ejus, quam offendere tentat, ad se trahit, vel ad minimum seducit mendaci suasu, quia est AMICORUM TURBATOR, er verwirret gute Freunde und hetzet wider einander die guten Fried haben. *Ecclesiast. c. 28. v. 21.*

4. Sunt enim sæpius *Amici* accendendis offensionibus callidi. *Tacitus lib. an. 2. c. 57.* Intendunt vera & adgerunt falsa, mutzen das was wahr ist hoch auff und setzen darbey falsch erdichte Ding. Nihil enim est quin malè narrando non possit depravarier. *Terent.*

5. Ideò PAX ET QUIES (ad conservationem suam) BONIS ARTIBUS INDIGENT. *Tacit d. l. 4. Hist. c. 1.*

6. Quænam autem sunt illæ Pacis & Quietis Artes conservatoriæ? Dicam tibi unico verbo VERITAS: h. est, veritati studere & omnem fucum devitare.

7. VERITAS una & simplex est, quæ non patitur compositionem, sed semper eadem, ubiq; sibi constans est & imutabilis, nec mendacio dicentium, *l.6.pr.ff. ad municipal.* nec errore rerum gestarum, *l.6.§.1.d.officio Præsid.* vitiatur.

8. Nam quoties augetur vel minuitur verbis vel factis, toties corrumpitur. Hæc veritatis corruptio est mater mendacii, & causa dissidii inter Amicos.

9. Verbis simul & facto depravatur v. c. quando gloriam quis sibi quærit, non veritate sed conviitiis, quibus alterum maculat & deprimit: se vero purgat & elevat, quo casu contingit, ut quis, unde amico infamiam parat, inde gloriam sibi recipere imaginetur, & licet hoc SAPIENTI sit indecorum *Tacit. lib. An.14 c 56.* ipse tamen desipere mavult, modò aucupari liceat vanam gloriolam. *Hinc multæ contentiones nascuntur.*

10. Et quemadmodum majus fit incendium, ubi copia est lignorum, sic etiam majora & perniciosiora dissidia oriuntur, inter eos, qui magnâ sunt potentiâ instructi, & uti quis ditior & opulentior est, eò magis inflatur & pertinaciùs contendit, & quo diutius durant dissensiones, eò fiunt acerbiores *Ecclef.28.v.12.*

11. Aulicorum CONSUETUM est, ubi per directum æmulo contradicere non datur, per obliquum illius Clientes & Amicos, quibus bene vult premere. Sic GERMANICUS *Vononem* Pompejopolim amovit, non tàm commotus precibus *Artabani*, quàm contumelia sui inimici *Pisonis*, cui gratissimus erat *Vonones* ob plurima officia & dona quibus uxorem suam *Plancinam* devinxerat. *Tacit.lib.2.An.c.58.* Optimam enim perdendi viam censent Aulici, *si inimicum* vel ipsi sub specie Amicitiæ, vel immissis, qui per speciem amicitiæ, *suspicionibus, onerent.*

12. Sic pientissimus Rex Israëlis DAVID DE AMICIS suis conquestus est *Ps.35. v.12.* quod illi quoq;, quibus bene voluit, quorumq; casum adversum & ægritudinem ægerrimè tulit, & ex condolentia contristatus, quasi lugens incessit, *sibi Davidi* REDDIDERINT MALUM PRO BONO: Quando conjurationem eorum his verbis exprimit *v.15.* IN NECEM MEAM CONSPIRARUNT

RARUNT CONGREGATI. Sie haben ein complot wider mich gemacht claudicantes h. e. non recto talo incidentes, sed ad florentiores partes propendentes, die jenigen die den Baum an 2. Achseln tragen/ und den Mandel nach dem Wind kehren/ qui amici fuerunt mensæ. *Eccles. 6. v. 10.* & in prosperis meis mihi adhæserunt: humiliato autem mihi nunc adversantur *v. 12.* & propter ludibria assentationum ostensâ ipsis vel offâ, um des Bauchs und einer Hoffsuppen halben/ die sie von einem andern zugewarten/ frendent contra me dentes & *Psalm. 35. v. 16.* virulenter lacerant famam meam, & corpus sauciant, imò dilatant os suum contra me ingeminantes plausum: Euge, Euge, *noster oculus vidit calamitatem tuam!* Da/da/das sehen wir gerne. Vides quos Amicos habuit Rex DAVID.

13. Cæsar TIBERIUS unicum habuit, *Lucillium Longum*, quem prædicavit verum Amicum, *quia fuit* non tàm *lætorum* quàm TRISTIUM socius. *Tacit. lib. 4. Annal. c. 15.* & hæc vera est Amici effigies.

14. CONGLUTINATÆ debent esse amicorum ANIMÆ. Sic anima Jonathæ conglutinata fuit animæ Davidis: & dilexit Jonathas Davidem quasi animam suam. 1. *Sam. 18. v. 1.* Hinc describit *Aristoteles apud Diog. l. 5.* AMICUM, quod sit una anima in duobus Corporibus habitans.

15. BEATUS reputatur qui talem, VERUM sc. INVENIT AMICUM. *Eccles. 25. v. 11.* Amicum qui in die necessitatis permanet fixus, *cap. 6. 11.* sed

Millibus ex multis unus vix fidus Amicus
Hic albo corvo rarior esse solet.

Freund in der Noth / gehen 25. auff ein Loth. Solls aber ein harter Stand seyn / so gehen ihr 50. auff ein Quintlein.

16. Maxima pars Amicorum hodie linguâ prædicat amicitiam, re & [illegible]â abnegat. Sein Freund von blossen Complimenten. Facilis vox & [com]munis est. TOTUS SUM TUUS *sed paucioris* effectus dicit Am[bros]ius *lib. 3. Officios. n. 17.* nam Benevolentia absq; benefactione, est N[ud]um VERBUM. *Plaut. in Trinumma act. 2. Scen. 4.*

17. Benefactio autem exercetur ex Charitate, quæ Charitas fluere debet *ex PURO CORDE & BONA CONSCIENTIA & FIDE NON SIMULATA 1. ad Timoth. 1. c. 5. v. 6.* à quibus nonnulli tanquam à Scopo aberrantes *diverterunt ad Vaniloquentiam. v. 18.*

CAPUT XXXI.

De vitiis moralibus in genere.

INs gemein soll jedermänniglich seine Affecten wissen im Zaum zu halten/ nicht colerisch/ hitzig und jähezornig seyn/ übermüthig und insolenz sich erzeigen / absonderlich gegen die/ so niedrig und geringer. (2.) Soll sich nicht Reichthums / Adels und Geschicklichkeit rühmen/ bevorab / wanns nicht wahr ist/ was Er von sich selbst aufgeschnitten. (3.) So soll sich auch niemand in frembde Sachen oder anderer Leut Händel/ die Ihn nichts angehen / einmischen. (4.) Soll auch die vätterlich und Haus-Disciplin über Kinder und Gesind also moderirt werden/ daß Sie weder zu streng und hart/ noch auch zu gelind falle. (5) Dann soll kein Vatter seinem Sohn zu diesem oder jenem Handwerck oder Handel/ weniger aber zur Kunst und Studiren/ dazu Sie von Natur nicht geneigt/ zwingen/ sondern ihm den Willen lassen/ jedoch dahin anhalten/ das jenige zu erwehlen/ wodurch Sie sich ehrlich ernehren können/ und den Müssiggang fliehen. (5.) Die Præceptores und Schul-Lehrer sollen dem Dyonisio Syracusano nicht nacharthen/ noch mit übermässigen Schlagen gegen die ihnen anvertraute Jugend verfahren / sondern vielmehr mit Gelindigkeit als Grausamkeit die Disciplin unterhalten.

CAPI-

CAPITIS XXXI.

Exegesis annexô Judiciô.

Summaria.

I. Affectus cohibere opus est divinum.
II. Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum.
III. Omnis Jactantia in proprias laudes est odiosa, imò sordida.
IV. Melior est in malefactis humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio.
V. *Sola gloriatio* ejus, qui gloriatur se scire & nosse Deum, *recommendatur*.
VI. Ut Divites Sublimia non sapere, ita nec pauperes Cræsos se esse simulare debent,
VII. Aliorum negotia nemo scrutetur.
VIII. Nec se quis alienæ rei immisceat.
IX. Si vult vitare πολυπραγμοσύνην.
X. Disciplina domestica sit moderata.
XI. Nec cogatur ad studia inepta Proles; sed opificio vel negationi relinquatur.
XII. Præceptores nec plagosum Orbilium nec Dionysium imitari debent.
XIII. Levis castigatio docentibus est concessa de jure Civili.
XIV. An flagellis cædere licitum? Quæstio eruitur.

I.



Nimum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, Adversarium nobilitate, ingenio, virtute, præstantem, non modò extollere jacentem, sed etiam amplificare ejus pristinam dignitatem. Eum, qui hæc facit, non cum summis viris comparat, sed Deo simillimum judicat. *CICERO pro Milone Marco c. 3.*

2. Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum. *Publ. Syr.* Nam efferatos AEFFECTUS, qui *secundum QUINTILIANUM* sanam sæpius rationem vincunt, componere est maximi negotii. *Plutarch. de tranquil. anim.* Quos quis ex animo tollere nequit, benè tamen cum decore & moderatione conciliare potest; *Stobæus.* Concordat cum sacra Scriptura: Qui enim dominatur animo suo, melior itemque fortior est expugnatore urbium, *dictante Sapientissimo Salomone, Prov. c. 16. v. 32.* Der seines Muths ein Herr ist/ wird besser und höher geacht als ein Stadts Bezwinger.

3. In proprias laudes odiosa est, & sordida jactantia. *Cyprian.* Quæ præcipuè juvenile est vitium, *Chrysostom.* Sed hodiè, proh dolor! senioribus etiam est commune, quod vitium devitare debemus, quia malorum omnium fons est arrogantia, quam sequitur ruina, *secundum S. Chrysostomum, vid. c. 32. n. 5. 6. 7. 8.*

4. Jus Canonicum eam VERITATIS Regulam ponit, ut nihil facias commendandi tui causa, quò minor alius fiat: Neque si quid boni habeas, id ad deformationem alterius in vituperationem exerceas, *cap. 13. caus. 11. quæst. 3.* Nam melior est in malefactis humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio, *c. injustum 89. caus. 11. quæst. 3.*

5. Non glorietur igitur sapiens in sapientiâ suâ, non glorietur fortis in fortitudine suâ, non glorietur dives in divitiis; sed *in hoc glorietur*, qui gloriatur, SCIRE ET NOSSE DEUM, quòd sit DOMINUS, qui facit misericordiam & judicium & justitiam in Terrâ, & hæc sola gloriatio placet Deo, præter eam nulla, *Jerem. c. 9. v. 23. 24. & 25.*

6. Di-

6. Divitibus hujus seculi præcipitur ab Apostolo Paulo *ne sublimia sapiant* neq; spem ponant in incertis divitiis. 1. *Timoth. 6. v. 17.* & elato sint animo. Est quoq; jactantia cum vanitate, quam Salaconiam nominant. Sunt autem Salacones jactabundi, qui licet Iro pauperiores sint, Cræsos tamen se esse simulant, & dum effeminatiores sint Sardanapalo fortitudinis tamen opinionem captant.

7. Homo ineptus omnibus se negotiis immiscet, ist Hans in allen Gassen. Vis, dicam, *inquit Martialis,* quis sis? *MAGNUS ES ARDELIO* qui scil. inquietus aliorum negotia scrutaris, *PERCONTATOREM FUGITO*, nam garrulus idem est. *Horat.* der gern nach allen Dingen fragt/ der wäscht auch alles gern aus.

8. Culposus est, qui alienæ rei se immiscet, *c. culpa X. de R. Jur. in sexto.* imò stultus est & impudens qui alienis se ingerit partibus *l. ult. C. de Apparitoribus Proconſ. & Legat. XII. 56.* quia igitur stultus fuit in culpa, erit sapiens in pœna *c. 10. distinct. 38.*

9. Sit tibi pro Regulâ, *FAC TUA, QUÆ TUA SUNT, QUÆ SUNT ALIENA RELINQUE*, & pro Exemplo *dictum:* quod D. Johan *FUNCCIUS* decapitatus fuerit *28. Octobris Anno 1566. Regis-Monti Borussi.* ideò quod alienis se ingesserit negotiis. Ille reliquit hoc monitum:

Disce meo exemplo mandato munere fungi,
Et fuge ceu pestem τὴν πολυπραγμοσύνην.

10. DISCIPLINA DOMESTICA non sit atrox, sed in corrigendis domesticis & propinquis adhibeatur moderata animadversio; quia in correctione potestas in immensum non extendi, sed jure patrio debet procedere. Si verò enorme delictum, exigat enormem pœnam, judicis notioni subdendus erit reus. *l. un. C. de emendat. propinq.* Sic Apostolus PAULUS admonet patres per verba: *non provocetis liberos ad iram*, sed educetis eos per eruditionem & correctionem Domini *Eph. 6. v. 4.* Et vos Domini remittite minas, scientes quod & vester ipsorum Dominus, sit in cælis nec personæ respectus est apud eum, *d. c. 6. v. 9. vid. supr. c. 23. n. 14.*

11. Seligantur ingenia puerorum & quæ studiis sunt inepta, sibi ipsis & sumptibus parentum potius parcant, quàm quòd evadant semidocti, quorum numerus totam fere GERMANIAM implevit. Ideoq; durantibus COMITIIS RATISPON. optimè consultum fuit, de re-frenando immodico ad studiorum culturam & PEREGRINANDI pruritu, ne sc. pecunia inutiliter perdatur, vel ad peregrinos, cum Germanorum detrimento, deferatur, vel etiam bonum publicum lædatur otiosis hominibus. Otium enim & mollities nullâ re faciliùs aut honostius in animos irrepunt quàm viâ literarum. *Conzen. lib. 2. Polit. 4. c. 7. §. 4.* nam assueti ad otium literarium nec ad opificium nec ad militiam sunt idonei. Interim tamen Parentes pueros, qui studiis minus sunt idonei, quando capita pietatis, rationemq; legendi, scribendi & numerandi didicerunt, honesto opificio vel arti, vel negotiationi dicare possunt & debent, ne otiosi terant tempus Vitæ, & Patres malos cives Reipubl. obtrudant. Omnes enim otiosi sunt mali quoque cives, *Menander apud Stobæum.*

12. Præceptores non debent imitari ORBILIUM illum Grammaticum plagosum, qui olim nimium sæviebat in pueros. Nec DIONYSIUM Syracusanorum Tyrannum, qui cum cædibus civitatem explesset, expulsus fuit, *Corinthum* in exilium profectus, & Ludimagistrum professus, pueros in trivio docebat, ut, quoniam viris non imperare potuit, saltem pueris imperaret plagis. Sed leniter cum discretione paternâ tractare debent discipulos.

13. Quia levis castigatio concessa est Docentibus; Nam Præceptoris nimia sævitia culpæ assignatur *l. 5. §. ult. in fin. junct. l. seq. 6. ff. Ad L. Aquil.* & tenetur injuriarum, qui verberaverit discipulum, nisi simul animum habuerit corrigendi aut emendandi *l. item apud 15. §. 38. ff. de injuriis.*

14. An autem flagellis sive virgis cædere sit licitum, quæritur? Mos est inveteratus Germaniæ, sed sat impudicus, cùm pueris tùm puellis posteriora, pudenda (quæ natura sibi tecta vult) nudata virgis cædere, videtur quod de jure Romano non sit licitum. Nam fit contra bonos mores castigatio, ideoque est illicita *per d. l. 15. §. 38.* & ex pudico fit impudicus, sæpius frequentata illâ flagellatione. Jam autem injuriarum tenetur qui attentavit impudicos facere *l. 9. §. fin. junct. l. 10. ff. injuriar.* & Lex PORCIA virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovet: Germanos autem, Romano imperio adjectos, Romanos esse cives, nemo ambigit *L. 33. ff. ad municipalem.* Junctâ *L. 17. ff. de*

ff. de statu homin. Hinc Gravis fuit pœna, quando Deus olim percussit inimicos suos in posteriora, iisdemq; opprobrium dedit sempiternum *Psalm 78. v.66. sed hac obiter dixi supra de disciplina exasperanda in juventutem degenerem c.29.n.2. & 3.*

CAPUT XXXII.

De Diabolicis vitiis.

Teufflische Gebrechen sind [1.] diese/ die gerne und mit Lust sehen anderer Leut Schaden und Ruin; und sich darüber freuen wanns dem andern übel gehet. [2] Gern hören / daß anderen übel nachgeredet werde/ sich damit belustigen. [3.] Gern sehen und hören Streit und Zanck/ Schlägerey und Balgen/ ob man schon keine Ursach der Beleydigung/ sondern vielmehr sich über solche Unfäll betrüben solte. [4.] Gern sehen/ daß die Leut fein närrisch handeln/ wüthen/ thöricht und toll seyn. [5.] Gern sehen und helffen/ daß Leut in Furcht und Schrecken gerathen / und wenn Sie auch vor Furcht sterben solten/ ihnen dennoch kein Trost zusprechen/ sondern ihrer noch darzu lachen und spotten. [6.] Gern sehen und Lust haben an Schalcks-Narren und Bossenreissern / wie auch andere ebentheuerliche und schimpffliche Händel / unzüchtige/ unerbare Sitten und Geberden. Letzlich und [7.] ist zu mercken / wenn einer spüret/ daß ein ander zu gedeylichen Aufnehmen/ Ehren und Credit gelanget/ will Er ihm aus Neyd Streit erregen/ den andern dadurch in Widerwärtigkeit und Ungunst/ oder um sein Glück und Ansehen zu bringen/ und das ist auch ein teufflische Sünd. Damit der Sathan/ als er den ersten Menschen (Adam und Eva) ihre zeitlich und ewige Wohlfarth mißgönnet/ hat Er Sie zu Fall gebracht / und durch sein/ des Teuffels Neyd/ ist die Sünd / und auf die Sünd der Tod unter die Menschen kommen.

CAP.

CAP. XXXII.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Malevolentia est voluptas ex malo alterius sine emolumento proprio quaesita.

II. Qui hoc vitium perpetrat, dicitur Ἐπιχαιρέκακος, est vecors sine corde, & ad opera charitatis emortuus.

III. Quoad vitium calumniae, Detrectator ejusdemque auditor uterque habet Diabolum.

IV. Homo Homini est Lupus.

V. Zizania in medio tritici à Diabolo superseminata sunt scandula: Utpote, *Inimicitiae, Contentiones, Æmulationes, Irae, Rixae, Dissensiones & Invidiae.*

VI. Jactantia ut in bonis, sic multò magis in malis est reprobabilis.

VII. In bonis jactantia obfuit Davidi.

VIII. Jactans in malis dupliciter peccat.

IX. Et poenam extirpationis meretur.

X. Delictum concussionis civile:

XI. Et Criminale describitur, & paena utriusque exprimitur.

XII. Morionibus, Ludionibus, Ioculatoribus & Histrionibus delectari, est vitium Diabolicum.

XIII. Sic

Sic & invidia & æmulatio:

Quæ in Aulis Principum maximè grassatur etiam in exitium innocentis non æmuli.

Quam *Æmulationem* expertus fuit DAVID in Aulâ Achis. Proinde est

Diabolicum vitium, quo Sathanas etiam bonis Angelis in Aulis Principum resistere solet.

Complexionem hominum Sathanas attentiùs observat, & frequentius invadit Attribilarios, quos in furorem vertit.

Circa quod vitium quemque vidit occupatum, eidem suggerit quoque media, quibus malignam concupiscentiam explere possit.

Sic inflat Martiale ingenium furore bellico, inde surgunt & inter Christianos bella cruenta ad perniciem mutuam.

Votum superadditur Christianum.

I.



SEptem enarrat Author vitia Diabolica. Primo loco ponit malevolentiam quæ *definiente Ciceron. 4. Tuscul.* est voluptas ex malo alterius sine emolumento proprio quæsita.

2. Qui hoc vitium perpetrat dicitur *uno verbo:* ἐπιχαιρέκακος, id est malevolus qui aliena calamitate lætatur. Man nennet solchen Bößwicht einen Schadenfrohe / der über anderer Unglück frolocket / & hoc vitium est commune, de quo testatur *Teren. Andr. actu 4.* Tanta VECORDIA cuiquam est innata, ut malis gaudeat alie-

alienis, atq; ex incommodis alterius sua comparet commoda. Ergo qui alienis malis gaudent, dicuntur VECORDES, quasi sine corde, sine judicio, utpote emortui ad opera charitatis non sunt *homines, sed belluæ, imò filij Sathanæ.*

3. Qui calumniantur proximum, sunt ejusdem farinæ, & qui libenter aures præbent calumniantibus non sunt absimiles iisdem. Nam secundum Div. *BERNHARDUM DETRECTATOR & AUDITOR* detrectatoris, uterq; habent Diabolum. Ille in lingua, hic in aure. Huc spectat Plautinum illud admodum scitum:

Homines qui gestant quiq; auscultant crimina;
Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant,
Gestores linguis, auditores auribus.

4. Deindè sicut Diabolus delectatur affligendis hominibus *Hiob. c. 1. v. 9. & per tot.* ita secundum Plautum *HOMO HOMINI EST LUPUS, & juxta Senecam Epist. 103.* ab homine *HOMINI QUOTIDIANUM PERICULUM IMMINET.* Hinc *Anacharsis Scytha* interrogatus τί ἐστι τὸ πολέμιον ἀνθρώποις; Αὐτοὶ, ἔφη, ἑαυτοῖς, quid homini maximè infectum esset? respondit ipsi sibimet ipsis.

5. Et cùm Diabolus sit pater mendacii, *Joh. 8. v. 44.* dissidii, rixarum & homicidii super-seminat Zizania in medio tritici. *Matth. 13. v. 25.* Zizania autem sunt *SCANDULA* & scandulosi, qui faciunt iniquitatem. Et cum *inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ rixæ, dissensiones* & invidiæ sint opera carnis *Galath. 5. v. 20. & 21.* quæ operatur Sathan in filiis diffidentiæ *Eph. 2. v. 2.* sequitur quòd à nostro Authore verè dicta sint vitia diabolica. Nam ubi Zelus & contentio, ibi quoque est in-constantia & omne opus pravum, *nec illa est SAPIENTIA* desursum descendens à Patre Luminum, sed *terrena*, ANIMALIS, DIABOLICA. *Jacob. 3. v. 14. & 15.* Cavete ergò vobis Christiani! ne si forsan Zelum amarum habetis & contentiones sint in cordibus vestris, *gloriabundi & mendaces* sitis contra veritatem. Si autem hoc facitis, gloriamini de vestris DEPRAVATIS MORIBUS, gloriamini de Diabolo, quem in sinu geritis, ideò hæc gloriatio erit vobis inglora.

6. Nam

6. Nam κομπώδης, sui jactabundus ein Großsprecher/qui de futilibus gloriatur, sibi ipsi nocet, & perdit gloriam famæ, quam *secundum Valerium, Maxim.* ex ore alieno captare debuisset. Et hæc jactantia sive in rebus bene vel male gestis fiat utraq; reprobabilis est. *Eo enim quisq; est pessimus, quò optimus est: si hoc ipsum, quo est optimus, adscribat sibi.* Bernhardus. Nec ulla est præsumptio pernicisior quàm de propria justitia ac scientia superbire, AUGUSTINUS.

7. Sic pientissimus Rex David confessus est jactantiam illam sibi ob fuisse, quâ in *sua abundantia noluit moveri in æternum* & expertus est Deum avertisse faciem suam ab ipso jactante, ut fuerit CONTURBATUS *c. imitare 10, caus. 6. quæst. 1.*

8. In malis autem dupliciter peccant qui de crimine se jactant. Qui sc. lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. *Proverb. 2. v. 14.* & in superbiis suis, QUÆ EXULTATIO MALIGNA est. *Jacob. 4. v. 16.*

9. Huic jactabundo hominum Generi Divus VATES prognosticon in fallax posuit *Psalm. 52. v. 2.* *quid gloriaris in malitia?* quia Deus te destruet penitus evellendo radicem tuam de terra viventium *vers. 7. d. Ps. 52* ecce pœnam extirpationis!

10. Diabolicum est vitium timorem alteri incutere, metumve injicere, *hoc est* percellere aliquem & perturbare injecto TERRORE, quem terrorem *Cicero 4. Tusculan* vocat METUM CONCUTIENTEM, quod vitium morale, si excedit modum, incidit in delictum civile, quod dicitur CONCUSSIO, de qua *est tot. tit. ff. de concussione*, quæ est crimen, quo alicui terror injicitur, pecuniæ vel alterius rei extorquendæ causâ, *cujus pœna erat extraordinaria & arbitraria.*

11. Hodiè publicum & criminale dicitur delictum sive maleficium: Wann muhtwillige Buben die Leut wider Recht und Billichkeit schrecken und betrohen / und durch solche Betrohung und Forcht zur Unbillichkeit bringen; Diese werden vor LANDZWINGER gehalten und sollen mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet werden / ob sie schon

nichts mit der That gehandelt oder vollbracht haben / *Constit. Criminal. Carol. artic. 128.*

12. Diabolicum etiam vitium est, delectari *Morionibus* (qui sunt *secundum Martial.* PRINCIPUM DELICIÆ) & gaudere simul Ludionibus, joculatoribus & *Histrionibus*, qui sæpius multa in publicum seditiosè, fœda autem per domos privatas tentasse evincuntur *à Corn. Tacito lib. 4. c. 14.* ideoq; Cæsaris Tyberii tempore fuerunt ITALIA expulsi, *d. c. 14.* & nos Christiani pejores Gentilibus retinemus eos intra parietes nostros. Deros wegen in Teutschland kein Comœdiant/Gauckler/Springer/ Seiltantzer und dergleichen loß Gesindlein weder zu dulten noch zuleiden. Ita Rex Galliæ Philippus II. dictus Augustus ejusmodi farinæ homines expulit ex Regno in seculo XII. & quamvis *stultorum omnia sint plena*, evitandus tamẽ est quivis stult⁹ proterv⁹, qui quasi per risũ operatur scelus. Ein Narr treibet Muhtwillen/und hat noch darzu seinen Spott. *Proverb. 10. v. 23.* nec correctionem admittit, quia *in ore stulti virga est superbiæ*, [quæ judicium divinum non timet *Secundum Gregor.*] Ein Narr redet tyrannisch. *Proverb. 14. v. 3.* multò minus abhorret malum pœnæ, quod stultus transilit confidenter. Ein Narr fähret durchhin durstiglich *c. eodem. v. 16.* proindè à vobis procul absit omnis turpitudo, *stultiloquium & scurrilitas.* Narrentheidung lasst von euch nicht gesagt werden/ *monet Paulus ad Ephes. 5. v. 4.*

13. Diabolicum est etiam vitium *invidia* & æmulatio. INVIDIA est, *secundum Ciceronem*, ægritudo ex alterius rebus secundis & est Diaboli JUMENTUM, equus & vehiculum, *Chrysostom.* Diabolum facit Diabolum. Der Neyd macht den bösen Feind erst recht zum Teuffel/ *Basil.* Nam ex invidiâ Diaboli, proh dolor! MORS hominum introivit in orbem terrarum *Sapient. 2. v. 24.* & cum morte simul omnes calamitates, quæ ipsam mortem antecedunt, ut nullum magis solatium nobis supersit, quàm ipsa mortalitas, quæ piis est liberatio ab omnibus ærumnis. Ut cogamur cum Tobia dicere: *expedit mihi mori magis quàm vivere*, *Tob. 3. v. 6.*

14. Hæc invidia & æmulatio nullibi est potentior, & grassatur magis quàm *in Aulis Principum*. Nam insita aulicis NATURA, aliorum felicitatem

tatem ægris oculis aspicere *Tacitus lib.18. Annal.* quia affectus regnandi omnibus aliis affectibus est flagrantior. Hinc invidiam aulicam aliquando eò progredi videmus, ut reum patrem accusator filius facere non erubescat, sicut notavit exemplum *Tacitus de Q. Vibio* Sereno *lib.4. Annal.c.13.* Æmulatio ex ambitione orta sibi viam facit quovis stragulo, etiam in exitium innocentis non æmuli *Maugenbert.lib.2.axiom.19.*

15. Sic pientissimus David in Aula ACHIS, ob eximias virtutes, assecutus erat *gratiam Regis*, sed gravabatur *Aulicorum odio: Hinc Rex ad illum, Rectus es & Bonus sed satrapis non places, 1.Sam.29.v.6.* Ita hos invidos æmulos omnes induit Diabolus, quorum ope probos insectatur & affligit.

16. Imò bonis Angelis Aulæ resistit, ut factum legimus quod Princeps Regni Persici (Archi-diabolus) 21. diebus restiterit Angelo urgenti dimissionem Judæorum, usq; dum Deus ipsi alium insuper Archangelum adjutorem adjunxerit, quò repressis Sathanæ molitionibus, Israëlitæ libertati restituerentur *Daniel.10.v.13.*

17. In genere sciendum est, quod Sathanas ex signis interioribus & exterioribus hominum complexionem attentius observet, ut majorem se insinuandi & nocendi occasionem habeat. Frequentius autem Dæmon invadit eos, in quibus bilis atræ major est copia, quia succus iste imprimis idoneus illi videtur, quo homines in furorem & insaniam vertantur, quod Dæmones optant summoperè: quare & Atribilariis maximè insidiantur & morbos ut plurimum inferunt melancholicos.

18. Unde *GEORGIUS NYSSENUS*: Novit Diabolus cui ingerat illecebras Gulæ, cui adhibeat incitamenta luxuriæ, cui infundat vires invidiæ, cui adhibeat escam Cupidinis; novit quem fallat gaudio, quem mœrore conturbet, quem errore seducat; & causas quærit nocendi ubi & circa quod vitium quemq; studiosius vidit occupari.

19. Si perspicit *MARTIALE INGENIUM*, quod inflatum est affectu flagrantiori pro extendendis Imperii finibus, illud implet furore igneo, excitat & adigit ad bellum cruentum, licet contra vicinum, inculcans semper hos versus diabolicos:

Disjice compositam pacem, sere crimina belli,
Arma velit, poscatq; simul, rapiatq; juventus.

Nam unde bella & lites in vobis, nisi ex concupiscentiis vestris quæ militant in cordibus vestris? *Jacob.4.v.1.* Sic militant Christiani contra Christianos & fundunt sanguinem christianum inter semetipsos, quos junctos esse oportuit vinculo pacis & concordiæ i. e. ad servandam UNITATEM *Spiritus* & UNITATEM *corporis.* Sunt enim unum corpus & unus Spiritus *Ephes.c.4.v.3.* & ecce prohdolor! per discordiam disjunguntur spiritu & corpore, ad necem mutuam. Wann nur in einem Seculo der Christen Macht/ so sie unter sich selbst/durch manche blutige Niderlag und Auffwendung/ will nicht sagen tausend/sondern nur so vieler hundert MILLIONEN Golds/ so unzimlich geschwächt/wider den Erbfeind des Christlichen Namens gebraucht worden/was ewigen Ruhm würden die Christlichen Potentaten in Europâ erlangt haben/wann sie so viel tausend Seelen gewunnen/ und aus der Finsterniß des Unglaubens / und Banden des Teuffels gerissen hätten / zugeschweigen des Vortheils an Zugang so vieler Landschafft und Königreichen. Securitati domesticæ optimum judicat TURCA, quando potentes populi Christiani semetipsos conterunt, more ROMANORUM, qui olim tumultus bellicos Armeniæ & civile bellum pro suâ felicitate jactabant. *Tacitus lib. 12. Annal.* Verendum est, ut Turcæ nostris dissidiis, & discordiis elati, vitia nostra in sui gloriam vertant, nam urgentibus Imperii fatis fortuna (noverca) nihil potest præstare majus (pejus) quam discordiam Civium & membrorum regni. *Tacit. de moribus German. c.33.*

10. Surge ô JESU Salvator noster, qui ideò apparuisti in carne ut *DISSOLVAS OPERA DIABOLI 1. Joh. 3. v. 8.* disrumpe vincula Sathanæ, quibus vinctos tenet homines *Luc. 13. v. 17.* Compone motus bellicos, quos timent Germani & restitue pacem inter Christianos, effunde iram tuam in Gentes (Turcas) quæ te non noverunt & in regna quæ nomen tuum non invocarunt, *Psalm. 79. v. 6.* Surge Deus, judica terram, quoniam tu solus Dominus Hæreditarius eris omnium Gentium. Du bist Erb-Herr/ über alle Heyden. *Psalm. 82. v. ult.* & nomen tuum laudabimus, cui sempiterna gloria debetur. Amen.

CAP.

CAPUT XXXIIII.

De Momis. Von Leuten die gern jederman in seinem Thun und Lassen *reformi*ren und meistern.

Es ist kein geringes Laster / eines andern Arbeit/ Kunst und Wissenschafft/meistern/ tadeln/ verachten und verkleinern/ thut jedoch jemand solches/so muß er sichs getrauē in allē Stücke besser zu machē: Vorher aber soll ein solcher Momus mit seinē judicio so lang iñen haltē biß er selbsten vor sich/oder durch ein andern die Mängel und Gebrechē erwiesen/und öffentlich dargestellt; Derowegē dann/wann einer von einem Buch übel reden will/so soll dieser Buch-Lästerer innerhalb einer gewissen Zeit/so ihm von Magistrat bestimmet/ein bessers verfertigen oder an statt seiner / eine andere Person stellen/die ein bessers verfertige / welches dann der Censur geschickter Leut untergeben werden solle/ob es vor besser oder schlimmer zu achten/thut ers nicht/so soll er verdamt werden/offentlich zu widerruffen/ und die abgeraubte Ehr zuerstatten.

CAPITIS XXXIIII.

Exegesis annexô Judiciô.

Summaria.

I. Vitium communissimum est inter homines, nihil operis edere & tamen curiosis oculis aliorum opera taxativè contemplari.

II. Carptores citius carpunt quàm imitantur.

III. Momus perſpicaciſſimus omnium operum fuit contemplator, matre *nocte & ſomno* patre natus fuiſſe traditur, & quare?

IV. Momus reprehendit Deum & naturam, ideo quod homo ſine corde feneſtrato creatus fuerit.

V. Sed ridetur, quia Deus ſibi ſoli reſervavit cordis ſcrutinium, ejusdemq; probam.

VI. Cor humanum ſpeculum eſt, quò revelatâ facie gloriam divinam recipere poteſt, non verò interiorem hominum verſutiam & calliditatem.

VII. Homines Vani Momum imitantur & Deum in ſuis operibus blasphemant, converſi ad Vaniloquentiam.

VIII. Pœna blasphemantium ſtatuitur jure divino.

IX. Summa eſt temeritas alios reprehendere, quos potiùs digito diſcretionis defendere debemus: Revocanda enim ſunt cuncta ad conſcientiam, ut propria corrigamus, antequam ad aliena reprehendenda feſtinemus.

X. Quia REPREHENSIO plerumq; deridetur.

XI. Et ſtultitiam arguit Reprehendentis.

XII. Quæ tamen frequentiſſima, quia hodie quilibet ſuis erroribus plaudet, omniaq; ſibi, aliis autem nihil remittit.

XIII. Superbè Reprehendentis folia conſumuntur & ipſe relinquitur velut aridum lignum.

I. Vi-

I.



Itium communissimum inter homines est, *nihil operis edere*, sed curiosis oculis aliorum opera contemplari, aliorumve labores taxativè perstringere, vel etiam maligno sive Theonino dente *carpere*, prout ille *sutor ultra crepidam*.

2. Hi *Carptores citiùs quidem carpunt*, quàm IMITANTUR, quia sunt *Vituperones*, reprehendentes sæpè non reprehendenda, & incidunt *in vitium* CALUMNIANTIUM, nec immeritò rubore perpetuo eoq; infami suffunduntur, quando secundum AUTHOREM NOSTRUM in termino à Magistratu sibi præfixo, melius & perfectius opus neque per se, neque per substitutum, perficere queunt.

3. Sic MOMUS diligentissimus & perspicacissimus operum omnium contemplator ac Reprehensor, *matre nocte & somno patre natus fuisse traditur*, ideò quoniam imprudentis & desidis est proprium: *non judicare posse, quod humanum sit peccare & aliquando labi*. Cum solus Deus plenè perfectus ac illius opera omnibus omnino numeris sint absolutissima, è contra semper aliquid desit hominum operibus.

4. Hic Momus altius perpendere ausus fuit divinum creationis actum, & cum licet nequiter, præsumpsisset defectum, DEUM simul & NATURAM accusavit, ideò, quod prætermiserint in homine fingendo maximè necessarium. Nam secundum ipsius Momi opinionem *Opifex hominum* debebat providisse, quod cor recessibus & cavis occultum & celandis fraudibus idoneum esset; Ideò laudabilius opus fecisset, si *pectus fenestratum* dedisset, ut quid in animo quisque strueret, & cognosci & quid in his specubus lateret, perspici posset. Sed Momus adhuc hodiè à quolibet sano ob ridiculum judicium non immeritò ridetur.

5. Quia

5. Quia Deus sibi soli reservavit cordis scrutinium, utpote qui solus scrutatur corda & scit quid desideret Spiritus *Rom. 8. v. 27.* & solus probat corda, et prüfet allein der Menschen Hertzen/ *Psalm. 17. v. 3. Proverb. 17. v. 3.*

6. Creavit autem DEUS humanum cor, ut sit Speculum, quo revelatâ facie gloriam divinam homo recipere possit, *2. Corinth 3. v. 12.* Callidam verò versutiam & malitiam internam *hominum*, *super quorum corda velamen est positum*, in hâc mortalitate introspicere nequimus, *sed dies manifestabit*, nihil enim *tàm opertum* *ac occultum* quod *non revelabitur; nec tàm absconditum*, *quod non cognoscatur*, & quæcunq; secreta Tu in tenebris obscuris dixisti vel molitus fuisti, tandem suo tempore, quo judicabit justitiam Deus *Ps. 75. v. 3.* *in lumine* splendidiori patentius patescent. *Luc. 12. v. 2. & 3. c. 8. v. 17.*

7. Sic *vani homines* Momum sæpius imitantur & Deum in suis operibus blasphemant. Ita blasphemârũt JESUM nostrũ Salvatorẽ, qui maximã à peccatoribus sustinuit adversus semetipsum contradictionem. *Heb. c. 12. v. 3.* Sic Paulus Apostolus queritur, quod non nulli tanquam à scopo aberrantes diverterint *ad vaniloquentiam* & naufragium fecerint *circa fidem* ex quibus fuit HYMENÆUS & ALEXANDER, quos tradidit *Sathanæ* ut castigati *dediscerent blasphemare v. 20.*

8. *Sed* quæ pœna manet hos blasphemantes? ℞. *pœna interitus.* Nam veluti irrationabilia pecora naturaliter in captionem & perniciem genita, in his quæ ignorant, blasphemantes in corruptione sua *peribunt 2. Petr. 2. vers. 12.*

9. Est *TEMERITAS* summa alios reprehendere. Nam cujuscunq; proximorum, quæ sunt digna reprehensione, potius defendere, quàm ullâ impudenti *TEMERITATE* ad vitam eorum (*non dicam*) dijudicandam sed nec saltem tenuiter reprehendendam, prosilire debemus. *c. nolite 5. dist. 21.* Revocanda potiùs sunt cuncta intus ad *CONSCIENTIAM*, ut prius propria corrigamus, antequam ad aliena festinemus reprehendere, imò DIGITO

DISCRE-

DISCRETIONIS solerter debemus errata exculpare imitantes CHRISTI exemplum *c. postulatus 6. caus. 3. quæst. 7.* Hinc Imperator Henricus II. *Symbolo usus fuit hoc*: Omnium mores, tuos inprimis, observato. *Reusnerus hoc Symbolum his versibus comprehendit.*

Fac omnium mores, sed inprimis tuos
Sic cautus observes: ut ex illo sis Tibi
Prudens, at ex hoc sapias aliis omnibus.

10. Quia Reprehensio plerunq; deridetur. Hinc probe cecinit Poëta:

Alterius dictum aut factum ne Tu contempseris unquam,
Exemplo simili, ne te derideat alter.
Nam
Deridens alios non inderisus abibit.

11. Reprehensio stultitiam arguet reprehendentis: Nam Thesaurus stultis in lingua sita est, ut quæstui habeant male loqui de melioribus. *Plaut. in Panulo act. 3. scen. 3.*

12. Sed pessima sunt hodierna tempora, in quibus nemo vitia sua aut scire vult alios, aut ipse fateri, sed quisque suis erroribus plaudit, & lenocinatur, *OMNIAQUE REMITTIT SIBI, NIHIL ALIIS*, quos carpere non desinit. Audi igitur monitum:

13. Ne te extollas in consilio reprehensionis, ne folia tua consumantur & fructus tui pereant & (virtute tuâ elisâ) relinquaris velut lignum aridum. Laß dich nicht klug düncken/jederman zu tadeln / daß deine BLETTER NICHT VERWELCKEN / und deine Frucht verderbe und du auch dermaleins werdest/wie ein dürrer Baum. *Eccles. 6. v. 3.*

CAPUT XXXIV.

De contradictoribus, qui cuilibet obloqui consueverunt. Von Leuten so gern jederman das obstat halten.

Es ist auch unter den Menschen ein verfluchtes Laster/daß etliche allzeit wollen widersprechen/wann sie nur jemand hören reden oder discuriren/so sein sie fertig das Wider part zu halten dessen / was gesagt wird: Wobey gleichwol täglich observirt wird/daß durch solches fast hündisches Widerbellen/und Gegensprechen/wann einer dem andern hat wollen Gegenpart halten/ der eine auff spitzig und anstichlichte Reden / der ander von solchen spitzigen auff Ehrenrührige und Schmähwort / und von dannen zum Rauffen und Balgen auch wol gar zum Untergang und Verderben der Häuser und familien kommen und gelangt seyn. Derohalben wäre die Ordnung anzustellen/daß bey willkührlicher Straff hinfüro niemals ihrer zween in ein Wort-Gezänck und Widersprechen gegeneinander sich einlassen sollen/wann sie nicht zuvor einen Dritten zum Obmann erwählet / der ihr Richter und Schiedsmann/um Weitläufftigkeit zu verhüten/seyn könne/ thun sie aber das nicht / so sollen billich diese Leut als halstarrig und zänckische Widersprecher aus der conversation ehrlicher Leut bannisirt werden.

CAP. XXXIV.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Oblocutor est, qui sermonem alterius obstrependo interpellat, dicitur & λογόμαχος.

II. Ex

II. Ex contradicendi libidine multæ oriuntur controversiæ. Et dissensio turbat quævis divina simul & humana.

III. Contradictiones non solùm inter privatos, sed & in publico, in conciliis & Consessibus deliberatoriis audiuntur.

IV. Contradictores sæpius criminando bonos & modestos anteire solent.

V. Contentio crescens auget dissidia, quæ, cum latiùs vagantur, in consiliis publicis totas sæpe Respublicas evertunt.

VI. Argutia arguit disipienter sapientem.

VII. Contradictores, qui ostentationis causâ opinionem suam propugnant, non patiuntur se corrigi.

VIII. Sunt, qui optimos quosque jurgio lacessunt, & Respondenti reticent, ut pavida ingenia solent.

I.



Bloquutor est qui sermonem alterius obstrependo interpellat, der dem andern ins Wort fällt/und allzeit widerbelvert/ communi proverbio notant Germani ejusmodi hominem, Hans Widerporst / ist Jglicher Art / hält jederman das Widerpart. Dicitur & λογόμαχος Wortbestreiter. Ejusmodi contradictores Rex David toleravit, quando conquestus est: *tota die, verba mea exagitant.* Täglich fechten sie meine Wort an. *Psalm. 56, v. 6*, Quæ obloquutio, ut, plurimum ex arrogantia oritur.

2. Multæ controversiæ ex contradicendi libidine ortæ sunt. Juxta illud

Qui vult ingenio cedere nullus erit.

Utuntur enim contradictores ut plurimum sophisticâ locutione, quâ non solùm tardos sed ingeniosos etiam, minus diligenter attentos decipiunt. Ideoque in publicum odium incurrunt. *Augustin. tom. 3. de doctrin. Christianâ lib. 2. c. 13.* quia secundum sacram scripturam omnis, *qui sophisticè loquitur*, ODIBILIS EST, & quod magis est, *in omni re defraudabitur*, er bleibt ein Bettler mit seiner Klügeley. Non enim ei data est à Domino gratia, ideoq; caret omni sapientia *ut prudenter Ecclesiasticus c. 37. v. 23. ex divina inspiratione judicavit*, quod autem contradictiones in tanta frequentia existant, facit *NATURALIS hominum ad dissentiendum FACILITAS. l. 17. §. 6. ff. de recept. arbitr.* Hanc facilitatem innatam debemus comprimere. Nam dissensio omnia divina simul & humana turbat *Chrysost.* & ars contradicendi vera quævis in dubium vertit, ut *PLATO de scient. rectè sensit*, quod contradicendi studium inprimis nocivum est J. Ctis, *ut supra diximus c. 3. n. 19. & 20.*

3. Non infrequentes sunt hodie in conciliis & consessibus etiam deliberatoriis *CONTRADICTORES*, qui repugnantes sententias & vota aliorum minaciter invadunt, & ne consilio vincantur, ad jus Imperii confugiunt, & imperant, ne quis auderet obviam ire sententiæ unius Imperiosi, qui solus sibi sæpius sapere videtur, neve forsan impediret alter contrarium sentiens, quo minus cæteri in adulationem concederent, *ut fieri testatur Tacitus, 2. historiar. 33. & hodierna praxis docet.* Vel ne alieni consilii indiguisse videantur, in diversa semper & deteriora transeunt *Tacit. lib. 15. An. c. 10.* Es hält öffters einer dem andern Widerpart nur zum Verdruß / wider besser Wissen und Gewissen.

4. Hæc contentio paulatim crescens auget dissidia, quæ cum latius vagantur, in publicis consiliis *sæpè totas Respublicas evertunt.*

6. Sed væ vobis, qui Sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismet ipsis prudentes *Esai. c. 5. v. 21.* Vestra enim sapientia, quam vobis imaginamini, non est sapientia, sed argutia. Arguti autem dissipienter sapientes sunt, conci-

concipiunt paleam & pariunt stipulam, mit Stroh gehen sie schwanger/und Stoppeln gebähren sie.

7. Quoties res est tibi cum iniquis Adversariis, (qui ostentationis causa malint suam opinionem propugnare,) si per conscientiam illæsam fieri potest, mores eorundem toleres cum modestiâ, perinde enim est vel pauca, vel multa dicere, quandoquidem CONTRADICTORES non patiuntur se corrigi.

8. Nonnunquam reperiuntur, qui optimos quosq; jurgio lacessunt & Respondenti reticent, ut pavida ingenia solent. *Tacit. lib. 14. Annal.*

CAPUT XXXV.

De Lusoribus & Sponsoribus ludendi causâ.

DAs Spielen und Wetten ist erfunden zu einem Zeitvertreib und Kurtzweil / wird aber heutiges Tags zu vielerley Leut Schaden und Verderben mißbrauchet / dabey dann nicht allein allerhand Betrug / Büberey und Boßheit / Schmähwort / Gotteslästerung und Schlägerey entstehen / und daher nicht unbillich die Spiel-Tafel ein Altar des Teuffels genennt mag werden / dannenhero die Ordnung zu stellen / daß der jenige so verspielt dem Gewinner nichts zu zahlen schuldig seyn soll / also daß der Gewinst und daraus entstehende Forderung und Zuspruch null und vor nichtig seyn. Ist aber baar Geld gesetzt / und der Gewinner hat den Gewinn baar empfangen/so soll derselb confiscirt und er noch dreymal so viel der Obrigkeit zubezahlen schuldig seyn / und noch darzu mit jährlicher Gefängniß abgestrafft werden / würde nun solcher abgestraffte Spieler sich nichts desto weniger beym Spiel anderwerts betreffen lassen/so möcht er gar andern zum Exempel am Leben gestraffet werden. Hingegen könt man wol erlaubẽ / daß in einem Tag in Spiel

oder durch Wetten einer 3. fl. und darunter verlieren mög / welches aber nicht an baaren Geld/sondern nur an Victualien/als Speiß und Tranck zu bezahlen.

CAP. XXXV.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Ludorum genera sunt varia, licita & illicita.
II. Ludus artis est concessus.
III. Ludi veterum quinq; numerantur.
IV. Quinque etiam Ludos concessit Imperator Justinianus.
V. Apud Germanos ars Saltatoria.
VI. Et palæstrica exercitatio est Concessa.
VII. Apud quos & Equitationis ars laudabilis est.
VIII. Sic exercitio: *Hastam militarem in aëre quatere & vexillum artificiosè torquere*, remanet sua gloria.
IX. Pilæ exercitium quoq; non improbatur.
X. Apud Illustres & nobiles in Germania frequentantur TORNEAMENTA, ab Imperatore, Henrico I. Aucupe introducta Anno 933.
XI. Articuli torneamentorum recensentur.
XII. Tandem torneamenta cæperunt esse exosa propter luxum, & Anno 1217. fine lugubri & cruento terminata sunt.

XIII. Lu-

XIII. Ludus fortunæ est prohibitus.

XIV. Quia multa crimina nascuntur ex eodem.

XV. Incertitudo cuivis ludo inest.

XVI. In potestate dominica vel paterna Constitutis ludere non est concessum.

XVII. Omnibus indistinctim datur repetitio perditæ pecuniæ usq; ad 50. annos, si ultra aureum amissio facta.

XVIII. Frugi patribusfam. ludere pro esculentis & poculentis est permissum.

XIX. Sponsio in ludis illicitis est inefficax.

XX. Alea & reliquæ Ludorum artes perniciosè à Dæmone, quem PLATO nominat THEUT, originem capiunt.

I.



LUdorum varia sunt genera, quædam ex iisdem sunt *licita*, quædam de jure *prohibita*.

2. Ludus artis est concessus, quia viribus ingenio & fortitudine peragitur: utpote certare hastâ, vel pilo jaciendo, currendo, saliendo, luctando, pugnando. Nam hæc sunt corporalia, quæ virtutis causa conceduntur *l. solent, 2. §. 1. ff. de Aleator.*

3. Ludi veterum quinq; numerantur, *utpote* lucta (2.) Pugillatus, (3.) Cursus, (4.) Saltus, (5.) Discus. Quibus omnibus, si quis vicisset, dicebatur Pancratiastes, ein Fünff-Künstler.

4. Sic

4. Sic JUSTINIANUS Imperator quinq; etiam Ludos concessit (1.) Monobolō, (2.) Contomonobolon, (3.) Quintanum contacem [*tria sunt saltationis genera, ubi quis solus vel cum aliis sine vel cum armis, cum vel sine conto sive spiculo* mit oder ohne Lantzen/*corpus exercet.*] (4.) Perichten, *id est Luctam* & (5.) Hippicem *id est pugnam equestrem l. 1. & l. ult. §. deinceps C. de Aleat.* quorum usus non satis innotuit Germanis.

5. Es seynd aber bey den Teutschen noch heutigs Tags die Roß- und all andere Balleten üblich. Et quamvis ars Saltatoria decora & festiva corporis sit agitatio, notabilis tamen Veterum Germanorum erat *saltatio*, quæ dicta fuit PYRRICHICA, in quâ viri, armatura integra induti, gladium nudum gestantes saltare solebant. Sed hæc Saltatio jam dudum explosa, è contrà *Gallica, Italica, Anglica, Hispanica, Æthiopica*, & plures introductæ sunt aliæ, *tantaq; GERMANORUM aviditate arrepta*, ut (quod de natione Germanica fortissima illa ignominiosum est dicere) pauci vel nulli inveniantur, qui *more GERMANORUM* veteri saltare vel possint vel cupiant, ita effæminati videntur, quia in Gynæceis solam laudem saltando sibi quærunt.

6. Sic & hodiè inter Germanos in *Palæstrica* exercitatione est concessum, cum commilitonibus nunc punctim nunc cæsim virtutis ostendendæ gratia decertare, quoties autem decertatio processerit ad duellum hostile & cruentum, abominandum est, quia hodie duella sub pœna mortis sunt prohibita, *ut infra audiemus c. 42. n. 13. & seqq.*

7. *S*ic Equitationis ars laudabilis est v. c. in generosum equum animosè & celeriter insilire, decenter eidem insidere, & eundem saltibus & cursibus in motum concitare, mox virgæ umbrâ in orbem circumflectere vel in gyrum agere.

8. *S*ic hastam militarem in äëre quatere, eam in altum subitò emissam colligere & vibrare; Vexillum artificiosè torquere & circumagere, non est prohibitum.

9. *Pilæ* exercitium quoque non reprobatur, sive Pila sit trigonalis s. paganica seu follis. Nam ut alios prætercam, de *SCÆVOLA* JCto Romanorum nobilissimo, proditum est, quod strepitu forensi defatigatus pilæ lusu in sphæristerio sese recreaverit. Ist derowegen die Fecht- und Reit-

Kunst/

Kunst/das Fahnen und Piquenschwingen / das Tantzen und Pallspielen unter Teutschen erlaubt/wohin auch das exercitium der Baille maille so bey etlichen Fürsten-Höfen üblich mit hinlauffen mag.

10. Sed frequentantur apud Germanos etiam *TORNEAMENTA* vel cataphractorum hastici ludi. Das Ritterliche Turnieren und Lantzen-brechen. Ludus torneamentorum institutus fuit ab Imperatore HEINRICO I. AUCUP. anno 932. Gottingæ post victoriam contra Hunnos partam. Videatur, Ritterliche Turnir-Ordnung von 12. Articuln beschrieben von *Balth. Menzio*.

11. Recensere lubet ex artic. quædam notabilia imprimis de interdicto Nobilibus Commerciorum, & hospitii usu, *de quo supra c. 20. n. 10. dictum* aliaq; notatu digna: per verba dispositionis subsequentia: Welcher von Adel geboren/und dabey bezüchtiget wird/daß er wider die H. Dreyfaltigkeit/wider die Christliche Kirch/und deren Glauben/wider der Käiserlichen Majest. Gebott und Verbott/oder auch wider das H. Römische Reich freventlich gehandelt ; Der Frauen oder Jungfrauen verunehret oder geschwächet/wer Siegelbrüchig/ Meineydig/ Ehrloß erkennt / gescholten/ und darfür gehalten: Wer seinen Herrn verrahten / oder vom selbigen außm Feld geflohen wäre/wer Kirchen / Clausen/ Wittwe und Waisen beraubt/wer dem Kauffmann die Strasse zugebrauchen verhindert/oder hab seinen Adelichen Stand anders/ dann in Adelichen Würden erhalten/ das ist/ er hab sich nicht von seinen Adelichen Renten und Gülden die ihme sein Eigenthum/Mann- oder Erbleben/Dienste und Lehen-Geld oder Herren-Sold jährlich ertragen mögen/sondern mit Kauffmanschafft / Wechsel/Fürkauffen/Umschlägen/und dergleichen Händeln genähret / oder sein Einkommen vermehret / der hat dardurch sein Adel geschwächt und veracht / wo er auch seinen Hintersassen ihre Brod vor dem Mund abgeschnitten/derselb so er der Stück eines oder mehr überführet würde / soll im Thurnier nicht zugelassen werden / wo er aber darüber einritt und thurnieren wolt/soll man mit ihm um das Roß thurnieren/ hingegen ihne auff die Schrancken setzen. Paulo aliter recensetur ordinatio torneamentorum, quam anno 1485. sub Imper. Friderico Tertio promulgata zu Hailbrun/descripta à Goldasto pag. 25. in Tractat von Reichshandlung.

12. Sæpius frequentata fuerunt torneamenta, utpote 938. *Magdeburgi* & posteà multis aliis civitatibus. Sed propter luxum & amores Civibus, ubi celebrabantur, cæperunt esse exosa, ut edocent Hastiludia *Basileæ Anno* 1.217. magna frequentiâ agitata sed fine lugubri & cruento terminata. *vid. Guillëman. lib. 6. Habsburg. c. ult. fol. 408.* Jus Canonicum ideo detestabiles ferias vocat Torneamenta, ex quibus mortes hominum & animarum proveniunt, propterea Ecclesiastica sepultura sic defunctos privat, *c. un. X. de Torneament.*

13. LUDUS FORTUNÆ, ubi sola fortuna regit, est prohibitus, quia lucri intercipiendi causa instituitur. Pugnat enim non tantùm cum jure naturali, quod alterum cùm damno alterius locupletiorem reddere vetat: *l. 66. ff. de conduct. indebiti & l. 6. §. 3. ff. negot. gest.* sed simul juri divino contrarius est, *ut deduxit Rànchbar part. 2. quæst. 25 n. 36.* Qualem prohibitionem sanciunt etiam jura *civilia, tot. tit. ff. & C. de Aleatoribus.* Ex ejusmodi enim ludis proveniunt blasphemiæ, perjuria, bonorum dilapidationes & deniq; lachrymæ *l. fin. C. de Aleat.* proveniunt & inimicitiæ, jurgia, cædes & plurima alia incommoda, quæ latè enumerantur, *à Parid. de Plateo de Ludo n. 4.*

14. Nàm ex lùdo tot crimina nascuntur, quot sunt in taxillis puncta, *secundum Anton. Florentinum.* Hinc probe monemur, ad fugiendum ludum *notis versibus*:

Ludens taxillis bene respice quid sit illis:
Spes tua, mors tua, sors tua, res tua pendet in illis.

Unde Aleatorum nomen pro infami habetur, *arg. l. 2. §. ult. ff. de his qui notant. infam.*

15. Aleæ autem nomen est generale; & refertur ad omnes ludos, qui pendent à casu ancipiti, utpote sunt folia s. chartæ lusoriæ, tesseræ, tali, astraguli. Nam vox alea JCtis incertum quid denotat *l. nec emptio 8. ff. de contrah. empt.* Quæ incertitudo cuivis ludo inest, qua perdit vel lucratur lusor pecuniam.

16. In potestate Dominica vel paterna constitutis, ludere non est concessum. Si autem facto ludunt: ad id, quod servus vel filius familiæ victus ludo perdit, Patri vel Domino repetitio competit *l. fin. ff. de Alea lusu.* quia ignorare non debet quis, ludendum non esse cum hujusmodi personis, quæ nihil habent proprium *§. 1. Inst. per quas person. non. acq.* vel si habeant, illis tamen non est dispensatio libera concessa.

17. Imo datur repetitio perditæ pecuniæ omnibus indistinctim, usq; ad 50. annos, si ultra unum aureum amissio facta, *l. ult. C. de aleator,* & si super sederit repetere, procurator fisci inquirere & in opus publicum convertere debet pecuniam, aleæ lusu perditam *d. l. ult.*

18. Frugi tamen Patribus familiæ ludere pro esculentis & poculentis est permissum, *l. 4. pr. ff. de aleator.*

19. Sicut igitur ludere prohibitum est, ita nec sponsionem facere licet in ludis non permissis *l. 8. ff. eod.* Nam sunt inefficaces Sponsiones ludi causa factæ, *Benevent. Strach. de spons. part. 4. §. quæritur cum sequent.*

20. Originem quod attinet Plato Aleam & reliquas perniciosas ludorum artes à Dæmone, quem nominat THEÜT, inventas esse tradit, ideoq; non mirum est Teutones id est GERMANOS huic arti tàm deditos esse.

CAPUT XXXVI.

De Delatoribus.

Wann jemand siehet ein ärgerlichen Menschen/und erfähret sein böses Leben/bey der conversation, so ist er schuldig solches der Moralischẽ Obrigkeit anzuzeigẽ/alsdann soll die Obrigkeit auf die gegebene Aergernüß inquiriren/und dem sittlichen Verbrechẽ ein gewisse Namẽ gebẽ/hernach dẽ Beklagtẽ vor fordern/und in Gegẽwart des Querulantẽ Information einnehmẽ/auch nach Erforderung Zeugen abhören / und solches ohne Weitläufftigkeit einiges umschweiffenden Processes/ und wann der Beklagte schuldig befunden/

ist er entweder mit Gefängniß zubestraffen oder aus ehrlicher Gesellschafft zu bandisiren. Jedoch ist in acht zunehmen/ daß von sittlichen Magistrat/der Kläger bißweilen in geheim zu halten sey/ damit der Beklagte auff ihn nicht Feindschafft werffe/und in solchen Fall muß die informatio ex officio über das Moralische Gebrechen vorgenommen und in Geheim gehalten werden; Würde aber die Klag falsch befunden/ wer der Kläger/ als ein falscher Deferent und loser Gesell/billich zu straffen und zu bandisiren. Und solches wäre in acht zu nehmen bey Herren-Höfen/ wann daselbst einer den andern bey der Herrschafft heimlich angegeben/ daß demselben nicht fort Glauben zugestelt/sondern fleissig vorher/ nach der Warheit geforschet/ und also der Angegebene/ ohne vorhergehende Erkundigung/ der wahren Beschaffenheit/ nicht unschuldig verfolget würde. Ratio potest addi, Dann man läugt gern auff die Leut. Eccles. c. 19. vers. 15.

CAPITIS XXXVI.

Exegesis annexô Judiciô.

Summaria.

I. Delatio est secreta alicujus criminis manifestatio.

II. Et Delatores qui crimina commissa clam deferunt Magistratui.

III. Hi delatores non aliter sunt audiendi, nisi tribus concurrentibus circumstantiis.

IV. Imperator CONSTANTINUS olim constituit Delatores; quos nominavit CURIOSOS & stationarios. Sed iisdem simul injunxit probandi necessitatem.

V. Sic

V. Sic Præfecti urbis olim milites Stationarios dispositos habuerunt ad referendum sibi, quid ubique locorum in urbe ageretur.

VI. Aliud disponunt Constitutiones Imperii de stationariis anno 1500.

VII. Delatores hodie quoq; merentur mercedem delationis, utpote Delator Complicum Criminis læsæ Majestatis, absolvitur pænâ ordinariâ.

VIII. Delator propolii *recipit* quartam partem Commissorum bonorum.

IX. Delator monetam diminuentium, tertiam partem pænæ, ut &

X. Delator monetam adulterantium, eandem pænæ tertiam partem.

XI. IRENARCHÆ cum militibus Stationariis præstabant olim tutas vias. Sic & hodie conducuntur Mercatores ad Nundinas, sed non omnes ubiq;.

XII. Munus Irenarcharum erat disciplina publica in corrigendis moribus. Hodie cessat illud munus.


XIII. Ministri Magistratus olim quoque fuerunt delatores, quibus non deferentibus, pæna criminosorum infligebatur.

XIV. Einem Laurer/so an der Thür horchet/ist nicht zu glauben.

XV. Ratio redditur, quia committit enorme crimen, & habet Diabolum in auribus.

I. De

I.



Elatio est secreta alicujus criminis manifestatio s. accusatio, facta per eum, cujus non interest. *Terent. Clemens. in l. cum Patronum 10.pr. ff. de jure patronatus*, accusasse dicit JCtus eum, qui nomen alicujus detulit.

2. Hinc dicuntur delatores, qui crimina commissa clam Imperatori vel judicibus denunciabant, etsi suâ privatim non interesset.

3. Hic quæritur, an audiendi sint ejusmodi homines? quid si essent inimici ejus, quem detulerunt? *Respondet INNOCENTIUS III. in cap. inquisitionis 21.v.1. Extra de accusation.* Si duo vel plures affirmaverint aliquem crimen aliquod commisisse, (1) inquirendum erit, *an delatores ex causa inimicitiarum ad delationem prosilierint*, (2.) debet *juratò deponere* (3.) debent esse *crimē super quo delatus nō laborat infamiâ.* His concurrētibus, is potest puniri, qui ita delatus fuerit. Si autem fuerit crimen famosum, tunc non sufficit occulta delatio, sed debet libellus accusationis offerri in judicio cum clamosa insinuatione, h. est, publicè ut omnibus pateat, quis fuerit Accusator.

4. Sic Imperator Constantinus olim constituit delatores, quos nominavit Curiosos & Stationarios, qui certo loco stabant & curiosè indagarent crimina, ut eadem nunciarent judicibus *vid text. in l. 1. C. de curios. & station. XII. 23.* Attamen cum conditione, ut facta denunciatione, probationes simul præberent, ne viderentur insontibus calumnias nexuisse.

5. Ita olim præfectus urbi dispositos habebat milites STATIONARIOS, ad tuendam pulicam pacem & ad referendum sibi, quid ubiq; locorum in urbe ageretur *l. 1. §. quies 12. ff. de offic. præfect. urbi.*

6. Von Stationirern handelt der Reichs-Abschied zu Augspurg de anno 1500. *sub tit.* 24. *pag. mihi* 66. Sed illi non veniunt nomine Delatorum.

7. Ho-

7. Hodie quoque merentur præmium delatores, utpote delator criminis læsæ Majestatis, licet ex complicibus fuerit unus, debet absolvi pœnâ ordinaria, & hoc erit præmium ipsius *Aurea Bulla Carol. 4. tit. 24. §.* ob in Warheit ꝛc.

8. Sic delator propolii recipit quartam partem commissorum bonorum. Wer die Ubertrettung und Laster des Fürkauffs deferiret und anzeiget/ demselben Ansager soll den VIERDTE THEIL der verwürckten Güter pro præmio zugestellet werden / Reichs-Abschied zu Augspurg de anno 1548. sub tit. Monopolia und schädliche Fürkäuff betreffend §. 8.

9. Deferens Criminosos illos, qui monetam diminuunt, recipit tertiam partem pœnæ, Dann es sollen dieselbe Verbrecher / welche die Müntz ringern/schwächen/beschneiden / unverzüglich gerüget und bey Pœn 2. Marck lödiges Gold der Obrigkeit angezeiget werden / die Ansager aber zur Belohnung den DRITTEN THEIL der Straff empfangen. Vid. Käisers Ferdinandi Müntz-Ordnung zu Augspurg de anno 1559. §. 152. & 153.

10. Ità delatores monetæ adulteratæ recipiunt tertiam partem pœnæ. Es werden die Ansager der Müntz-Verfälscher auch mit den DRITTEN THEIL der Straff zu ihrer Lohnung begnadet / vid. deputations-Abschied zu Franckfurt de anno 1571. §. 32. ibi: man soll einen jeden Anzeiger den dritten Theil davon zustellen.

11. Fuerunt & constituti IRENARCHÆ h. e. *pacis & quietis publicæ Principes*, qui cum militibus stationariis præstabant securitatem, inquirentes in viatores, qui & quales essent, & unde & quo proficiscerentur. Et proinde, si quæ crimina in illis suspicarentur, detegebant & deferebant, tutasque vias præstabant. waren stetige Geleits-Leut der Reisenden. *Marcianus in l. Divus 6 ff. de Custodiâ & exhibit. reor.* Hodie per Germaniam, conducuntur saltem Mercatores ad Nundinas Francofurtenses & Lipsienses proficiscentes, & illa conductio sæpius carius, quàm par est venditur. Ex inferiori autem *Saxonia* proficiscentes Mercatores respuunt conductum cujus-

jusvis Domini territorialis, per cujus territorium transeunt, sed sæpius exponuntur spoliis militum latrocinantium.

12. Horum IRENARCHARUM munus erat publicum, qui disciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiebantur *l. munerum 18. §. Hirenarcha 7. ff. de muner. & honor.* Hi hodie desunt, ideoque Gens est male disciplinata.

13. Deinde fuerunt officiales s. potius ministri Magistratus, Herrn Diener/ Land- und Stadt-Knecht/ qui etiam deferre debebant crimina JUDICIBUS, & ab illis *delatum crimen*, dicebatur *per officium denunciatum*, quod quidem etiam citra solemnia accusationum perpendebatur, sed perpenso judicio, perspici debebat, utrum delatus falsis vel notoriis criminibus insinuatus s. delatus fuerit. *l. ea qua 7. C. de accusat.* & his præpositi erant PRIMATES *officiorum*, qui cum simul atq; noverint facinus aliquod committi & judices de scelere puniendo non instruxerint, ejusdem criminis laqueis s. pœnis, quibus criminosus, qui deferendus fuisset, constringebantur. *per text. in L. 1. §. primatibus C. de privat. carceribus.*

14. Quæritur an insidiatori, qui ædes alterius oberrat & ad Januam latenter aures arrigit, sit credendum in auditis quæ postea defert? Ob einigem Laurer/ so an der Thür horchet/ was geredet wird/ und hernach gehet und deferirts zu glauben sey? Cæsar Vibius GALLUS, qui cum VALERIANO consors Imperii erat, circa annum 252. usq; ad 256. Emissariis usus est, hatte seine Spionen/ qui indagarent secreta aliena; Hi Emissarii ad latera domus hærebant, Laureten an der Wand / & colligebant rumores relaturi quid nudirent: juxta angulos insidiebantur, ut meretrices *Proverb. c. 7. v. 12.* & cætibus honeratorum assidebant, omnia, quæ audierant, per posticam postea ad Imperatorem GALLUM admissi, referebant, plura fingentes mala & audita duplicantes. Nam nulli delatori fides derogabatur seu vera, seu falsa dicenti. *Tacitus lib. 5. Annalium.* Ita eô tempore secreta cognoscebantur, ut etiam tunc PARIETES CONSOCII arcanorum timerentur, ut testatur *Ammian. Marcellin. lib. 14.* quod malum tamen Deo sit gloria, Germani hactenus non sunt experti.

15. *HIOB. c. 31. v. 9.* inter enormia recenset crimina, quæ adulterio non sunt minora; Si ad ostium amici sui insidiatus fuisset. Hab ich gelauret an

an meines Nechsten Thür? Hoc esset nefas & iniquitas maxima. Einen Horcher mag man auff der Stell todt schlagen / ita opinati veteres Germani, quia ejusmodi Insidiator, auribus Januæ adhærens, habet Diabolum in auribus, uno aure unum arripit VERBUM alterum falsò suppeditat Diabolus, quod ab aure in os & linguam descendit, inde multa dissidia, contentiones imò cædes oriri solent.

Von Policey Wesen.

CAPUT XXXVII.

De Munditie Externa.

Von äusserlichem Schmuck und Reinigkeit.

Was soll die Obrigkeit verordnen / daß sich jedermänniglich / so wol aus und innerhalb der Häuser mit den seinigen durch fleissiges Baden und Waschen / rein und sauber halte: Keiner nichts Unreines auff die Gassen / welche von allen Unflath gesäubert seyn sollen / werffen oder giessen soll: Dann auch müssen die Cloacen fleissig gesäubert / und die Unreinigkeit durch Canalen ausgeführet / werden: Sollen auch die Barbierer Mundwasser / die Zähne sauber zu halten / allzeit den Bürgern an die Hand schaffen / damit nicht leichtlich / einer von andern angestecket / oder sonst aus Unreinigkeit der Häuser sich ein Infection anspinnen mög.

CAP. XXXVII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Munditiem Lex Mosaica Ceremonialis seriò imperavit.

II. Sic ædes leprâ affectas ob imunditiem destruxit populus Israeliticus.

III. Per platearum munditiem Athenas à peste luiferâ, præservavit Toxares Medicus.

IV. Christiani mentem & conscientiam ab omni inquinatione præcavere,

V. Nec tamen externam corporis puritatem negligere debent.

VI, Nam Deo omnis immundities & sordes sunt abominatio.

VII. Purgatio Cloacarum de jure quoque civili injungitur.

VIII. Sic & mundities corporis imperatur, imprimis Oris fætor præcavendus.

IX. Quis de jure civili hircosus dicatur? malè sc. olens.

X. Odor bonus nutrit, malus corrumpit.

XI. Odore suavi delectatur Deus.

XII. Odorem suavem traxit Imperator Rudolphus I. ex ore Virginum.

I.



Undities est servanda in domo cujusvis, nam olim *Mosaica Lex Ceremonialis* eandem seriò imperabat, è contra immunditiem cum rigore vetuit. Nemo enim immundum quid attingere aut cibo immundo vesci debuit. *Lev. 11. per tot.*

2. Sic

2. Sic ædes leprâ affici passus est Deus ob immunditiem populi sui, ita ut Israëlitæ ex iis emigrare, easq; interdum destruere coacti fuerint, quarum ædium infectarum lapides & ligna, imò universum pulverem projecerunt extra oppidum in locum immundum, *Lev.14.v.34.cum seqq.*

3. Ut igitur domus; ita quoque platea purificari debet, ideoq; in plateis cujuslibet civitatis omnes sunt sordes abigendæ, nam Lucianus de TOXARE Medico celeberrimo refert, quod ATHENAS, per platearum munditiem, à peste præservaverit. Deinde ex stabulis, porcorum genus est abolendum, propter fœtorem qui perniciosissimus est, plura non dicam de pestis præservatione, sunt enim in Germania laudabiles constitutiones, allerhand heylsame Pest-Ordnunge/& consilia Medicorum, quæ tempore ingruentis pestis consule.

4. Sicut Judæi corpora ab omni immunditie conservaverunt per assiduam lotionem, ne polluto forsan corpore, simul animus pollueretur; sic nos hodiè Christiani nostram quoq; mentem & conscientiam præcavere debemus, ab omni inquinatione & sic nobis mundis, omnia munda erunt. *Paulus ad Titum.1.v.15.* Nam Deus nos non vocavit in immunditiam sed in sanctificationem *cum puritate 1.Thessalon. c.8. v.7.* neq; enim immundus habebit hæreditatem in regno Christi & Dei, *Ephes.5.v.5.*

5. Non interim tamen externam negligere debemus puritatem, quâ quoad corpus quoq; ab omnibus sordibus abluamur *Ebreor.c.10.v.22.* nam hoc & ad sanitatem conservandam & ad decorem civilem conducit. Sic olim extra castra Israëlis venter ex-onerabatur, & qui opus naturæ facere necesse habebat, secum ferebat paxillum ein Grabscheid/ quo fodere & egesta simul humo posset operire. Nihil enim fœditatis in castris populi Israëlitici apparere debebat. *Devt.23.v.14.*

6. Nam Deo omnis immundities & sordes sunt abomninatio, ideò præcipit per Mosem ut extra urbem loca secreta sint. *Devt. cap. 23. v.12. 13. & 14.* Sed cum hodie ejusmodi secessus intra urbem & in quâvis domo tolerentur, illa loca secreta, quoties necessitas postulat, à sordibus sunt liberanda.

7. *Hinc purgatio & refectio Cloacarum* de jure civili injungitur, quia utraq; ad salubritatem civitatum, earundemq; tutelam pertinet, nam ut immundities cloacarum coelum f. aërem pestilentem; ita omissa earundem refectio, ruinas ædium minatur, *Ulpian. l. 1. §. 2. ff. de cloacis.*

8. De corporis immunditie jure quoq; civili cautum reperitur. Sic JCtus Ulpianus *in l. qui clavum 12. §. 4. ff. de ædilitio edicto* illuviem & sordes oris increpat. Nam oris foetorem plerumq; ex illuvie h. e. ex immunditie oris oriri præsumit, quæ præcavenda est ab omnibus. Quamvis Medici etiam ex ingestione multitudinis ciborum, eorundemq; indigestione ut & dentium corruptione id evenire etiam statuant.

9. Qui tali vitio correptus est, eum HIRCOSUM nominat hominem ULPIANUS. Hircosus autem est is, cui non tantum os, sed axillæ h. e. concavitas illa sub brachiis, deinde inguina sive pubes, pedes vel alia quævis corporis pars male olet, veluti hircus, atq; sic idem est Hircosus ac male olens, *Plaut. in Merc. act. 3. scen. 3.*

Quum sis ætatis plenus, anima foetida
Senex hircosus, tu osculere mulierem?
Utine ei adveniens vomitum excutias mulieri?

10. Sicut igitur odor bonus nutrire solet, juxta *Medicorum opinionem Galen. in Aphor. section. 5. aphorism. 11.* ita econtra odor malus, h. e. foetor, homines corrumpere potest, cum *nutritio & corruptio* sint contraria, & odor *bonus* contrarietur *malo*, contrariorum autem eadem sit ratio *Gloss. in l. sciendum 15. §. ult. ibi per verba sibi contrariantia prodesse & obesse ff. qui satisdar. cogantur.*

11. Et Deus ipse delectatur suavi odore, sic odor suavissimus erat Deo victimæ immolatio *Gen. 8. v. 21. Exod. 29. v. 18.* ut hodie Spiritus contribulatus & cor contritum, sacrificium est optimum, *Psalm. 51. v. 18.* Sic sapientissimus Rex Salomon introducit CHRISTUM, deprædicantem in sponsa sua ECCLESIA odorem gratum spirante, HIS VERBIS. Odor unguentorum tuorum super omnia

omnia aromata & odor vestimentorum tuorum, est sicut odor thuris. *Cantic. cap.4. v.11. & 12.*

12. Imperator Romanus Rudolphus, dum in senectute febri hecticâ laborasset, suavi delectabatur odore, quem ex virginum & fœminarum ore per oscula hausit, in castitate tamen sine ulla libidine indecenti. Nam ita *refert Pantalion*, in seinem Helden-Buch fol. 361. daß der züchtige und keusche Käiser bey seiner schwindsüchtigen Kranckheit kein besser Artzeney finden können/ seinen Leib auffzuhalten/ als wann er eines ehrlichen Frauen-Zimmers Odem durch einen lieblichen Kuß aus ihren Mund an sich gezogen/ stet penes Authorem fides.

CAPUT XXXVIII.

De Exequiis.

Von Leichbegängnissen.

SOllen (nach des Herrn Octavii Pisani Meinung / wiewol man dißseits anderer Gedancken) alle Ceremonien so der Todten halben vorgenommen/ als abgöttisch/ wie auch die Todten-Klag/ sampt den Glocken-Geleute abgeschafft; Wie auch das Abwaschen und stattliche Bekleidung der Todten-Cörper bey ernstlicher Geldstraff oder Gefängniß eingestellt verbleiben / die Todten auch nicht länger als 12. Stund in Häusern gelassen / sondern nach derselben Zeit dem Gottes-Acker zugetragen werden.

CAP. XXXVIII.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Luctus super mortuo non est idololatricus, contra Authorem nostrum.

II. Quia præcipit Sacra Scriptura deplorare & lugere defunctos & flere cum flentibus.

III. Quod Abrahami, Jacobi, totiusq; populi Israëlitici imo Christi exemplis comprobatur.

IV. Plangentes lugubri vestitu induuntur in luctu.

V. Cæmiteria extra potiùs quàm intra mœnia civitatis sint constituta.

VI. Illustres verò Personæ extruunt Mausolæa hæreditaria intra civitatem, quod exemplis illustratur.

VII. Erigere sepulchrales statuas & Epitaphia integrum:

VIII. Et Funebres Orationes in solatium Lugentium habere, pium est, quod Christi exemplo & Apostoli Pauli monito approbatur.

IX. Autochiris & Usurariis denegatur sepultura.

X. De ritu Christianorum in sepeliendis mortuis agitur remissivè.

XI. Sententia, quod defunctus secundum Authorem nostrum post 12. horas sit sepeliendus, improbatur, & simul contraria opinio exemplis historicis illustratur.

XII. Cæmiteria consecrantur ab Episcopis & religiosa reputantur sepulchra, quæ violari non debent.

XIII. Corpora defunctorum non debent indui vestimentis preciosis & ornamentis decorari.

XIV. Vestiti autem debemus esse CHRISTO, quem fide induimus in Baptismo.

XV. Ve-

xv. Vestimentum corporis nostri erit superindumentum Gloriæ.

I.



NOn possum nostro Authori adstipulari, qui cum exequiis omnem luctũ super mortuo susceptum, ut idololatricũ, detestatur. Aliud sacra Scriptura docet; Deus enim animis præsertim piorum στοργὰς & συμπαθείας indidit quibus naturaliter afficiuntur & plurimum perturbantur, obitu charissimorum vel parentum, liberorum vel conjugum aliorumve, qui de Ecclesia & republ. benemeriti sunt.

2. *Sic* ECCLESIASTICUS *c. 38. v. 16. & 17. nos alloquitur*! Si quis vestrûm moritur, deplora & luge ex animo. Apostolus Paulus ait flete cum flentibus *Rom. 12. v. 15.*

3. Et ABRAHAM Pater fidelium, quem meritò sequimur, venit ut plangeret & fleret SARAM conjugem suam mortuam *Gen. 23. v. 2.* Sic mortuo JACOBO, plangentes celebrarunt filii ejus exsequias planctu magno & vehementi *Genes. cap. 50. à princ. usq; ad v. 14.* similiter filii Israël defleurnt AARONEM *Num. 20. v. ult.* & Moysem *Deut. 34. v. 8. & Samuelem 1. Reg. 25. v. 1.* Sic universus Juda & Jerusalem celebravit exequias Regis Ezechiæ & honorem exhibuit ei in mortem ejus *2. Paralip. c. 32. v. ult.* ita JOSIAM Regem luguerunt *2. Paralip. 35. v. 24.* Ac CHRISTUS videns Mariam sororem Lazari defuncti plorantem & Judæos qui venerant cum eâ plorantes, lachrymatus est & ipse *Joh. c. 11. v. 32. 33. 34. 35.* Ita viri timentes Deum, fecerunt planctum magnum super STEPHANUM *Actor. 8. v. 2.*

4. In luctu autem lugubri vestitu induuntur plangentes: quo enim die David secutus est feretrum Abneri, dixit suis ministris accingimini saccis, id est lugubribus vestibus *2. Reg. 3. v. 8.*

5. Cæmiteria seu loci sepulturæ extra potiùs quàm intra muros sint constituti, ita per Germaniam ubivis ferè locorum extra mœnia sepulturæ sunt

fiunt & hunc morem non improbant sacræ literæ. Sic filius unicus viduæ defunctus efferebatur portis Naini *Luc.7.v.12.* Et Abraham emit ad Ephron agrum in sepulturam defunctæ conjugi suæ Saræ *Gen.23.*

6. Illustres verò personæ extruunt Mausolea hæreditaria Erb-Begräbniß intra civitatem, hæc enim familiaria & hæreditaria sepulchra & jure civili conceduntur *l.5.ff.de religiosf.* Sic Rex DAVID in civitate sua, quam de suo nomine civitatem Davidicam nominavit *2. Reg. 2. v. 10.* Et SALOMON *cap.11.v.ult.* ejusq; filius *Rehabeam c.14. v. ult.* ibidem fuerunt sepulti. Sic Assam Regem sepelierunt in sepulchro suo, quod foderat sibi in civitate David *2. Paralip.16.v.14.* Sic Josias sepultus est in sepulchro patrum suorum *2.Paral.35.*

7. Erigunt sepulchrales statuas easq; ornant Epitaphiis & picturis elegantibus ac piis. Sic Jacob titulum sive monumentum, memoriæ servandæ gratiâ, super sepulchrum defunctæ conjugis Rachelis erexit *Gen. 35. v. 20.* & super Lazari sepulchrum positus est lapis *Joh.11.v. 38.* nec sapit idololatriam, quando sepultis defunctorum corporibus piæ habentur funebres orationes, in solatium Lugentium, hisque finitis singuli redeunt domum, admoniti fragilitatis humanæ præsentis, & resurrectionis futuræ.

8. Sic JESUS consolatus est ambas Lazari defuncti sorores resurrectione mortuorum *Ioh. c.7.v.25.* Ita & PAULUS monet: consolamini vosmet invicem istis verbis *1. Thess.4.v.14.15.16.17.& 18.*

9. Illis qui semetipsos interficiunt, denegatur Sepultura Ecclesiastica. Hinc corpora sub tecto domus dejiciuntur vel sub limine extrahuntur & supra rastrum educuntur ac comburuntur aut per carnificem sub patibulo vel in campo sepeliuntur, oder werden in ein Faß geschlagen und in fliessenden Strom geworffen. Sic & usurarii & qui communionem Ecclesiæ & sacram synaxin negligunt, carere debent Ecclesiasticâ sepultura *Medic.in tract. de sepultur. quæst.* 11.

10. De ritu Christianorum in sepeliendis mortuis *vide Pontan.Bellar. vol.* 1.*fol.385.&* Johann Birchmann *in tractatu suo singulari.*

11. Se-

11. Secundò non possum adstipulari Authori, quod post 12. horas defunctus sit sepeliendus. Nam in humandis mortuis nimia festinatio periculosa est, quia sæpè viventibus attulit mortem. Multi suadent sepulturam in diem quartum differendam esse. Plinius refert exempla eorum, quod quidam, qui post plures dies quasi exanimes jacuerint, iterum revixerint *lib.7. cap. 52.* Sic Historici referunt quod anno 1357. Coloniæ Agrippinæ mulier quædam Richemodis peste obierit, cujus maritus ob conjugalis amoris vinculum sponsalitium annulum in digito reliquit, quem vespillo sive sandapilarius **Todtengräber** animadvertens, furtim appetiit, ideò noctu cum famulo accessit ad bustum idq; aperuit, servus descendit & annulum detrahere voluit, quo facto mulier sese erexit. Vespillo & famulus, relictâ lucernâ, aufugiunt, mulier eâ sumptâ, domum rediit suam, quam maritus visô annulo intromisit ex eaque tres filios suscepit. *Kornmann de miraculis mortuor. Part. 1. c. 13. 16.* Haud absimile exemplum Crusius *lib. Paralipon. Annal. Suecor.* refert. Nobilem quendam pro mortuo elatum & depositum, noctu rediisse vivum, Linteo, quo exportatus fuerit amictum, quem difficulter uxor recepit, postea liberos adhuc quinq; genuisse, qui appellati fuerunt. **Die Todten von Lustnowe.** Nec sunt exempla ex longinquo petenda. Nam & hoc seculo hîc & illîc tempore pestis multoties contigit, quod quasi mortui post biduum exportati, respiraverint.

12. Cæmiteria consecrari solent ab Episcopis jure Canonico, ut constat *ex c. unic. X. de consecration. Eccles. vel altaris.* Sic de jure civili, totus, qui sepulturæ destinatus est locus, reputatur religiosus, imprimis quatenus corpora sint humata *l. 2. §. 5. ff. de religios.* Nec usus sepulchrorum debet permutationibus pollui. **Was einmal zum Gottes-Acker gewidmet/das soll unverendert zu ewigen Tagen dabey verbleiben** *l. 12. §. 1. ff. de religios.* Nam Scriptura nominat sepulchra cubicula, in quibus pii dormiunt *1. Cor. 15. v. 18 & 51.* quæ non debent moveri. Sic cum pius Rex JOSIAS, statuam quam vidit, audiret, esse sepulchrum hominis Dei, qui prophetaverat contra altare Bethel mandavit suis: DIMITTITE EUM, NEMO COMMOVEAT OSSA *ejus 4. Reg. 23. v. 18.* Nam corpora Christianorum piorum fuerunt templa sacro sanctæ Trinitatis, & preciosa est mors Sanctorum in conspectu Domini *Psalm. 116. v. 16.* honorabile nomen & preciosus sanguis est eorum, *Ps. 72. v. 14.*

13. Corpora defunctorum non debent indui vestimentis preciosis & ornamentis, quibus magis deformantur, quàm condecorantur, sed sufficit eadem linteamentis tegere, es ist genug/ daß man einem Verstorbenen ein leinen Kittel umlege. Hinc oriri solet proverbium: ein leinen Tuch ins Grab/ damit schabab / qui enim dormit exuit vestimenta, & qui moritur deponit quemvis ornatum. Nam mors spoliat munera nostra, & vita nostra est instar comœdiæ. Wann die Comödianten haben ausgespielet / so geben sie die Kleider und Kleinodien wieder/ von denen sie solche entlehnet. (2.) Deinde ratio evidens politica suadet, defunctos denudari debere ornamentis & preciosis gemmis, ne furibus detur occasio, violare sepulchra & spoliare corpora sepulta; Obviam enim ire delictis & omnem eisdem præcidere occasionem tenetur quilibet Christianus privatus, nedum Magistratus. *c. quanta 47. X. de sent. ex communic.* Violatio autem sepulchri est gravissimum crimen & pœnâ sacrilegij plectitur *l. pergit* audacia *5. C. de sepulchro violato*, eidem pœnæ subjacent etiam illi, qui solummodo contrectant reliquias defunctorum *l. 4. C. eod.* Major pœna mancipios qui projiciunt ossa defunctorum. Deus enim solus vel idololatras *Ierem. 8. v. 1. & 2.* vel seditiosos & rebelles punit disjectione eorundem ossium *Baruch. 2. v. 24.* Dei vindictam autem nemo exercere debet, sine crimine Læs. Maiestatis divinæ, quia ultio solius Dei esse dignoscitur. *Deuteron. 32. & 35. concordat Rom. 12. v. 19.* (3.) Contrariatur manifestò Sacræ scripturæ, quæ prohibet nos vestitos intrare sepulchrum nostrum, *Hiob. 1. v. 21.* Nudus egressus sum, de utero matris meæ, & nudus revertar illuc, *concordat c. 5. Ecclesiast. v. 14.* (4.) Ratio dissuasoria prægnans est, *ne deformentur corpora.* Non enim oportet ornamenta cum corporibus condi, ULPIANUS *in l. & si quis 14. §. 5. ff. de Religios.* nec aliud hujusmodi, utpote aurum & gemma, quæ homines *simpliciores* faciunt, h. e, DEVENUSTANT, ut phrasis *simplicem reddere* sumitur *Marc. 7. v. 25. & seq.* Stolidi itaq; sunt nostri Germani & nimis insaniunt, quando vestiunt suos defunctos, qui vestitus à Gentilibus olim reprobatus fuit, quippe Ulpianus JCtus vixit *in seculo 3. sub Alexandro Severo & Maximino Thrace, Impp. & fuit Gentilis.* Nam uti vestitum pudor, ex lapsu Protoplastorum contractus, procuravit, qui rei turpiter actæ tegumentum quasi denotabat; ita post mortem omninò deponendus est. Nudi enim apparebimus omnes Deo rationem reddentes, unus quisq; nostrum de semetipso. *Rom. 14. v. 12.*

14. Vestiti autem debemus esse Christo, quem fide induimus in Baptismo, *Galat. 3. v. 27.* hoc est vestimentum illud album, quod Christus nos, qui

naturâ nudi sumus, à se petere jubet, ne appareat confusio nuditatis nostræ *Apoc. c. 3. v. 18.* Hæc est illa vestis nuptialis, quâ in nuptiis regiis comparere debemus. *Matth. 22. v. 12.* qui hoc indutus vestimento mortuus est, ille tandem *supervestietur GLORIA*, ut à vita absorbeatur omnis mortalitas, er wird überkleidet/ und das/ was das sterbliche an ihm / vom Leben verschlungen werden. *2. Corinth. 5. v. 4.* Alii vestem Charitatis superaddunt, quâ indutos nos esse oportet, quibus superindui debet vestis gloriæ. *Bellarm. lib. 1. de purgator. n. 12.* nam charitas à fide in sanctis non est sequestranda. Modo rectè intelligatur. *Balduin. in Comment. ad d. 2. Epist. ad. Corinth. 5. v. 4.*

15. Erit ergo vestimentum corporis nostri superindumentum gloriæ. Nam transfigurabit Christus corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, ut conforme fiat glorioso ipsius & clarificato corpori. *Philipp. 3. v. 21.*

CAPUT XXXIX.

De Mendicantibus.

Es soll niemand/ weder klein noch grosse/ das Betlen gestattet werden/ dann die Kinder und jungen Leut/ gewehnen sich dardurch zur Faulheit und Schlüngeley / wollen hernach nicht arbeiten/ und werden endlich Dieb/ sind aber Krüppel/ Lahme/ und andere gebrechliche arme Leut/ die/ So wahrhafftig also befunde/ soll man in die Spitäl bringen/ und ihnen nohtdürfftigen Unterhalt verschaffen.

CAPITIS XXXIX.
Exegesis annexô Judiciô.

Summaria.

I. Mendicos in omni seculo fuisse, hodie inveniri & futuros esse, docent sacræ paginæ.

II. Quos tamen respuit Populus Israëliticus.

III. Impiorum liberi hoc habent fatale ut vagentur, & mendicent, piorum verò posteritas rarissimè quærit panem mendicando.

IV Publicum ærarium pro pauperibus est constituendum, ne ostiatim eleemosynas quærere cogantur.

V. Graviter sunt puniendi mendicantes, qui corpori suo sano labem & defectum affingunt.

VI. Damhauderus recenset exemplum cujusdam desidis mendici, cujus membra ad quemvis laborem fuerunt emortua.

VII. Sola *L. un. C. de validis mendicantibus* dat remedium extirpandi nebulones ociosos.

VIII. CAROLI Magni constitutio de mendicis.

IX. Congruit fere cum RUDOLPHI II. sanctione de anno 1577. *Reform. Polit. Francof. sub tit. 27.*

I.



Onstat in omni seculo fuisse mendicos, testante Christo Salvatore, *pauperes semper habetis* & habebitis circa vos *Matth. 26. v. 11.* & *Marci 14. v. 7. Ioh. 2. v. 8.*

2. Quamvis Deus prohibuit inter populum Israëliticum mendicos esse, *per verba*: Omninò non sit inter vos Mendicus *Deut. 15. v. 4.* quia turpissimum habetur de domo abambulare in domum *Eccl. 29. v. 30.*

3. Im-

3. Impiorum liberi hoc fatale habent, ut vagentur & mendicent, *Psalm. 109. v. 10.* econtra nec Justum derelictum, nec semen ejus quærens panem unquam vidit pientissimus Rex & Propheta David *Ps. 37. v. 25.*

4. Constituatur à Senatu Ecclesiastico vel Consistorio in singulis oppidis & pagis publicum ærarium pro pauperibus. Sic cum Heliodorus veniret Hierosolymam Spoliaturus ærarium templi, respondit summus sacerdos Onias, deposita ibi esse victualia viduarum & pupillorum 2. *Macc. 3. v. 10.* Sic Christus ipse sedit juxta Gazophylacium & vidit divites multos, in hoc mittere multa *Marc. 12. v. 41.*

5. Detestandi & graviter puniendi sunt Mendicantes, *Schenk in observ. Medic. f. 335. & f. 595.* qui fingunt variâ calliditate corpori suo labem sive defectum: veluti cœcitatem vel surditatem, scabiem vel morbum comitialem, vel incedunt ut claudicantes, vel simulant Scævolas, & mancos, quasi omnibus membris captos & debiles, cum tamen sint sani & integri, bonâ corporis habitudine præditi.

6. Hi sunt tales mendici, *qualem Damhaud. in sua praxi criminali describit. c. 11. n. 55.* quod mendicus Gandavi ante portas sederit, qui gemebundus mirisq; modis Iri paupertatem simulans, eleemosinam petiit, & habere se latens vitium & malum prædicavit, quod pudor illius hominum conspectui exhibere deterreat. Hic mendicus à quodam rogatus, ut exhibeat se inspiciendum, Inspector, deprehendit faciem, pectus, & omnia membra nitentia & valida, quô viso, nihil inquit, in te mali video. At inquit Mendicus longe aliud est malum, quod per universum corpus meum per venas & medullas vagatur, quod à tuis obtutibus remotum est, nullum enim mihi corporis membrum est, quod se se laboribus & operis tradere valeat. Hoc malum vocari audio pigritiam & dissidiam. *Et ecce fucum & dolum hujus mendicantis detestandum.*

7. Revocetur in memoriam *L. un. C. de validis mendicantibus*, quam hactenus neglectam adeòq; pene sepultã videmus in Germania, quod si fieret, nõ tot nebulones ociosos, nõ tot sceleratos impostores invenirentur, neq; tot passim committerentur maleficia. Ex odiosa enim mendicitate, quot mala suppullulent, exempla, certiùs & citiùs quàm libri, perdocent.

8. Hinc extat Constitutio CAROLI MAGNI, in quâ Mendicis palantibus vetuit quicquam tribui: quamq; regionem inopes suos alere, sanos & validos labore victum quæritare ac desiderio sufficere manus, jussit.

9. Quo collimat constitutio Imperii RUDOLPHI. II. Imperatoris de anno 1577. in der Franckfurtis. Policey-Ordnung sub tit. 27. ibi: Wir wollen/daß ein jede Obrigkeit/ der Bettler und anderer Müssiggänger halben/ ein ernstliches Einsehen thue/ damit niemand zu Betteln gestattet werde/der nicht mit Schwachheit, oder Gebrechen seines Leibs beladen/und dessen nicht nohtdürfftig sey. Item/ daß auch der Bettler Kinder/ so sie ihr Brod zuverdienen geschickt seyn/ von ihnen genommen/ und den Handwercken/ oder sonsten zu Diensten geweist werden/damit sie nicht für und für der Betteley anhangen. Item/ daß auch die Obrigkeit Vorsehung thue/daß ein jede Stadt und Commun/ ihre Armen selbst ernehre/und erhalte/und den Fremden nicht gestatte/ an einem jeglichen Ort im Reich zu betteln/ und so darüber solche starcke Bettler befunden/sollen dieselbige/ vermög der Rechten/ oder sonst gebührlich gestrafft werden/ andern zu Abscheu und Exempel: Es wäre dann Sach/daß ein jede Stadt/oder Ampt/also mit vielen Armen beladen/ daß sie der Ort nicht möchten ernehret werden/ so soll die Obrigkeit dieselben Armen mit einem Briefflichen Schein/ und Urkund/ in ein ander Ampt zubefördern Macht haben. Item/ ein jede Obrigkeit/ soll auch an Orten/ da Spitäl sind/ daran/ und darob seyn/daß solche Spitäl fleissig unterhalten/und gehandhabt/ deren Verwaltere/ oder Spitalmeister Rechnunge jährlich abgehört/ auch die Spitäl auffs wenigst im Jahr einmal von der Obrigkeit visitirt/und ihre Nutzung und Gefäll zu keinen andern Sachen/dann allein zu Unterhaltung der nohtdürfftigen Armen/ und zu gütigen barmhertzigen Sachen gekehrt/und gebraucht werden. Saluberrima hæc est constitutio, modò ad observantiam deducatur.

CAPUT XL.

De Conviviis & Hospitiis publicis.

WEnn offentliche und Privat-festinen, (so nicht bey Nacht/ sondern Tags-Zeit anzustellen) gehalten werden / soll aller Pracht von Uberfluß der niedlichen Speiß und Getrancks: Dann auch die kostbare vielmals umgewechselte Kleider-Tracht/ gemitten: ärgerliche Leut und Spott-Vögel aber / davon ausgeschlossen werden; So soll auch eine gewiese Ordnung bey Manns- und Weibs-Personen/so voneinander zu separiren/ im Vorsitz nach Würdigkeit der Personen beobachtet / und die Gäst darnach locirt werden; Damit so wol bey Tisch als Tantz des Vorgangs halben/ verdrüßlich Gezänck und Strittigkeit unterbleibe / vielmehr aber alles/ Erbar / Christlich / wol und züchtig zugehe / und niemand beschimpffet und zu Schanden gebracht werde. Worauff billich von der sittlichen Obrigkeit gute Obacht gehalten werden soll. Dann sollen die Gast-Wirth sich aller Treu und Bescheidenheit gegen ihre Gäste befleissigen / ihnen gesunde und wolzugerichte Speiß/auch unverfälschten Getranck aufftragen lassen: Dann auch in Berechnung der Herberg und Zehrungs-Kosten/die Billichkeit vor Augen haben.

CAP. XL.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. De Luxuria circa victum & amictum agitur in hoc capite.

II. Quæ inimica est Deo & virtutibus.

III. Conviviorum Luxuria & vestium mollities ægræ sunt civitatis indicia.

IV. Leges sumptuariæ in quâvis Rep. sunt necessariæ, & transgressores graviter puniendi.

V. Tumultuosa ebrietas homines reddit insipientes, feroces & insanos.

VI. VII. Commessatio sive voracitas infirmas reddit homines, imò Gula plures interfecit quàm Gladius, refertur inter opera carnis, ut peccatum mortale.

VIII. Compotatoribus Lex publica est posita, quam Germani negligunt.

IX. Ebriosi merentur ex communicationem ab omni conversatione, Jure Canonico.

X. Quia Ebriositas est fons omnium malorum.

XI. Meherdates à Luxu revocatus, revocanti non obtemperans, auribus amputatis plectitur.

XII. Luxuriam circa amictum tectè obumbravit LYCURGUS noster.

XIII. Vestitus insignis & mollis est superbiæ vexillum, & nidus luxuriæ. Ex vestitu enim dignoscitur cujusq; ingenium.

XIV. Novus vestitus est præsagium Magni ominis.

XV. Germania non habet certum & constantem vestitum.

XVI. CA-

XVI. CAROLUS V. ordinationem de vestitu cuilibet civium Romano-Germanorum convenienti publicari fecit anno 1530.

XVII. Progredimur ad luxuriam circa corporis agitationem, quæ saltatione absolvitur.

XVIII. Saltatio licita est, si honestè cum honestis personis in congressibus publicis fiat. Illicita est, in locis suspectis, turpis libidinis gratiâ, suscepta, quod demonstratur exemplis tragicis.

XIX. Hospitia publica non longiùs ab urbe dissita, eaque commoda pura & tuta erigi debent.

XX. Caupones recipere tenentur peregrinos non suspectos.

XXI. Curam debent habere hospitum semel susceptorum.

XXII. Graviter peccant qui vinum aquâ diluunt & sulphure miscent.

XXIII. Iniqua precia ab hospitibus non extorquere debent, ut constitutio Imperialis de anno 1530. prohibet.

XXIV. Inquiritur in causam, quare ad observantiam non redacta hactenus negligatur.

I.



Uxuria est intemperantia circa victum & amictum *de qua sub hoc capite dicendum erit. De Luxuria* circa Venerem, quæ in specie salacitatem nominamus *infra cap. 54. audiemus.*

1. Luxuria ingenere est inimica Deo, inimica virtutibus, perdit omnem substantiam & dum præsentem voluptatem delinire fatagit, futuram non sinit cogitare paupertatem, cujus fructus est amarior felle & crudelior gladio. AUGUSTINUS.

3. Hinc conviviorum luxuriam & vestium mollitiem esse civitatis ægræ indicia, *testis est Seneca Epist. 114. l. 5.* econtra constat frugalitatem esse matrem bonæ valetudinis, inimicam luxuriosis epulis. *Valer. Maxim. lib. 2. cap. 5.* meritò igitur detestatur Luxuriem *Lucian. l. 3.* his versibus.

- - - ô PRODIGA RERUM
LUXURIES, nunquam parvo contenta paratu,
Et quæsitorum terrâ pelagoq; ciborum
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ?
Discite quàm parvo liceat producere vitam
Et quantum natura petat.

Edere enim quantum fames imperat, *nos oportet, ut vivamus*; *non verò vivere ut edamus*, quantum gula voluptuosè appetit. Nam animus ut luxu solvitur, ita frugalitate firmatur, & tantùm cibi & potionis adhibendum ut reficiantur vires, non opprimantur. *Plin. lib. 10. c. 72.*

4. Hinc bene faciunt Magistratus qui leges sumptuarias de coercendis sumptibus conviviorum sanciunt, modo executio quoq; adsit. Probè san-

sancitum legitur ab Imperatore CAROLO V. in der Policey-Ordnung zu Augspurg/ de anno 1530. sub rubricâ, von übrigen Kosten der Hochzeiten/ per verba subsequentia: Nach dem mit Gastereyen und Schenckungen zu Hochzeiten/ Hingaaben/ Kindtauffeu/ Kindbett / Fastnacht und denen Begräbnissen / auch Kirchweihen / viel übrigs Unkostens gemacht wird/ welches zu mercklichem Nachtheil gemeines Nutzens / je länger je mehr beschwerlich erwächset und zunimmt. Damit nun solches desto füglicher und baß abgestellt und gebessert werden mög/ so ordnen/ setzen und wollen wir/ hiemit ernstlich gebietend/ daß ein jeder in seinem Fürstenthum Graffschafft/ Herrschafft/ Oberkeit und Gebiet/ die obgemelte Kosten der Hochzeiten/ Kindtauff/ Kindbett und Kirchenmessen abstelle / auch denselbigen ein zimliche gute Ordnung mache / und daß solches alles mit darauff gesetzten Busen UNNACHLAESSIG gehandhabt werde. Quæritur quare sanctissimæ constitutioni morem non geramus? R. Alii provocce unnachlässig dempta prima syllaba privativâ Un supponunt nachlässig. Cæteri licet non corrumperent vocem, in rei veritate tamen segniter huic constitutioni inhærent.

5. Luxuriosa res est vinum & tumultuosa ebrietas, quicunq; his delectatur ex sapienti insipiens redditur. *Prov. 20. v.1.* Splendet in vitro color vini & vinum ipsum ingreditur blandè sed tandem mordet ut coluber *Prov. 23. v. 29. 30. 31. & 32.* Vinum enim abundanter potatum ut provocat ad iram & rixam, ex qua sequuntur ruinæ: ita est amaritudo animæ, feroces Compotatores reddit & insanos, ut tumultuentur, donec verbera & vulnera domum reportant *Eccl. 31. v. 29. & 30.*

6. Nec minus est vitium commessatio quando nimiâ ciborum delicatiorum voracitate indulgetur gulæ. Dann ein unersättiger Fraß / der mit dem Polyxeno einen Kranich-Halß wünschet/ der frist sich kranck und todt. Voraciores sumus omnibus aliis animantibus, nam quicquid avium volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarum discurrit, nostris sepelitur ventribus & hinc curatur cuticula ad lasciviam. *Seneca.*

7. Sed hæc voracitas homini maximè obest, noli itaq; avidus esse in epulatione, nec te effundere super omnem escam, in multitudine enim escarum est infirmitas & hæc aviditas accelerat choleram sive stomachi vitium quod vomitum & dejectionem parit; nam propter crapulam multi obierunt.

Ecclesiast. 37. v. 32. 33. 34. Plures gula interficit quam gladius. *Hieronymus.* Hinc inter opera carnis (quæ operantibus Regnum Dei intercipiunt) recensentur non tantum ebrietas sed & commessatio, so wol das Fressen als Sauffen *Gal. 5. v. 21.*

8. Huic (*commensationis*) vitio dum Germani aliquando indulgent minus, nulla est posita Lex publica, bene tamen alteri, (ebrietati) cui magis deditos esse dignoscuntur; Hinc compotationes Imperator *Rudolphus II.* in der Policey-Ordnung zu Franckfurt de anno 1577. sub tit. 8. serio prohibuit, addita prohibitionis ratione. Weil dieses Laster der Trunckenheit den Teutschen (deren Mannheit von Alters hoch berühmt) bey allen fremden Nationen merckliche Verachtung und Verkleinerung verursacht.

9. Quod vitium præprimis taxat Jus-Canonicum, dum conversationem cum Ebriosis prohibet, cum quibus nec cibum capere decet *per verba*: Nulla est INTEGRITAS in nobis si non solum non fugimus ebriosos, sed etiam *vadimus ad eos* participantes cum eis *c. ad mensam 24. caus. 11. quæst. 3.* quia cor ebriosi loquitur perversa, & oculi fiunt adulterini respicientes extraneas mulieres. *Prov. 23. n. 33.* in Summa der allerlieblichste Wein (und ander starck Getränck macht durch Missbrauch LOSE LEUT / 1. *Proverb. cap. 20. v. 1 Nam*

Impia sub dulci melle venena latent.

10. Hinc Imperator CAROLUS V. nominat ebrietatem & compotationem fontem omnium malorum. Das Laster des Zutrinckens (und Füllerey) ist ein endliche Ursach alles Ubels / und dem Menschen an seiner Seelen Seligkeit/Ehr/Gunst Vernunfft und Mannheit nachtheilig. Es entstehen daraus Gotteslästerung/Mord/Todtschläg / Ehebruch und dergleichen Ubelthaten. Vide reformation guter Policey zu Augspurg de anno 1530. sub rubr. von zutrincken.

11. Meherdates designatus Parthorum Rex qui summam fortunam in luxu ratus, fido suo Chariheni ipsum à luxuria avocanti non obtemperans vincitur & ab hoste auribus decisis plectitur, *Tacitus lib. 12. c. 12. 13. 14.*

Wann

Wann heutiges Tags denen Leuten / so vom Gefreß und Gesauff auffgefordert / und von den Geistlichen auff offentlichen Cantzlen davor gnugsam gewarnet werden / dennoch aber kein Gehör geben / die Ohren abgeschnitten werden solten / würden viel Teutsche keine Ohren behalten.

12. De *LUXURIA circa amictum* pauca sunt notanda. *LYCURGUS noster* præcepit olim pueris ut in publico *manus intra vestes continerent*, ut taciti incederent, circumspectarent, nec dejicerent oculos ab his quæ ante pedes essent; Et quidem hæc magnarum virtutum tyrocinia quædam existimavit. *Xenophon* hoc *LYCURGI* institutum explicavit, fuisse doctrinam, quâ homines à prima pueritia ad verecundiam pudorem & modestiam assuefierent. Vestitus enim *P*rotoplastorum fuit tegumentum, quo pudefacti tegerent manus, quas ad prohibitæ arboris fructus extenderunt, in perpetuam memoriam lapsus primævi & relinquerent documentum verecundiæ, quam nos cum modestia insequi debemus. Proindè indumenta nostra minus preciosa debent esse, quia non gloriam, sed peccatum originale demonstrant.

13. Nam vestitus insignis & mollis est superbiæ vexillum & nidus luxuriæ. Et levitas in vestitu est signum quoque levitatis in moribus. Quia ex habitu & incessu alioq; motu corporis, tanquam in speculo cujusq; natura cernitur. *Sic Ecclesiastes dicit c.19.v.27. AMICTUS RISUS & INCESSUS* produnt ingenium hominis, & qui monstrosâ delectantur veste monstrosos etiam habent animos.

14. Quælibet natio suum proprium vestitum, quem semel approbavit, retinere debet. Quia inter corruptelas Rerum publicarum refertur affectatio peregrinitatis in vestitu. Mutatio enim habitus est mutatio ingeniorum, & mutatus cultus innuit peregrinos mores ejus nationis, cujus vestitum assumpsit, estq; PRÆSAGIUM MAGNI OMINIS inde tandem subsecuturæ subjectionis. *Quod probè notandum.*

15. *Germania* proh dolor! non habet certum & constantem vestitum. Inde *PEUCERUS refert in Chron.* Regem Turcarum jussisse olim sibi omnium gentium habitus pingi. Cum itaq; pictor plurimarum Gentium vestitum depinxisset, tandem pingit nudum hominem & juxta eum varios pannos: posteà artifex jussus interpretari picturam, cum exposuisset cætera: dixit *nudum illum Germanum* esse, cui certa forma vestibus pingi non posset

 quia

qnia quotidiè novam excogitet. *Claudit hanc historiam cum hoc epiphonemate*: Doleo hanc nationem quæ gravitatis & constantiæ laudem alioquin sibi vendicat, hac parte levitatis insimulari posse.

16. Bene prospexit Imperator CAROLUS V. Germanis de ordinato vestitu, in Reformation guter Policey de anno 1530. sub rubrica, von unordentlicher köstlicher Kleidung. Per verba: Es sey ehrlich/ zimblich und billich/daß sich ein jeder/wes Würden oder Herkommens der sey / nach seinem Stand Ehren und Vermögen trage / damit in einem jeglichen Stand unterschiedlich Erkäntniß seyn möge. Sed hæc constitutio licet saluberrima cum cæteris in desuetudinem abivit, & loco ipsius introductus est promiscuus vestium usus, Agricolæ Civium, Cives Nobilium & Nobiles Illustrium personarum habitus assumpserunt, und trägt sich offt ein Stall-Küchen-Keller-und Jäger-Jung besser an Kleidung/als mancher hoher Officiant, dem die Regierung mit anvertrauet.

De Saltatione.

17. Cùm in conviviis sæpius fiat SALTATIO, quæ est facultas quædam motibus & gestibus corporis, artificio quodam, numero & ratione factis, imitandi hominum mores, affectus & actiones: Aliquid quoque dicendum restat, de luxuria circa corporis agitationem de cujus mirabili variatione *Supr. c. 35. n. 5.* quædam sunt præmissa.

18. Quæritur an saltatio sit licita? R. licitam esse, si fiat in locis & congressibus publicis cum honestis personis tempore hilaritatis & recreationis. Sic David coram Domino publicè saltavit *2. Reg. 6. v. 14.* & puellæ victoriam de Goliatho Choreis & cantibus celebrarunt. *1. Reg. 18. v. 6.* Illicitam verò esse si fuerit inhonesta, indecora in locis prohibitis suspectis & privatis, turpis libidinis explendæ gratia suscepta. Nam ut hæc saltatio DEUM offendit, sic quoq; multoties fuit graviter punita. Exempla sunt in promptu, quod anno 1010. in villa Kolbeck diœceseos Magdeburgensis, in ipsius Ecclesiæ cæmiterio, saltantes viri cum fœminis, dum in concinnis clamoribus divinum officium in ipsa Nativitatis nocte interturbarent, choream annalem perpetuo motu duxerint *Kranz. in Saxon. lib. 4. c. 3. quam historiam Nauclerus confirmat.* Sic theatri saltatorii Noribergici ruina eo tempore, quo Imperatoris FRIDERICI secundi filius *Heinricus*, festivitatem connubialem

celeb-

celebrasset, oppressit 70. tripudiantes *Crus. part. 3. lib. 1. fol. 14.* sic argentinense Tripudium minus honestum, quod intra Paschatos & Pentecostes Festa aliquot noctibus continuatum legitur, anno 1332. præcipuos civitatis patricios cæde mutuâ delevit. *Idem Crusius part. 3. lib. 4. f. 228.* Sileo quod ejusmodi impudicis choreis sæpius Diabolus sese adjunxerit, & saltantibus maximas creaverit molestias.

De Hospitiis publicis.

19. Videat Magistratus, ut commoda loca instituat, tàm intra quàm extra muros, præsertim si noctu portæ civitatis non aperiantur, ut commerciorum salus & civium commodum promoveatur, sed loca non debent longiùs dissita esse ab urbe, (1.) quò magis curam habeat Magistratus, ut hospitia pura ac tuta sint à Sycophantis, latronibus, furibus & id genus stellionibus & impostoribus, als Spitzbuben und Beutelschneider/ quo peregrinantes tutò ire, redire & pernoctare possint: cum compertum sit sæpè atrocissima facinora, homicidia ac furta in cauponis ab urbe dissitis, noctu & interdiu ab hospite activo & passivo, perpetrata fuisse, ac sæpissimè viatores in ejusmodi tabernas incidisse, *quæ verbo* diversoria, *reipsâ* latronum spelæa fuerunt *Val. Max. l. 1. c. 7. Johann Bisselius dec. 2. illustr. ruin. p. 104. 105. seq* nec opus est tali testimonio, per Registraturam criminalium causarum Germania quoq; verificare potest talia facinora. (2.) Interest Magistratui, propter ærarium, quod ex hujusmodi hospitiis augetur. Quantum enim lucrum ex accisia, veluti: Umgeld/Biersteuer/Zapffengeld capiat, in propatulo est (3.) Propter cavendos caupones, qui, cum parum probi in jure reputentur meritò ad improbum recensentur hominum genus, quod anhelet ad fraudes & extorsiones, quia præsumitur cum furibus colludere *l. 1. §. 1. ff. naut. caup. stab.* proindè titulum (nautæ, caupones, stabularii) *ff. lib. 47. tit. 5. de tribus furibus* conceptum asserit *Barth. Cassanæus in Catal. glor. mundi part. 11. consid. 46. pr.* Ideoque à Magistratu eò magis caveri debet, ne forsan colore officii multas fraudes committant & usuras extorqueant: *Coler. de process. p. 1. cap. 2. n. 220.*

20. CAUPONES verò semel à Magistratu constituti, volentes nolentes recipere tenentur hospites non suspectos. Nam per expositum signum patens: Durch ausgehengten offenen Schild/ quasi contrahere cum peregrinis videntur, & ipso facto promittere eosdem recipere, *per. l. un. §. fin. vers. nec repellere potest iter agentes, ff. furti adversus naut. caup. & stabulor.*

21. Re-

21. *Receptis à hospitibus salubrem cibum bene vel coctum, & vel inassatum apponere, potumq; purum non mixtum porrigere debent.* Sie sollen der Gäste warten/juxta sactam scripturam CURAM ILLIUS HABE. *Luc.10.v.35.* male autem curarent hospites si ægritudinem accerserent cibis vel potionibus, quæ homini advictum & sanitatem non conducerent.

22. Graviter igitur peccant caupones, qui vinum aquâ diluunt *Esai.c.1.v.22.* & Sulphure miscent, quo suos fallant hospites. Tales Caupones vinum sulphere mixtum vendentes appellat, Philander von Sittewald/ Wehe=einschencken addit weil Lucifer jedesmal dergleichen 2. Weinschencken vor andern bey sich an der Tafel haben soll / so ihm müssen Bescheid thun/weil sie nemlich des Schwefels im Wein / besser als andere gewohnt seyn/ *in part. 1.* vom Schergen=Teuffel/ ita deploravit Dr. Ambrosius Lobwasser tale vitium.

Die Weinschencken/ An GOtt nicht dencken/
Fälschen den Wein/ Thun Einschlag drein/
Schwefel drein hengen/Mit Wasser mengen/
Nicht sparen die Kreiden/Zu viel anschneiden/
Noch muß man solches von ihnen leiden.

23. Caupones iniqua extorquentes precia, ab hospitibus regulariter solent metas rationis excedere in exigendo, ut nostri quoque solent Notarii *c. statutum 11. verf. Notarium X. de Rescript. in sexto*, cui malo salubertimè quidem prospicitur *in Recess. Imperiali de Anno 1530. Reform.* guter Policey zu Augspurg tit. von theurer Zehrung bey den Wirthen/ibi und nach dem theurer Zehrung halben / bey den Wirthen/ viel Beschwerung den Gästen und andern / so die Strassen täglich brauchen müssen/zugefüget wird/so soll kein Wirth über den 3. oder 4ten Pfenning an Haber gewinnen/es soll auch der Werth des Weins / Bier/ Brod und Fleisch von der Obrigkeit gesetzet werden/wie theuer sie solches anrechnen sollen.

24. Quæ-

24. Quaeritur quare haec constitutio in Germania non observetur? Rt. quod nulla alia dari ratio possit, quam quod hospites passivi (verè sunt passivi quia iniqua patiuntur) ob justitiae protractionem & metum diuturnioris detentionis deterreantur suas instituere querelas, deficiente itaq; querelâ, hodie omnes caupones sunt securi, nec luunt poenas. Non immemor sum duplicis processus, qui simultanea mora peragebatur. Nam quidam hospes S. in C.L. Cauponem inculabat *perfidiae*: & alter H. in eodem commorans hospitio, eundem Cauponem reum ideò faciebat, quod metas rationis in exigendo excesserit, uterq; aequam à Judice tulit sententiam contra reum qui condemnatus fuit. Sed Actores victoriâ quidem reportatâ, compensatis expensis & morae dispendio, neglectis insuper negotiis & sumptibus apud alterum novum Cauponem impensis, experti fuerunt longè meliùs fecisse, si fraudem hospitis sui activi silentio praeteriissent, sed res non erat integra, quam serâ non restituere poterant poenitentia.

CAPUT XLI.

De Banno.

Welcher bey Gesellschafft und Conversation verspottet / geschimpffet/und sonst übel angelassen worden/der mag sich des GOTTES BANNES wider solchen Verächter gebrauchen/und zu den Spötter sagen / O heiliger Bann! Wodurch er solchen Spötter vermittelst der Gerechtigkeit vor ein Verrähter und öffentlichen unehrlichen Menschen erklärt / und ihn aller particular conversation, unfähig macht. Es ist auch der jenige / der dem andern einen GOTTES BANN also angekündiget/ schuldig/der Obrigkeit anzuzeigen/damit der denunciirte vermitten/ und also von allen andern/aus der allgemeinen Gesellschafft ausgeschlossen werde. Man muß aber also fort im Anfang der Zwistigkeit oder Gezänck/ sich des Banns gebrauchen/damit das Gezänck weder in Worten noch Wercken wachsen/noch als ein um sich fressendes Feur aus schlagen könne/dann es ist gar leicht solches in Anfang zuverhindern/

dern/daß es nicht weiter wachse und zunehme / ob es schon angefangen/dann das Gezänck ist wie ein Büchsenschuß/welchen man in loßbrennen durch geringe Bewägung des Leibs gar leichtlich entfliehen kan/wann derselbe aber gleich zugetroffen / gebihrt und verursacht er Schmertzen und Pein / auch wol gar den Todt. Also auch die Zanckerey und Widerwärtigkeit / sind im Anfang gar leichtlich zu vermeiden / denen kan man vorkommen / und sie auffheben/wann man zu den Stänckern und unruhigen Frevelern nur saget: GOTTES BANN/hernach aber wann dergleichen überhand genommen und eingerissen/alsdann ist kein Gehör mehr / sondern muß man mit grosser Beschwerd zum Criminal-Streit und Malefitz-Klagen kommen / und derohalben wird besagter Gottes-Bann genennet: Sacramento di quardia, dieweil solcher Gottes Bann bewahret/und verhütet im Anfang/daß sich niemand könne beklagen/daß ihme nicht vorher der Gottes-Bann angesaget worden.

CAP. XLI.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Bannum denotat proscriptionem.

II. Bannum est triplex: Divinum, Ecclesiasticum, & Politicum. Author noster addit Bannum Populare.

III. BANNUM DIVINUM est Anathema.

IV. Sic JERICHO facta est Anathema.

V. Et Chananæi in civitate SEPHAD.

VI. Ana-

VI. Anathemate percussisset Deus universam terram, nisi Christus pro nobis fuerit factus Execratio.

VII. BANNUM ECCLESIASTICUM definitur.

VIII. Dicitur Gladius Spiritualis.

IX. Et forma publicationis describitur.

X. In majorem & minorem excommunicationem distinguitur.

XI. Debet esse medicinalis, non mortalis.

XII. Protestantium quoq; Consistoria habent facultatem excommunicandi.

XIII. Quia Ecclesiæ nomen sustinent.

XIV. Exempla Apostolorum, qui bannum denunciarunt, recensentur.

XV. Bannum Politicum definitur.

XVI. Hujus Banni notio exprimitur.

XVII. Et forma sive ritus publicationis & denunciationis, in Camera Imperiali usitatus, describitur.

XVIII. Collatio inter Bannum Ecclesiasticum & Politicum instituitur.

XIX. Nemo nisi IMPERATOR vel Camera Imperialis in Bannum declarare potest Germanos.

XX. POPULARE BANNUM introducit Author noster & idem nominat Morale & Criminale, quod definitur.

XXI. Si in solâ reprehensione consisteret Bannisatio, posset in thesi Authoris nostri opinio propugnari.

XXII. In hypothesi verò ad hoc nequissimum seculum applicata, difficilem habebit effectum, per rationes adductas.

XXIII. Nam nec semper Pontificis Maximi excommunicatio tenuit, sed vel retorsionem passa,

XXIV. Vel contemptu neglecta, vires perdidit suas, ut exemplis demonstratur.

XXV. Econtra Divi AMBROSII Episcopi Mediolanensis excommunicatio, quâ Imperatorem THEODOSIUM Magnum petiit, uberrimos tulit fructus pœnitentiæ.

XXVI. Cum autem nonnunquam CLERUS Apostolicâ Authoritate abusus fuerit, vindicârunt Principes seculares censuram.

XXVII. Et sicut hodie *reverentia Fulminis Pontificii* ferè exolevit, sic quoq; *Bannum Imperiale* à multis vili penditur, quod Deus vindicabit.

XXVIII. Apud *Protestantes* quoq; Bannum Ecclesiasticum in desuetudinem abivit, & quare?

XXIX. Concluditur ex præsuppositis, quod Bannum populare nullo cum effectu possit introduci.

XXX. Inter Christianos interim CORRECTIO, quâ unus alterum præmonendo increpare possit, non est vitanda, quoties gloria Dei & proximi salus eam requirit.

XXXI.

XXXI. In cæteris, quæ præcaveri non possunt, vindex Malorum Deus, est implorandus in silentio & Spe, & aderit ut certissimum refugium.

XXXII. Epilogo clauditur tractatus, de morum judicio cum adhortatione, quâ monemur Vestigia insistere vel ETHNICORUM, qui melius morati, nobis Christianis in extremo judicio pudorem incutient maximum.

I.



ANNUM non latinum, sed barbarum vocabulum est, & denotat proscriptionem, & Banniti proscripti dicuntur. *Bannitos ZASIUS* vocat eos, quorum capita ex delicto *sacra fiebant*. Nam ab antiquis, *homines EXECRANDI* & detestandi vocabantur *SACRI*, quibus sacris interdicebatur. Utpote qui censuram ecclesiasticam passi & excommunicati fuerint. Hi apud Hæbræos APOSYNAGOGI dicebantur, quasi Synagogâ exacti & extorres.

2. Bannum est triplex 1. *Divinum*. 2. *Ecclesiasticum & Pontificiale*. 3. *Politicum & Imperiale*. Quartum superaddit noster Author, quod Bannum posset dici *Populare*.

3. BANNUM DIVINUM est Anathema, quo Deus ex justo judicio, non tantùm unum alterumve hominem, sed totam sæpè gentem vel civitatem, cum omnibus animantibus radicitus totali interitu perire vult.

4. Sic JERICHO facta est ANATHEMA, homines & jumenta morti destinata, reservatis tantummodo, auro, argento, ære, ferro, Dei thesauro inferendis, *Jos. 6, v. 17.* Hoc Anathemate polluebantur omnes, si vel

Pp 3 unus

unus contigerit *quicquam sub anathemate Deo consecratum.* Sic cum solus ACHAN se pollueret peccato sacrilegii & usurpasset *de anathemate*, hoc est, mobilibus pretiosis Deo consecratis, *factus est totus populus Israëliticus* licet innocens *ANATHEMA*, nec poterat stare contra hostes: Sed iisdem terga vertebat, donec *Achan* Anathematum fur, cum tota familia lapidatus fuit, *Josua d. c. 6. v. 12. 13. & 25.*

5. *Sic* Chananæi in civitate *SEPHAD* facti sunt *ANATHEMA*, per omnimodam deletionem urbis & incolarum *Judic. c. 1. v. 17.*

6. Et nisi Filius Dei, quem, Johannes ille *alter Elias*, digito demonstravit, venisset in carnem homo factus, Deus percussisset terram universam anathemate. *Malach. 4. v. ult.* ad exemplum Diluvii, quo mundum temporibus Nohæ delevit *Gen. 6.* pro qua salute universali nobis oblata, quia pro nobis est factus *EXECRATIO. Galat. 3. v. 13.* si quis Dominum nostrum JESUM CHRISTUM cordicitus non amaverit, sit ANATHEMA *Marenatha*, id est, maledictum Diaboli mancipium. *1. Cor. 16. v. 22.*

7. BANNUM ECCLESIASTICUM est censura, per quam membra Ecclesiæ putrida separantur non tantum à *sacramentorum participatione*, sed ab omni Ecclesiastica communione, Sathanæ traduntur ad infligendum corpus, donec anima resipiscat.

8. Hoc Bannum dicitur gladius spiritualis, & subrogatus est in locum gladii temporalis, quo occidebantur corpore homines, tempore Legis Mosaicæ, à SACERDOTIBUS. *Ita Div. Cyprian. Epist. 11. lib. 1. existimavit.*

9. Apud Catholicos SUMMUS PONTIFEX publicari facit sententiam Excommunicationis, adstantibus, *12. Presbyteris* cum candelis accensis, quas post prolationem sententiæ extingunt, abjiciunt & pedibus conculcant.

10. Hæc excommunicatio dicitur MAJOR *c. debent 12. Sacerdotes, 106. caus. 11. quæst. 3.* Ea verò, quæ à sacramentorum participatione tantùm excludit, dicitur *minor* & à quovis etiam Prælato fieri potest, *c. cum ab. 3. X. de officio ordin. Jud.*

11. De-

11. Debet autem esse MEDICINALIS non MORTALIS; & in hoc differt ab anathemate Divino. Cautè igitur Judex Ecclesiasticus provideat, ut in ea ferenda ostendat, se prosequi quod corrigentis sit & medentis, non verò eradicantis *c 1. X. de sentent. excommunic. in sexto*, proferatur in scriptis cum causæ cognitione, nō procedatur ex zelo, sed studio corrigendi, præmissa ADMONITIONE Canonicâ c. statum 13. X. eod.

12. Apud PROTESTANTES cùm Evangelicos cùm Reformatos, Ecclesiasticum consistorium excommunicat fanaticos sceleratos & impœnitentes peccatores, quos, ut in notitiam Parochianorum veniat, ex peculiari decreto, de suggestu publicè pro excommunicatis declarari facit.

13. Nam sicut post CONCORDATA GERMANICÆ NATIONIS & inductas Canonicas Electiones, Ecclesia residet etiam inter Catholicos in Prælato & Capitulo, & horum factum censetur factum Ecclesiæ, Sic apud PROTESTANTES Consistorium quodvis Ecclesiæ nomen sustinet, ut, qui nec illos consistoriales audire volunt, excommunicentur.

14. Exempla Bannum denunciantium sunt in promptu. Sic Apostolus PETRUS Simoni Mago, pro spiritus Sancti donis pecuniam offerenti, denunciat Bannum. *Actor. 8. v. 20. 21. 22. 23. per verba.* PECUNIA TECUM SIT IN PERDITIONE, daß du verdampt werdest / samt deinem Geld. Sic Apostolus PAULUS Pseudo Prophetam BAR JEHU, excommunicavit, *filium Diaboli* ipsum declarando, quem confestim manus Dei vindex occæcavit. *Actorum. c. 13. v. 10.* causa Bannisationis erat hæc: Quia erat plenus omni dolo & omni fallacia, inimicus omnis justitiæ, nec desinebat subvertere vias Domini rectas. Sic idem Apostolus PAULUS HYMENÆUM & ALEXANDRUM tradidit Sathanæ *1. Tim. 1. v. ult.* Quia à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem jam esse factam, qua blasphemia subverterunt quorundam fidem, *2. Timoth. 2. v. 18.* Sic Propheta David impium DOËG excommunicavit, per verba: *stet Diabolus à dextris ejus* & dum judicatur, exeat condemnatus, dilexit enim MALEDICTIONEM & VENIET EI &c. *Psalm. 109. v. 6. & multis seqq.*

15. *BANNUM POLITICUM & IMPERIALE* est judicialis censura, quæ violatoribus pacis publicæ, aliisq; refractariis pertinacibus, aquæ

aquæ & igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem aut amicitiam recipi, ab omnibus verò impunè, tàm in persona quàm rebus, offendi possint. Also werden die Bannisirten auch aus dem Frieden in Unfrieden gesetzt/ und soll derselben LEIB/LEBEN/HAAB und GUT allermänniglich erlaubet seyn/dergestalt/daß niemand daran frevelen / und sich vergreiffen könn und mög/weil sie *per sententiam*, eamq; subsecutam DECLARATIONEM, Vogelfrey gesprochen. Hinc alii deducunt Bannum à vocabulo Bann/h. e. territorium, ideò quod Banniti amittant Bannum, dann sie sich des Heiligen Reichs Bans und Straffen nicht mehr gebrauchen dörffen.

16. BAN etiam denotat Judicium v. g. Blutbann dicitur *Latinis* sanguinis Judicium, & cui aqua & ignis interdicitur, est Bannitus. Wem Wasser und Weyd/auch die Gemeinschafft und Gebrauch des Feuers verbotten/ der ist ein Aechter quasi ἐχθρὸς ex Amico factus hostis, als der in die Acht und Bann gethan.

17. Sicut Spiræ per Publicationem sententiæ *BANNI IMPERIALIS* cui Præsides & Assessores omnes præsto sunt, cum Advocatis Procuratoribus & reliquis Collegii membris, declaratio fit in Audientia publica, ita postmodum JUDEX omnium Assessorum numero totaq; multitudine stipatus in locum sub dio digreditur, ibiq; fit denunciatio, *PROTONATORIO schedulam denunciationis frustratim rumpente & in terram abjiciente.* Terribilior erat Banni præclamatio olim usitata, im Kampff-Gericht des Lands Gerichts zu Francken/ubi inter cætera: Wir theilen id est Judicamus, deine Witthin zu einer wissenhafften Wittwe / und deine Kinder zu ehehafften Weisen/dein Lehen dem HErren / von dem sie zu lehen rühren/ dein Erb und eigen/deinen Kindern: Dein Leib und Fleisch den Thieren in Wäldern/den Vögeln in den Lüfften/und den Fischen in den Wassern: Wir erlauben dich auch Männiglich auff allen Straffen / und wo ein jeglich Mann Fried und Glett hat/da solt du keines haben / und wir weisen dich in die 4. Straffen der Welt im Namen des Teuffels. *Vid. Goldast. Tom. 1. der Reichs-Satzung p. 238.* Sed ut enormis fuit hæc proclamatio; ita meritò in desuetudinem abivit.

18. Sicuti igitur excommunicati membra Ecclesiæ esse desinunt, ita Banniti membra non sunt imperii, sed pro mortuis reputantur. Et sicuti

cum

cum excomunicatis nulla debet esse coversatio, nullum hospitalitatis & benevolentiæ signum, ita nec Bannitos recipere debemus, si volumus evitare pœnam receptantium, qui eadem puniuntur pœnâ, qua Latrones *Gail. de pac. publ. c. 10. n. 1.*

19. In Bannum autem Imperii nemo Germanorum nisi per CÆSAREM aut CAMERAM Imperialem declarari potest, *Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 6. n. 8. & c. 11. n. 3.* quæ opinio, uti experientiâ corroboratur, ita prævalet, contra Graveum aliter sentientem *conclus. 3. ad Gail. cons. 1. n. 4.*

20. Quartam excommunicationis speciem noster Author introducit, quam nominat MORALE simul & CRIMINALE BANNUM, quod privatus privato denunciare debet; Nam ut Ecclesiam ex triplici sc. ECCLESIASTICO, POLITICO & POPULARI statu constare dicit *Balduin. de casibus conscient. lib. 4. c. 3.* prioribus verò duobus STATIBUS competant anathemati-zandi jura, sic voluit quoq; *ultimo populari statui* addicere excommunicationem, quâ Dei displicentiam, in sodalitio familiari, unus alteri rixanti, convicianti, exagitanti, denunciare simulq; ipsum infamem declarare posset, cum imploratione Banni divina.

21. Videtur hoc habere rationem & fundamentum IN VERBO DEI, quo nobis omnibus universim & in particulari cuivis privato præcipitur proximum arguere: per verba; *Argue proximum tuum, ne habeas super illo peccatum.* *Levit. 19. v. 17.* si modo in sola reprehensione consistat hæc privata Bannisatio.

22. Verùm si res nobis esset cum sapientibus, dicerem, nos debere ARGUTOS esse: at proh dolor! in hoc nequissimo seculo incidimus in INSIPIENTES, hóc est, *in inimicos piorum* (quibus constat Dei populus) qui omnes uti sunt IMPERIOSI, omnem reprehensionem extremè fastidientes, ita sunt *insipientes* & supra animæ modum superbi. *Sapient. 15. v. 14.* proinde dubitare cœpi, an sit Consultum ob monitum, quo prohibemur à Sapientissimo Salomone per verba: *Noli arguere INSIPIENTEM DERISOREM, ne oderit te, argue SAPIENTEM & diliget te, Proverb. 9. v. 8.* exemplum cape, ab *Illusoribus* qui S. Petrum aliosque Apostolos de Crucifixo Christo die Pentecostes docentes, irridebant, per verba calumniosa: MUSTO PLENI

 sunt

SUNT ISTI. *Actor.c.2.v.14.* ne forsan nos Germanos, qui potationibus magis sumus dediti, quàm SOBRII APOSTOLI, eadem calumnia maneat. Nam Impii omnia impiè & turbulenter peragunt, neq; verbum vel voluntatem Dei intelligunt. *Dan.12.v.10.* Die so Gottloß Wesen führen werdens nicht achten/du magst ihnen sagen was du wilt! Alienati enim sunt peccatores ab utero materno & quorundam FUROR adæquat *furorem serpentis* & aspidis surdæ, obturantis aures suos. Sie haben taube Ohren/nolentes audire vocem incantatoris *Psalm. 59. v. 3. 4. 5. 6.* Du magst sie mit dem Bann beschwören/so viel du wilt/ sie werden deiner nicht achten / sondern hingegen als gifftige Schlangen dich verfolgen / quia Peccator *improbus laudatur in desideriis animæ suæ* & iniquus bene dicitur, *nec Deus est in conspectu ejus.* Der Gotlose hält in allen seinen Tücken GOtt vor nichts/ er fähret fort mit seinem Thun immerdar,/ kehrt sich an niemands Einred. *Ps.10.v.4. & 5.*

23. Nam sicuti nec *Pontifices Maximos*, nec *Imperatores* Excommunicati & Banniti, semper & ubiq; respexerunt, nisi executio per vim armatam accesserit: Ita multò minus privati alicujus Bannum ejusq; denunciationem alter privatus attendet. Sic olim anno Christi 1076. *Papæ* convenerunt schismatici Episcopi & ANATHEMA, quo excommunicati fuerunt in Romanum pontificem GREGORIUM VII. retorserunt, ut refert CARDIN. *Cæsar. Baron. in Annal. Ecclesiast. n.34.*

24. Et dum idem GREGORIUS VII. eodem anno HENRICUM IV. Cæsarem excommunicaverat, excommunicatio nec minus fuit contempta. Cuius notulam *verbotenus ex d. Ann. Cæs. Baron.* recensere libet, quæ sic incipit. BEATE PETRE *Apostolorum Princeps, inclina quæsumus, pias aures tuas nobis, & audi me Servum tuum, quem ab infantia nutristi, & usq; ad hunc diem de manu iniquorum liberasti, qui me pro tua fidelitate oderunt & odiunt. Tu mihi testis es, & domina mea Mater Dei, & B. Paulus frater tuus, inter omnes sanctos, quod tua sancta Romana Ecclesia me invitum ad sua gubernacula traxit: & ego non rapinam arbitratus sum, ad sedem tuam ascendere, potiusq; volui vitam meam in peregrinatione finire, quàm locum tuum pro GLORIA MUNDI seculari ingenio arripere. Et ideo ex tua gratia, non ex meis operibus credo, quod tibi placuit & placet, ut* populus Christianus *tibi specialiter commissus mihi obediat, in quem specialiter mihi tuâ gratiâ*

commissa est potestas & à Deo data ligandi atq; solvendi facultas in cœlo & in terra. *Hac itaq; fiducia fretus, pro Ecclesia tua honore & defensione, ex parte omnipotentis DEI PATRIS, & FILII & SPIRITUS SANCTI per tuam potestatem & auctoritatem, HENRICO REGI, Filio HENRICI Imperatoris, qui contra tuam Ecclesiam, inaudita superbia invasit totius regni Teutonicorum & Italiæ gubernacula, CONTRADICO & omnes Christianos à VINCULO JURAMENTI, quod sibi fecere & facient, ABSOLVO; & ut nullus ei sicut Regi serviat, INTERDICO. Dignum est enim, ut qui studet honorem Ecclesiæ tuæ imminuere, ipse honorem amittat, quem videtur, habere. Et quia sicut Christianus contempsit obedire, nec ad Dominum rediit, quem dimisit,* participando excommunicatis, & multas iniquitates faciendo, meaq; monita, *quæ pro sua salute sibi misi, TE TESTE,* spernendo, seque ab *ECCLESIA tuâ, tentans eam scindere,* separando, *vinculo eum ANATHEMATIS VICE TUA alligo, & sic eum ex fiducia tua alligo, ut sciant gentes & comprobent, quia TU ES PETRUS, & super hanc PETRAM Filius Dei Vivi ædificavit Ecclesiam suam & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Hactenus decretum excommunicationis. Hîc actis & actitatis deficientibus non inquirere licet, an *causa* Banniti & excommunicati Cæsaris in Decreto excommunicationis expressæ fuerint probatæ nec ne, sed saltem subsecutum effectum notabo, quod GREGORIUS VII. pro tali excommunicatione, retulerit præmium depositionis, dum Cæsar in ipsius locum alium Pontificem substituit CLEMENTEM III. *ut Helvicus in sua Chronologia per antiquos Historicos probavit.*

25. Aliter excepit excommunicationem ab Ambrosio Episcopo Mediolanensi anno 390. excommunicatus *Imperator* THEODOSIUS I. cognomento magnus, *quem* impotentem iræ Principem, *vindicta exercuit* contra Thessalonicenses, quorum seditionem punivit trucidando ultra septem millia hominum sed cum sontibus etiam insontes. Hic non intumuit purpuræ splendore, sed fassus est publicè delictum, prostratus in faciem in conspectu Ecclesiæ; Hujus pœnitentia magis laudari quam carpi meruit. Addidit Legem cohibendæ iracundiæ, dum capitales sententias ad 30. diem differendas sanxit. *Sozom. l. 4. c. 23. & Georg. Cedren. pag. 268.*

26. Sed interdum sub specie religionis rebus suis privatis studentes CLERICI abutuntur authoritate Apostolica. Hinc reperiuntur quoq; exempla, quibus Principes seculares illorum censuram, ut iniquam, vindicarunt,

sic LUDOVICUS XI. Cardinalem Balvensem in cavea ferrea, quam ille excogitaverat ad plectendos sontes, per annos 14. detinuit. *Comin. lib. 10. Joh. de Bussier. l. 13. Histor. Franc.* HENRICUS III. Rex Galliæ Cardinalem GUISIUM per-duellionis reum transfodi: Cardinalem Borbonium verò & Archiepiscopum Lugdunensem in Carcerem detrudi curavit. *d. Joh. Bussier lib. 21. Histor. Franc. c. 20.* Sic cum Pontifex Maximus PAULUS TERTIUS Regem Angliæ HENRICUM OCTAVUM. *Ann.* 1542. proscripserat, quia divortium fecit à Conjuge Annâ, camq;. gladio punivit ob prætensum incestum adulterium: prætereà Wolsæum Cardinalem & Roffensem Episcopum occidi curavit *Polydor. Virgil. lib. 27. Histor. Anglic.* neque REX proscriptus, neq; subditi, à juramento subjectionis absoluti, edicto obediverunt. Imò cum eodem Cæs. Carolus V. fœdus & amicitiam junxit. *Johan. Cluver. in Epitom. Histor. Mund. pag. m. 709.*

27. Hodie per impietatem seculi, ut reverentiam fulminis Pontificii, ferè exolevisse *testatur Severinus de Montazambano de stat. Imper. Germ. cap. 7. p. 179.* Sic Bannum imperiale vilipenditur. Non nulli enim inventi fuerunt Proceres Imperii viribus pollentes, qui illud non adeò magni æstimarunt: Imo ridentes pro numero octonario vel ad maximum sedenario reputabant falsè numerantes, **acht und aber acht seynd** 16. quasi *Bannum & iteratum Bannum* (siquidem semel Bannitus ex alio delicto iterum Banniri potest. *Gail. de pac. public. c. 11. n. 1. 2. & seqq.*) pœnam inferret vel tolerabilem vel elusoriam. Ast Deus ut vindicavit, sic hodie vindicat & tandem vindicabit authoritatem summi Magistratus nostri Politici.

28. Sic apud PROTESTANTES Bannum Ecclesiasticum in desuetudinem abivit, in dem der Bindschlüssel bey ihnen verloren/ weil die Priesterschafft und Geistlichkeit vieler Orten leyder in schlechten respect und Authorität/ und noch darzu GOtt erbarms! In Dörfftigkeit der zulänglichen Lebens-Mittel gesetzt wird. Wo sie nicht stumme Hund seyn/ *Esai. 56. v. 10.* die offenbahre Laster der Menschen-Kinder ungestrafft seyn lassen / und selbst vor die Höllenbrändt ewiglich büssen wollen. Wann nemlich der Zuhörer Blut von ihren Händen dermaleins gefordert werden wird. *Ezech 3. v. 18.* Deswegen dann vielfältige Klagen vorfallen/ daß sie ihr Ampt mit Seufftzen verrichten müssen / in dem kein Warnung noch Straff-Predigt mehr verfangen / die Pfarr-und Beichtkinder sich den GEIST GOTTES nicht mehr TREIBEN lassen wollen:

len: Welches GEISTES GETRIEB jedoch eine alleinige Anzeig der wahren Kinder Gottes *Rom. 8. v. 14.* Hingegen das WIEDER-STREBEN ein offenbahres Zeichen ist / der halstarrigen an Hertzen und Ohren unbeschnittenen Sünder/ und Teuffelsbrathen. *Actor. 7. v. 51.* Imò quod detestabile: Audiuntur inter *Protestantes* etiam persecutiones, quibus Proceres nostri fatigant clericos suos: memorabile est vaticinium, quod *SIMON PAULI, Theologus Cordatus, in paraphrasi* Evangelica ad *Festum S. Stephani in fin. part. 2. PROTESTANTIBUS* prædixit, quod ibidem lege, & videbis prognosticon, quo illustrium devastatio Familiarum, notanter indicitur, quod clementer Deus avertat! Quia enim *FASTIDIUNT* Ecclesiasticos suos, mittet Deus *FAMEM* non panis, nec sitem aquæ; *Sed audiendi verbum Dei* famem. *Amos. 8. v. 11.* quod fastidium uti parit contemptum, ex quo sequitur persecutio, quâ *TANGUNT* Ministros Dei: Ita penes contemptos non remanet injuria sed tangunt simul pupillam oculi sui *Zach. 2. v. 8.* quos DEUS severo edicto intactos vult esse: *Nolite tangere christos meos* & in Prophetis meis nolite malignari *Psalm. 105. v. 15.* Tastet meine Gesalbten nicht an / und thut meinen Propheten kein Leid. Idem Author *D. Simon Pauli* in paraphrasi *Evangelicâ* ad Dominicam XV. post *Trinitatis part. 3. in fin. §. 1.* ponit hæc verba: Die meisten Leut trachten mit ihrem Gottlosen Wesen dahin / daß sie das Evangelium wollen aushungern / und reissen darüber zu sich alles was zu Gottes Ehr gegeben worden: Ist ein Anzeig/ daß GOtt sein Reich aus diesen Oertern bald wegnehmen / und andern Völckern / die sein Willen besser thun werden/ zueignen dürffte.

29. Hoc rerum pessimo statu non video, quomodo privatus contra privatum Banni denunciatione prævalere possit. Verum equidem manet & semper æquum, quod per excommunicationem à bonorum communione privari debeant mali, ne bonos inficiant contagione peccati, ut ipsi suffusi pudore tandem erubescerent, & ad meliorem redirent frugem *c. resecandæ 16. cum seqq. caus. 24. quæst 3.* Sed quo remedio fiat, hoc nondum satis est declaratum, nec practicabilis AUTHORIS NOSTRI sententia, qua *Privato* cuilibet alterum privatum infamem reddere concedit. Nam uti infamia morti æquiparatur. *l. 9. ff. de manumiss. vindict.* ita nec alter infamatus negligeret famam suam, sed cum mortis periculo usq; ad internecionem infamantis defenderet, *Exindè* orirentur facilè cædes & homicidia quæ præcavenda sunt.

Accedit quod nemini debeat infamia irrogari, nisi in judicio præviâ causæ cognitione: nam nec in Arbitris, licet ex compromisso sententiam ferrent, reum infamia notare permissum est *l. non distinguemus 32. §. 6. ff. de recept. arbitr. l. 13. §. 5. ff. qui his qui notant infam.* quia singulis non est committendum, quod solus Magistratus expedire potest & debet *l. non est singulis 176. ff. de R. Jur.* Invenimus quidem sæpè nimis curiosè remedia quibus corpus nostrum à contagione præservare possimus. Quando scilicet hodie per totam Germaniam banno feriuntur omnes, ex locis peste infectis provenientes, nec illis liber transitus conceditur, sondern müssen vor erst Fedbrieff von ihrer Obrigkeit/daß sie bey gesunder Lufft ausgereist/in fremder Gegend / beybringen/und noch ein Cörperlich Jurament abstatten / daß sie zwischen der Zeit an kein verdächtigen Ort sich auffgehalten. Necessaria est quidem hæc cautio, sed quomodo animus à contagione impiorum & sceleratorum præservetur, hactenus nemo, nisi solus noster OCTAVIUS PISANI, attendit.

30. Dicerem quod debeat quilibet Christianus animum sibi præservare innocentem, sc. *alterum corrigendo, & increpando* v.g. quoties quis alterum Dei nomen prophanantem, vel in contumeliam Redemptoris sui loquelis & actionibus suis vagantem audit, eundem posset tali terrere banno: Tu qui hoc vel illud facis, sis *ANATHEMA MARANATHA*, maledictus qui Jesum non amas, *secundum Apostoli Pauli supradictum præceptum 1. Corinth. 16. v. 21.* sic alter ex latronibus, qui cum Christo crucifixi fuerunt, increpavit socium, opprobria in Filium Dei jactantem *per verba:* *neq;* TU TIMES DEUM, *qui eandem mortis pœnam luis? & nos quidem justè* sed HIC nihil malè gessit *Luc. 23. v. 40.* credunt multi Dd. post hanc increpationem Spiritum sanctum in illo latrone in Christum accendisse fidem, qua serio appetivit regnum cœlorum. Deinde si quis quem deprehendit in actu notoriè injusto, quo proximum graviter lædere posset, eundem quoq; terrere potest hoc communi dicto: *Discedat ab iniquitate Omnis* & Tu quoq; si nominas *vel etiam invocas* nomen Domini nostri Jesu Christi *2. Tim 2. v. 19.* inq; eo salutem Speras.

31. Cætera relinque Deo vindici malorum, non enim omnia vindicare possumus omnes; inprimis injurias & contumelias quibus nos afficiunt pessimi, æquo ferre debemus animo, imitantes Pientissimum *DAVIDEM* con-

conquerentem: *obmutui & humiliatus sum. Silui de bonis, & dolor meus renovatus est,* concaluit cor meum & in meditatione mea exardescit ignis &c. *obmutescam & non aperiam os meum quia tu Deus facies. Psalm. 39. v. 3. & 11.* Es hat der in GOtt erleuchte König DAVID manchmal sein Leid in sich gefressen/ und wann er wars genommen/ daß bey den Gottlosen die Warnung vor bösen nicht angelegt/ dazu still geschwiegen. *Et* licet permittat Deus inquietis movere litem contra pacificos & cum lite minas eructare, quas, si per ipsos staret, exequerentur, certissimum tamen est subsidium Deus omnibus in ipsum sperantibus quos abscondit *in abscondito FACIEI suæ* ab hominum conturbatione superba & protegit eos in tabernaculo suo à contradictione linguarum. GOtt verbirgt die Frommen vor jedermanns Trotz und verdeckt sie in seiner Hütten vor den zänckischen Zungen/ *Ps. 31. v. 21. & 22.*

EPILOGUS.

Quo clauditur tractatus de morali judicio.

32. *A*udivimus hactenus, quot multivariis modis nos *GERMANI* moribus nostris depravatis DEUM, nosmetipsis & proximum nostrum offendere, MAGISTRATUM & Rempublicam inquietare solemus; Remedio igitur Generali opus erit, quo purificemur ab istiusmodi vitiis ut tandem salvi existere possimus. Noster *A*uthor *Octavius Pisani* dat consilium de constituendo *morali Magistratu,* modo illum sequamur. *Si* autem recusamus ipsum ut Christianum sequi. Sequamur *Romanos* olim *Ethnicos* *A*pud quos fuerunt Duo *censores,* disciplinæ custodes & *morum Magistri.* Alter Patricius, alter plebejus, posteà V. adsciti unde Quinqueviri dicti, ad quorũ censionem s. arbitriũ populus censeretur. Hi *CENSORES* moribus bonis populum regebant, waren des gantzen Volcks Zuchtmeister. *CASTOS esse* jubebant Cives, *CÆLEBES* tamen prohibebant: nam de nuptiis soliciti, curam in liberorum procreatione habebant: *in vivendi rationem* in otia, in sodalitia & conventus hominum, in eo-

rundem-

rundemq; convivia diligenter inquirebant; Ut de *conviviarum moribus, colloquiis & actionibus*, de luxuria circa victum & amictum, conversatione Marium cum fœminis simulque de Choreis probè judicarent. *Nullum cupiditatum reprehensibile genus* erat ipsis absconditum, quod non indagassent. Denique mores hominum ita conformabant, ne quis paternam & consuetam vivendi disciplinam transgrederetur, notabant enim *unum quemvis civem INFAMIA*, si quid in vita ejus deprehenderent honestati contrarium, è contra tollebant omnia, quæ probitati morum pestem & perniciem illatura videbantur. *Videatur Livius, Plutarchus, Valerius, Agellius, Plinius Rosin. & alii.* Hi Ethnici bene morati *nobis CHRISTIANIS in extremo judicio, pudorem incutient* maximum, quia multum nos antecesserunt vitæ integritate, plura ergò tormenta patiemur, quia multum & scientes diliquivimus *Luc. 12. v. 47.* Servus enim qui cognovit voluntatem Domini & se non præparavit, nec fecit voluntatem ejus, *Plagis vapulabit multis*, *v 48.* qui autem non cognovit & fecit digna plagis *vapulabit paucis*, & hoc ipsum convenit Divinæ Justitiæ, ut qui peccarunt gravius, gravius quoque puniantur *2. Corinth. 5. v. 10.* quia omnes nos manifestari oportet coram Tribunali CHRISTI, ut reportet unusquisque ea quæ fiunt per corpus, JUXTA ID QUOD FECIT sive bonum sive malum *Rom. 11. v. 10.* & DEUS CUIQUE JUXTA FACTA SUA redditurus est.

Hactenus PARS TERTIA de Morali judicio est absoluta.



Sequi-

Sequitur PARS QUARTA de CRIMINALI JUDICIO.

CAPUT XLII.

De criminali judicio, ejusq; moderatione & principio regulativo.

DJe Straff ist ein Bilantz oder Gegen-Gewicht des criminal Verbrechens; Das ist / wie sehr und viel ein Mensch gesündiget und mißhandelt hat/also sehr und hoch soll er gestrafft werden. Man kan aber keine Regul finden / die so just und eben seynd/wie in den Bürgerlichen oder civil-Sachen: Dann die criminal-Fäll sind wie die Chameleon / so allzeit ihre Farb verändern/das ist/von Verbrechen zur exception oder Ausflucht / von der Beleidigung oder offension zur Entschuldigung gelangen. Und alle Scribenten/die davon schreiben/bringen so viel limitationes und Umschrenckungen und so viel exceptiones und Ausnahme / daraus man klärlich siehet / daß sie mit aller ihrer Mühe und Arbeit nichts gewisses beschliessen können / dann die groß und weitläufftig zusam̃ geschriebenen Bücher/und deren umschweiffig ausgearbeitete volumina mehr nicht thun können / als diese wenige Blätter in diesem Buch/ja mit ihrer Arbeit und grossen Büchern / eröffnen sie Thür und Thor und also den Eingang zu den Processen und disputationen damit das/was wahr ist/kan für falsch gehalt./und hinwider das Falsche für wahr defendiret werden/wie man solches alles / in so viel Processen/Argumenten,Relationen und Disputationen Gezäncke/ und Gerichts-Plaudereyen/ überflüssig wahr nimmt / welche nimmermehr ein End gewinnen. Aber allzeit soll besagtes Verbrechen

wider den Provocanten/oder der Ursach darzu gegeben/gewogen/ und so sehr in demselben / der es verursachet/als in dem Verbrecher selbst gestrafft werden. Welcher einen andern ausfordert / oder Ursach darzu giebt/daß er ausgefordert werd / oder sich all zu sehr und wider alle proportion gegen die empfangene Beleidigung rächet / der hat Schuld / ist Ursach an den Verbrechen/ derohalben verringert der Richter die Straff an den delinquenten/ und legt es zum Theil auff den provocanten oder Ursacher/oder verkehrt ihm auch wol die empfangene Beleidigung in seine Straff / wann nemlich er vom Provocanten criminaliter, das ist / all zu übermässig offendirt und beschädiget worden.

CAP. XLII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Constitutio Criminalium judiciorum patitur defectum, quoties Idiotis & vilib. Pragmaticis, vel illis, quorum fides & dexteritas non est conspicua, concreditur indagatio criminum & desuper Testium examen.

II. Consessus Judicii criminalis describitur, judici tribuitur baccillum vel gladius evaginatus.

III. Bacillum, quid denotet? integrum & fractum?

IV. Perplexitas criminalium causarum notatur.

V. Judicis criminalis principium regulativum est: *pœnam commensurare delicto.*

VI. Se-

VI. Senibus & Juvenibus pœnam mitigare.

VII. In levioribus causis ad lenitatem: & in gravioribus pœnis ad severitatis temperaturam inclinare.

VIII. Author rixæ est inquirendus: quæritur an ille sit, qui vel ad iram vel duellum provocavit?

IX. An provocatus ad duellum provocantem absque moderamine inculpatæ tutelæ occidens, ordinaria sit pœnâ ab solvendus? Affirmativam tuentur non nulli contra jura divina & humana.

X. Ad iram provocatus, à verbis ad verbera non devenire, sed compescere iram debet, ne impius & stultus audiat.

XI. Sic nec Provocans ad duellum semper in majori hæret Culpa quàm Provocatus, sed ad paria judicantur jura.

XII. Provocatus de consuetudine Germaniæ, licet pravâ, tenetur duellum sequi, non comparens, pro effæminato & honestis conversationibus indigno habetur.

XIII. Sed hodie sub pœna Capitali in Comitiis Ratisbonens. durantibus prohibitæ sunt provocationes & consuetudo illa Germanorum mala est abolita.

XIV. In Galliâ & Italia contra Duellantes easdem sanctiones pænales & quidem severiores reperis.

XV. Ref. atur sententia Doctorum, qui provocatum, licet provocantem absque moderamine inculpatæ

tutelæ nece interemerit, ab ordinariâ absolvunt pœna.

I.


Uomodo in Germania criminale judicium constitui soleat, dictum est supra *c. 1. n. 22. p. 9.* Hunc saltem deploro maximum & damnosum abusum, quod res criminales committantur, sæpius Idiotis & vilibus Pragmaticis, vel quod Principes illis, quibus & manus & pennæ sunt venales, delegent indagationem criminum, quorum corruptione plurima crimina latent, vel in perniciem & caput innocentium, Testium dicta aliter quàm sunt prolata & alia mente protocollantur. Et proh dolor! Referentium ne fides periclitetur, omnia creduntur in judicio. Interim tamen innocens per relationem sæpius iniquam *Carceribus* concluditur, vinculis detinetur, & antequam de innocentia docuerit, carceris pædore & horrore conficitur & interit. Si autem salvus superat Captivitatem, iniquis expensis ad extremam redigitur indigentiam & amissam famam, honore suo semel destitutus, *facto licet non jure*, difficulter recuperat. *Hæc memoria tene, quia sæpius in judiciis accurrunt.*

2. Formam Judicialis consessus quod attinet, solet aliquot in locis Germaniæ, die dictâ, judicium criminale, das Bann oder Halsgericht/pulsata campana aperiri. Judex sive prætor in manibus suis tenet bacillum vel evaginatum gladium, juxta cujuslibet regionis consuetudinem, *ut in constitut. Criminal. Caroli V. art. 28. refertur.* Es wird das peinliche Halß-Gericht mit der gewöhnlichen Glocken beleutet / und heist der Richter die Urtheiler nidersetzen/er selbst aber hat ein weissen Stab oder bloß Schwerd/nach Landesüblichen herkommen jedes Orts in handen.

3. *Bacillum*, pacis habet Symbolum & non incongruum forsan erit, si referas hoc signum ad caduceum Mercurii. Bacillum autem fractum denotat pacifragium: Fracto enim bacillo condemnatur accusatus, & condemnatus traditur carnifici, qui inpacificè, secundum tenorem sententiæ, inco-

con-

condemnatum ſævit, ad præſcriptam mortis genus inſligendum.

4. De perplexitate Juris circa cognitionem cauſarum cum civilium, tùm criminalium & Ictorum variatis conſiliis & votis, & Judicum & Advocatorum corruptionibus, dixi *ſuper c.2.3.& 4.* & licet Caſus criminales ſint ſicut Chamæleontes, qui ſemper mutant Colorem, quando ſe à delicto ad exceptionem, ab offenſione ad exculpationem devenitur, certis tamen concluditur regulis cognitio criminalis, dum hoc ſaltem Principium Regulativum Judicibus præſcribitur ab Authore noſtro: quod

5. Pœna debeat commenſurari delicto ſuo *c.non afferamus 21.cauſ.24. quæſt. 1.* ſimiles debent eſſe pœnæ in viro & in muliere, in delicto enim æquali, æquales imminere pœnas juſtum reputatur *c. ult. Novell. 127.*

6. Senibus tamen, ratione imbecillitatis corporeæ, & Juvenibus, ſi ætatis ſunt teneræ, ac delicatæ complexionis, pœna mitigatur *Pacian. 1. conſ. 134.n.43.* perſpiciendum judici eſt, inquit Marcianus *in l. 11. pr. ff. de pœnis.* ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quàm cauſa depoſcit: nec enim aut ſeveritatis aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo judicio, pro ut quæq; res expoſtulat, ſtatuendum eſt.

7. Plane in levioribus cauſis proniores ad lenitatem judices eſſe debent, in gravioribus verò pœnis ſeveritatem legum, aliquo *temperamento* benignitatis ſubſequi par eſt, *plures & quidem 7. Regulas vide infra c.51.*

8. Ut habeamus cauſam delicti à pluribus commiſſi, ſemper Autor rixæ inquirendus eſt. Rixæ inceptorem alii dicunt eum, qui ad IRAM provocat, non qui irâ provocatus aliquid iniqui facit! *ut ex Ariſtotele: Bald. conſ. 143. Col.2.lib.2.deduxit.* quam ſententiam quoque defendit *Farinac.conſ. crim. 35.n.14.*

9. Ex hoc fundamento, quia *Provocans* in majori Culpa hæret, quam *Provocatus*, ſtatuunt non nulli, quod *Provocatus ad Duellum*, licet *Provocantem* etiam abſq; moderamine inculpatæ tutelæ occiderit, non tamen teneatur pœnâ ordinaria, ut defendit *Kopper. 2. obſerv. 11. cum quo conſentit. Berlich.4.concluſ.16.& ſeqq.*

10. Sed horum Doct. sententiam, neq; juri Civili, neq; divino, conformam esse judico: potest enim unus alterum verbis provocare ad iram, quo casu alter à verbis ad factum devenire non debet, non enim est proportio inter verba & verbera, inter vocem evanascentem & rem permanentem, inter intentionem & operationem. Nam iram statim concipere non est pium, quia non PIETAS sed infirmitas movet IRAM. *Senec. de Ira lib. 1. c. 12.* quam cohibere debet quivis si nomen Pii perdere nolit, injunctum est enim Tibi è *Psalm. 37. v. 8.* NE IRASCARIS UT MALE AGAS. Ergò si malè agis ex iracundia & prior verberare cœpisti, in culpa es constitutus *per textum l. si ex plagis, 52. §. tabernarius, 1. ff. ad L. aquil.* Si vis evitare stultitiam, sequere sapientissimum Regem Salomonem, qui monet Te *in Ecclesiaste suo c. 7. v. 19.* Ne sis velox ad irascendum, quia IRA in sinu stulti requiescit.

11. Sic sæpius contingit, ut Provocans ad duellum, sit in minori culpa, quàm Provocatus. Hic enim illum enormiter exagitare potuisset, & verbalibus, & realibus injuriis, quas quidem in judicio per querelam proponere deberet sed vel verecundia propudiosissimæ exagitationis absterritus. *Vid. rationem supra c. 29. n. 11.* vel si non immortalis, longioris tamen processus metu perculsus, mavult honorem & famam defendere, corporis sui oblatione, & vindicare contumeliam per provocationem, quam, proh dolor! in locum defensionis succedere, nostri Germani existimant, in eaq; more consueto fiduciam ponunt, & quasi re bene gestâ, alter alterum hortatur, incitat & compellit: **Bruder es kan nicht anders seyn / du must dein Ehr vertretten / und deinen Widersacher ausfordern lassen / thust du es nicht / wird kein ehrlicher Kerl mit dir weiter umgehen / du wirst von aller ehrlichen Gesellschaffe ausgestossen / und von jederman** cujonirt **werden.**

12. Et licet Provocatus de jure non teneatur duellum sequi, quia versatur in re illicita; Germani tamen autumant, ex illicito facere sibi licitum & sive sit causa provocandi justa vel injusta, provocato nobili tamen ignominiosum reputant, si non comparet IDQUE DE CONSUETUDINE GERMANIÆ: de qua attestatur *Sichard. cons. 8. inter caus. criminales n. 41. & addit.* eum, qui provocatus non comparet aut fugit Martem, perinde apud nobiles haberi, atq; VASALLUM CUM DOMINO suo in acie non subsistere audentem, & eum, qui, cum interminatione honorum & natalium **auff Ehr und Herkommen** provocatus est, NON COMPARENTEM perinde haberi atq; si de honore nihil

nihil participet & mensis ac compotationibus honestorum virorum arceri, & in hujus ignominiæ signum consuetum esse *laciniam seu mappam*, quæ mensa integitur pro ea parte & latitudine, *quam talis in decumbendo occupavit*, resecari, quod genus insignis ignominiæ apud Germanos usitatum esse, *testatur Rudolph.* in Epist. de congressu *Friderici Cæs. cum Cardin. Duce Burgundiæ.* Nam de consuetudine inveterata, non comparentem pro effæminato & indigno honestis congressibus haberi: *Hactenus Siebardus.*

13. Verum quia ejusmodi consuetudo cum jure divino & humano certat, ideoq; ut in aliis Regnis & Provinciis sic & durantibus *Comitiis Ratispon. in Germania* abolita est, & hodie provocationes sub pœna capitali prohibentur.

14. Quæ pœna non adeò rigorosa censeri debet. Dum videmus quod in confini Regno sanctione pragmaticâ à LUDOVICO XIII. Galliarum Rege repetitâ Duellantibus Laquei pœna sit constituta, quæ sine respectu personarum contra transgressores absq; morâ processus in executionem trahitur. Sic duella Pontifices Maximi extremè detestantur; Lege *Concilium Tridentinum in Session. 25. c. 19.* & invenies contra Duellantes quinq; constitutas pœnas. (1.) Omnes prædictæ personæ ipso facto sunt excommunicatæ. (2.) Domini, in territoriis suis facultatem ad duellum concedentes, privantur jurisdictione terræ illius, in qua concedunt facultatem ad duellum, si eam ab Ecclesia recognoscunt. Quod si est feudum, privantur eo, ita ut redeat feudum ad Dominum directum. (3.) Pugnantes & eorum *Patrini* h. e. *ihrer der Balger* Secundanten, notantur infamiâ. (4.) Incurrunt privationem omnium bonorum & pœnam homicidii h. e. sic debent puniri ac si homicidæ essent, licet non sit secuta mors. (5.) Morientes in duello, privantur Ecclesiasticâ sepulturâ, *Et hæc sanctio est saluberrima.*

15. Iniquissima ergò erit sententia Doct. qui Provocatum indistinctim ab ordinaria pæna absolvunt, licet se cæde provocantis maculaverint. Nam Duella prohibent omnia jura, & nemini ob provocationem concedunt licentiam sese sistendi ad digladiandum *c. monomachion 22. caus. 2. quæst. 4.* Sed occumbentibus in duello, sepulturâ denegant *c. 1. x. de torneamentis* proinde ille, qui alterum occidit, in duello, sive sit provocans s. provocatus, puniri debet pœna gladii, ob præceptum Dei generale *NON OCCIDES. Exod. 20. v. 13.* gravissima hæc vox nemini facit privilegium, *sive sit miles, sive sit nobilis*

bilis sive paganus. Propter enim cognationem generis humani Natura nefas duxit esse hominem homini insidiari *l. ut vim. 3. ff. de Just. Juris,* eam ob causam tamen Duellantes accipiunt gladium & quidem sine Dei & Magistratus permissione, & sic versantur in re illicitâ. Omnes autem accipientes gladium, gladio perire debent. *Matth. 26. v. 52.* & si fuderint sanguinem. Stat sententia contra illos: QUI SANGUINEM FUNDIT HUMANAM, FUNDETUR ET SANGUIS EIDEM *Gen. 9. v. 6.* neque pollui debet terra cruore, qui aliter expiari non potest nisi per ejus sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit. Dann wer blutschuldig ist der schendet das Land/und das Land kan vom dem darinn vergossenen Blut nicht versöhnet werden/ohne durch des Blut/der es vergossen hat. *Num. 35. v. 33.* Audi GERMANIA tu es illa, quæ tot Innocentium cruore maculata es terra, & nisi *Proceres* tui resipiscant, sanguinem fusum accuratiùs vindicare, procul erit à te Deus in alto habitans, qui *SEVERISSIMUS EST ULTOR CÆDIUM* nec vult habitare inter filios hominum, quorum regio cruore, est polluta, *n. 34.* si autem Deum à finibus tuis arces Diabolum habebis hospitem, à quo nos Deus custodiat.

CAPUT XLIII.

De Captura delinquentium.

WAnn einer grober Verbrechen und criminal Missethaten halben/berüchtiget/und wegen der Flucht verdächtig ist / so mag er auff des Beschuldigers redliche Anzeig ohne caution wohl in verhafft genommen werden; Wer es aber sach/daß die Person unberüchtiget/und der Flucht halben mit keinem Argwohn beladen were/ muß der jenige/ so einen setzen zu lassen begehret / vorerst caution bestellen/daß er auff allen Fall den angeklagten / wenn er unschuldig befunden/seine Ehr wider geben / auch allen Schaden und interesse bezahlen wolle. Allhie ist zu mercken / daß man allein den Haupt-Thäter und nicht zugleich sein Haußgesind und Freund gefänglich annehmen / desgleichen andere seine Mitgesellen oder Gehülffen so lang frey passiren lassen soll / biß vorher aus dem Proceß

des

des Principaln verificirt werde/ daß diese und jene Theil am Verbrechen haben. Sonst soll der Einfall allein in derer Häuser geschehen / allwo sich gestolene oder geraubte Sachen; Dann auch falsche Müntzer befinden. Ist aber ein Verdacht / daß viel böse Leut beyeinander kommen / alsdann nimmt man alle Manns-Personē/ die in einem Hauß sind/ gefangen an/ und wann solches geschehen/ muß um der Unschuldigen Willen / so derer einer oder mehr drunter verhanden / schleunigst procediret werden: Würde aber einer wegen eines geringen Verbrechen bezüchtiget oder gerüget/ so beragt ihn die Obrigkeit vor sich/ um von ihm information einzunehmen. Wann er dann erscheinet / so wird nach der Gerechtigkeit procediret, erscheint er aber innerhalb dreyen Monathen nicht / so wird er vor schuldig erkant / und kan alsdann gefänglich angenommen und torquiret werden. Wann aber der Beklagte sich ausserhalb Lands befindet/ alsdann erstreckt ihm die Obrigkeit den Termin der 3. Monathen nach Entlegenheit des Orts.

CAPUT XLIII.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Judex ad incarcerationem ne nimium festinare, sed cautè & prudenter agere debet.

II. Quia materia capturæ est arbitraria JUDICI. Cujus arbitrium tamen rationi rectæ, justitiæ & æquitati consentaneum & ex illis, quæ probata sunt, formatum esse debet.

III. Indicia legitima debent præcedere capturam, nec ad nudam cautionem deferentis captivandus est accusatus.

IV. Hodie multi captivantur neglectâ sufficienti informatione, qui postea innocentes reperiuntur; Inde tot querelæ ad Cameram Imperialem, ad quam tamen criminalis jurisdictio non pertinet, devolvuntur.

V. Criminosos aufugentes persequimur in alienis territoriis, per literas pro apprehendendo fugitivo patentes, durch offene Steckbrieffe.

VI. Carcer tolerabilis esse debet.

VII. Non subterraneus, horribilis & immundus.

VIII, Ne perdatur in eo inclusus, *contra constitutionem L. 1. C. de Custod. Reor.*

I.



CAutè & prudenter judex agere debet, ne ad incarcerationem nimium festinet, injusta enim incarceratio non modo Deum ultorem habet, sed & pœnam ipsi judici subeundam meretur. *Hippol. de Mars. in prax. crim. §. constante num. 3.*

2. Proinde judex omnes qualitates delicti & circumstantias accuratè perpendat, quia materia capturæ est arbitraria judici, *secundum Jul. Clarum. lib. 5. sent. vult. quæst. 28. n. 2.* Ea autem, quæ arbitrio judicis committuntur, diligentius sunt ponderanda, quia arbitrium, ut cujuscunque, ita præprimis judicis rationi rectæ, justitiæ & æquitati consentaneum, & ex illis, quæ probata

bata sunt, formatum esse debet. *Arg. l. 10. ff. de oper. libertor. Alex. 5. cons. 118. n. 1.*

3. Non itaq; decerni potest captura, nisi præcesserint legitima indicia. *Prosp. Farinac. in prax. crim. lib. 1. quæst. 27. n. 112. cum seq.* Neq; ad nudam cautionem Accusatoris quis captivandus est, nisi simul probabilis & sufficiens conjectura adversus incarcerandum militaverit. Ita enim constitutio *criminalis Carol. sancit art. 11. ibi.* Es soll der Anklåger die Ubelthat und deroselben redlichen Argwohn und Verdacht/ welche peinliche Straff auff sich tragen/zu forderst ansagen/ohngeacht/ ob er auff sein Recht/ h.e. auff sein caution, den Angeklagten zu setzen begehren würde: Item art. 6. Es muß einer der gemeinen Ubelthat durch GEMEINEN LEUMUTH oder andere GLAUBWURDIGE ANZEIG verdacht/ und des Argwohns zuvor berůchtiget seyn. Dann es möchten sonst leichtlich *ex artic. 218. ordin. Crim. Carol. constat.* auch erbare Personen / ohne vorgehende berůchtigung böser Leumuth und andere genugsame Anzeigung/angegriffen/und ins Gefångniß gebracht werden/und in solchen Angriff/ etwa durch die Obrigkeit / geschwind und unbedåchtlich gehandelt werden / dardurch der Angegriffene an seinen Ehren Nachtheil erleiden könte.

4. Multos proh dolor! hodie defatigarunt arresta personalia & captivitates, quæ ex præcipitantia Magnatum, qui delatoribus fidem immeritam tribuunt, provenerunt. Et captivati postea innocenter reperti fuerunt. Hinc tot querelæ, ob nullitates circa criminalem cognitionem commissas, audiuntur in Camera Imp. cum aliàs criminalis jurisdictio ad Cameram non pertineat. *Gail. 1. obs. 1. n. 27. & obs. 65. n. 5.*

5. Quid verò faciendum erit, si inter cognitionis primordia criminosus aufugerit? ℞. persequendum esse literis pro apprehendendo fugitivo patentibus. Es muß der Ubelthåter/ mit offenen Steckbrieffen verfolget werden: Deprehensus postea in carcere tolerabili, usque ad sententiæ ejus executionem, custodiri debet.

6. Tolerabilis esse debet carcer, sic præcepit Carolina constitut. art. 11. per verba, und ist dabey zu mercken/ daß die Gefångniß zu Beybehaltung/

Ss ij

tung/ und nicht schwerer gefährlicher Peinigung der gefangen soll gemacht und zu gericht seyn.

7. Cui saluberrimæ constitutioni repugnant, qui in Germania locos subterraneos horribiles & immundos extrui curant. Hinc sæpius querelæ audiuntur, quod incarcerati, tædio carceris & instinctu Diaboli sibi ipsis vitam ademerint. *Auth. discurs. von Justitien-Werck pagin. 58.* aut à serpentibus læsi interiunt, ut miserabilem historiam refert d. *Autor. p. m. 66.* de puella quadam à serpentibus perempta prope Weissenburgum.

8. Observetur sanctio Imperatoris *CONSTANTINI in. l. 1. C. de custod. reorum, ubi ita rescripsit*: Non sedis intimæ tenebris perdi debet inclusus, sed usurpata luce, vegetari ac sublevari, ne pœnis carceris perimatur, quod innocentibus miserum, noxiis autem non satis severum esse dignoscitur.

CAPUT XLIV.

De probatione Criminum.

IN Criminal-Fällen muß der Ankläger dem Angeklagten durch Zeugen oder Schrifften überweisen/ und soll diese peinliche Anklag klärer seyn/ als die Mittag-Sonn/ würde aber der Beklagte/ die Klag halßtarrig läugnen/ ungeacht er überzeuget/ so soll der Richter ihn an die Tortur bringen / damit er die Warheit bekennen müsse/ oder aber seine Unschuld in der Tortur bezeuge / welche Unschuld doch nicht mehr/ als dem Verdacht gleich seyn soll/ und nicht mehr oder weniger würcken. Wann aber der Beklagte/ von 6. einstimmenden Zeugen/ oder anderen klaren Beweiß überzeuget ist/ alsdann muß man ihn torquiren/ als ob er ein todter Cörper wäre/ oder ihn mit dem Todt straffen.

CAP.

CAPUT XLIV.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Testium senarius numerus requiritur à nostro Authore ad convincendum criminosum, contra communem Doct. sententiam.

II. Duos omni exceptione majores testes sufficere nostra *Jura civilia* docent, & praxis hodierna *ab iisdem* non discrepat.

III. Quilibet Accusator debet esse instructus vel idoneis *testibus*, vel apertissimis *documentis*, *vel indiciis* luce meridianâ clarioribus.

IV. Indicia sola quoq; sufficere ad torturam, defendit *Farinacius.*

V. Præsumptio, fama, opinio, fuga non faciunt plenam probationem.

VI. Per documenta literaria, non verò testimonia testium scripta, probatio procedit, nisi per confessionem scriptam reum convincere velis.

VII. Confrontatio judicialis adjuvat probationem & definitur quid sit? & quomodo colligatur ex fronte culpa vel innocentia, docetur.

VIII. Confrontatio testium cum captivo, sæpissimè fallit

& licet confrontatio captivi cum captivo concedatur, non tamen cum captivando indulgenda erit, bene tamen testes cum contestibus collidentibus confrontantur.

IX. Authoris sententia, de Reo, 6. *testibus convicto* torquendo, adversatur CAROLINÆ Const. Criminali.

I.



Uthor noster numerum testium senarium requirit ad convincendum reum criminis, cui non contradico, si crimen tractu temporis commissum multis circumstantiis implicitum fuerit.

2. *Aliàs verũ manebit & Praxis hodierna* docet, Duos haud reprobabiles sed omni exceptione majores testes, qui ex visu & certa notitia testificantur, plenam & absolutam probationem posse in causa criminali efficere, *Damhaud. in prax. crim. c. 49. n. 1.* Nam per tritissimum *textum l. ubi 12. ff. de testibus* pluralitas testium, numero duorum contenta est. Si scil. depositio eorum necessariò concludit, cum non tàm factum probatum fuerit, sed & probatio intentioni accusatoris contra accusatum præbuerit adminiculum *L. ad improbationem 21. C. de probation.*

3. Proinde quilibet Accusator, qui deferre vult crimen, debet esse instructus idoneis TESTIBUS, vel apertissimis DOCUMENTIS, vel etiam INDICIIS ad probationem indubitatis, quæ luce clariora exiguntur ab *Impp. Grat. Valent. & Theod. in l. fin. C. de probat.*

4. Ergò præter testes, sufficiunt sola etiam INDICIA indubitata, quibus demonstratis, reus tormentis subjici posse *Farinacius lib. 1. tit. 5. quæst. 36. n. 43. deduxit.*

5. E con-

5. E contra præsumptio, fama, opinio, fuga & id genus alia, nunquam plenam probationem faciunt, ut Doctores *ad. L. 4. sciant cuncti 15. C. de probat.* unanimiter sentiunt.

6. Deinde documenta literaria etiam ad probationem conducunt, *ut patuit ex d. l. fin. C. de probat.* Sic & noster Author per *scripturas* crimina posse probari intendit, modò non sint testimonia scripta. Nam non testimoniis, sed testibus iisdemq; juratis credendum putavit Imperator HADRIANUS, *monente Callistrato in l. 3. §. 3. ff. de testibus.* Aliud dicendum, si criminosus confessionem in scriptis de crimine perpetrato fecisse convincatur, vel cujus scriptura *in falsi crimine*, arguitur, per comparationem literarum: vel ejus, qui scripto mandavit mortis illationem vel aliud quodvis crimen.

7. Eruitur etiam probatio per CONFRONTATIONEM. Est autem confrontatio nihil aliud, quàm discordantium PROBA, tentata in judicio, ad conciliandum dicta & facta contraria, dum obloquentes sibi invicem coram quasi fronte ad frontem constituuntur, ut ex fronte, quasi ex animi affectu, uterque cognosci possit, quia per frontem diversa colligere potest Judex: Si enim est explicata sive porrecta, hilaritatem & sic *innocentiam*, si verò contracta erit FRONS, mœstitiam & per consequens *culpam* suspicabitur.

8. Hæc confrontatio vel est collisio testium cum captivo sive inquisito. *Prosper. Farinac. de testibus tit. 8. quæst. 32.* quàmvis fallax & perniciosa res sit. *Cothman. Cons. Vol. 1. respon. 15. n. 181.* & boni viri cum sceleratis rarissimè collidantur. Vel est (2.) collisio unius captivi cum altero in depositionibus contrariis conciliandis, quæ confrontatio tamen raro in complicibus quorum unus captivus, alter verò captivandus concedi solet, quia hæc confrontatio, quæ ad inculpantis vel deferentis occasionē indulgeretur, esset actus præjudicialis & odiosus, præ se ferens speciem suggestionis & læderet famam viri honesti *Bursat. cons. 201.* ad quam absq; indiciis sufficientibus non est deveniendum vel fit (3.) confrontatio testium cum contestibus discordantibus *Dambaud. c. 47. n. 3.* ut in adulteris duobus qui pudicam SUSANNAM falsò detulerunt adulterii, quod ipsi attentarunt.

9. Ultimo loco non est probanda sententia nostri Authoris, qui statuit, reum 6. testibus convictum de crimine aliquo, sed negantem idem crimen, tor-

torturæ subjiciendum & torquendum esse, usq; ad necem. Et licet hanc opinionem hactenus multi judices in Germania ex mala consuetudine secuti fuerint, eumq;, qui semel convictus & postea tortus perseveravit in negatione, absolverint: per rationem *quasi probationes contra se purgasset*, hæc tamen absolutio, contra processus ordinem publicata, vix sustineri potest. Nam quod reus de crimine convictus non torqueri, sed ultima sententia condemnari debeat, *expressa postulat sanctio Carolina in artic. 69.* So der Beklagte nach gnugsamer Beweisung die Missethat nicht bekennen oder läugnen würde / so soll er doch der überwiesenen Missethat nach / OHNE EINIGE PEINLICHE FRAG VERURTHEILET werden. Hanc quæstionem probè discutit *Carpzovius in prax. crim. quæst. 125. n. 15. 19. 20. 22. 23. & 24. quem vide.*

CAPUT XLV.

De Genere pœnarum, earundemque executione.

DIe Bestraffung der peinlichen Gebrechen / soll und kan geschehen / nachdem es in unterschiedlichen Orten im Gebrauch / diese oder jene Ubelthat / mit ein oder anderer Straff zubelegen; solten aber billich nicht mehr erfunden werden / als zwey Arten / die eine mit dem Strang / die ander mit dem Schwerd / vom Leben zum Tode zu richten / und solte solche execution auffs schleunigste vollbracht werden / damit die Langwürigkeit des Schmertzens / nicht die Seel zur desperation ziehe / das Köpffen wer besser / daß es nicht vom Hencker geschehe / sondern von einer unberüchtigten Person. Ein Negotiant oder Kauffmann / der wegen bösen Lebens und aus Betrug einen Bancherot macht / soll auff gehänget werden / und da man ihn nicht lebendig haben kan / hänge man ihn in effigie oder seinem Bild.

CAP.

CAP. XLV.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Author duo genera suppliciorum approbat, Gladii & suspendii.

II. Constitutio CAROLINA criminalis plura admittit, & quæ?

III. Suspendii pœnam in furibus iniquam judicant non nulli ex Theologis & JCtis, sed Constitutionem Criminalem Carolinam probe perpensam impugnant perperam & quidem contra conscientiam, quæ obligat omnes ad observantiam Juris Majestatici.

IV. An Falliti mercatores patibuli pœnâ sint afficiendi discutitur quæstio.

V. Condemnatio ad Triremes & operas metallicas ferè in desuetudinem abivit.

VI. Relegationis pœna improbatur ex adductis rationibus.

VII. Approbatur autem si malefici ad loca periculosa, ad de pugnandum cum Turca, relegentur.

VIII. Omne mortis supplicium repentino actu quasi uno ictu expediri debet ab Executore, ne desperationem animæ inducere possit apud pusillanimos.

IX. Temeratores venationum hodie crudeli pœnâ inffliguntur in non nullis provinciis, quæ pœna describitur.

X. Ut Genera maleficiorum crescunt, sic & eorundem pœnæ non numerari possunt juxta *Dambauderum.*

XI. CONZENII judicium, de suppliciis in Genus humanum exercendis, refertur.

XII. In executionibus pænarum quam diu tolerandi sunt in Germania Carnifices exprimitur.

I.



PŒnarum corporis afflictivarum genera duo Author noster approbat, *gladii & suspendii.* Cætera omnia reprobat, utpote quæ vel difficilioris executionis ob longiorem temporis tractum vel desperationis inductiva reputentur.

2. Constitutio GAROLINA criminalis, plura enumerat supplicia, quorum executiones vel fiunt ignicremio, vel gladio, puteo, dissectione, Rotâ, Furca Patibulo, vel tractu s. raptatu trahæ, vel impositione & puncturâ ignitarum forcipum, carcere perpetuo: truncatione, perforatione, abscissione digitorum & auricularum, dorsicæsione quæ fit virgis vel flagellis, also werden die Ubelthäter zum Feuer / im selben entweder lebendig oder todt verbrennt / oder von ferne an einen Pfal geschmöket zu werden / 2. zum Schwerdt / 3. zu der Viertheilung / 4. zum Rad durch Zerstossung der Glieder / von unten auff / 5. zum Galgen / 6. zum Erträncken veurtheilet / auch gestalten Sachen nach / 7. lebendig vergraben und gepfälet / 8. von unvernünfftigen Thieren geschleifft / oder 9. zu ewiger Gefängniß condemnirt, & quod noviter contra fures ferarum introductum est supplicium, daß die Wild-Dieb lebendig auff einen Hirschen geschmidt / und damit in das freye

freye Feld gelassen werden/quæ ultima pœna tamen in constitutione Carolina non approbatur, wozu noch jezuweilen/vor Ertödtung der verurtheilten Personen/hinzu kompt das Reissen mit glüenden Zangen. *Vid.* Käiser Carl V. Halß-Gerichts Ordnung/*art.192. 193. & 194.* Dann werden auch die Maleficanten an Leib gestrafft/ohn Ertödtung / als 1. mit Staupenschlagen/2. Ohren abschneiden/3. Abhauung der Finger / und 4. Ausschneidung der Zungen.

3. De nonnullis suppliciorum speciebus quædam monenda duxi, præprimis quæstionem, An fures ultimo supplicio, pœnâ sc. suspensionis, sint afficiendi? *supervacaneam* judico, quia rationibus, pro & contra militantibus, probè perpensis semel decisa est *per constitutionem Criminalem Carol.artic.157.* quæ constitutio, ut lex Majestatis in conscientia obligat judicem, ut juxta eam furem ad pœnam strangulationis damnare possit & debeat. Nec est, quod multi ex Theologis & JCtis hanc pœnam delicto suo non æquè proportionatam sed graviorem detestantur, quasi *legibus MOSAICIS* minimè conveniat, quibus pro rerum circumstantiis duplum *Exod. 22. v.4.* quatruplum & quintuplum *v.1.* imò septulum *Proverb.6.v 31.* reddere compellitur Fur, vita tamen non privatur. Nam non simpliciter est capitalis sed arbitraria, quæ ad capitis pœnam potest extendi. Distinguitur enim inter furtum *simplex & violentum* (2.) in simplici quantitas rei ablatæ attenditur, an sc. furtum sit *parvum* vel *magnum* (3.) utrum *primum* vel *reiteratum*, (4.) Violentum demum capitale est , si cum eodem concurrat violentia & sic jure Mosaico, *Exod.c.22.v.2.* licitum erat furem effractorem privatâ authoritate trucidare & trucidans non fuit reus sanguinis, quod non nulli ex THEOLOGIS ut Danæus *lib.2. Ethic. Christian.c 15. cum quo Nic. Hunnius, Johann Piscator & Zepperus consentiunt: ex JCtis verò Nevizan. Paris de Puteo. Ant Matthæus: Matthias & Joachim Stephani*, concedunt, quando cum furto cædes vis vel aliud scelus conjunctum fuerit *ex text.2.Samuel. 12.v.6. junct.9.* aliquando tamen & in hoc violento furto locus est pœnæ extraordinariæ, per CAROL. constitutionem *artic. 159. ibi* oder sonst nach Gelegenheit der Person (5.) Simplex Furtum aut est primum vel secundum, vel tertium; *Primum* aut est parvum vel magnum; *Parvum* iterum vel est manifestum, vel non manifestum. Manifestum punitur post restitutionem rei fustigatione, quam insequitur relegatio perpetua, *si fur est vilioris conditionis.* Si adest spes emendationis, cum consensu superioris Magistratus punitur civiliter, *qua-*

drupli restitutione, si non habet in ære, Carceris pœna succedit *artic. 157. & 158.* furtum non manifestum punitur *restitutione dupli*, & si non solvendo existit, *incarceratione*. Furtum MAGNUM primum, habet pœnam arbitrariam, in eoq; attenditur quantitas rei ablatæ, & qualitas facti, an cum effractione aut scalis admotis & sic violentiâ quapiam perpetratum & in facinore fur acclamatus, vel deprehensus fuerit, quo casu demum capitalis pœna locum habet *artic. 157. & 160.* Secundum furtum, sive sit manifestum vel non manifestum, punitur fustigatione & relegatione perpetua *artic. 161.* si verò magnum fuerit, pœna erit arbitraria. Tertium furtum indistinctè capitaliter punitur. Qui enim ter, sive in eodem territorio sive indiversis, sive plus vel minus parum vel multum furatus fuerit, reputatur famosus & similis ei qui vim commisit per verba, ist ein mehr verleumbder Dieb und wird einem Vergewaltiger gleich geachtet/*artic. 162.* habitum enim sibi per triplicem actum acquisivisse judicatur, nam semel & iterum peccasse in eodem delicti genere non promovet furti pœnam capitalem, sed tertius actus. Duo genera sive duo actus abundant in peccatis, tertius adducit perditionem, das dritte mal sündigen bringt die Haupt-Straff mit sich *Ecclesiastic. 23. v. 21.* His præsuppositis, licet legibus Mosais non capitalis fuerit pœna, si tamen fur quadruplum vel quintuplum reddere non potuit, fat acerbè contra ipsum executio facta, nam fur ipse Venundatus, *Exod. 22. v. 4.* & per venditionem factus fuit servus. Servitus autem morti adsimulatur *l. 59. §. ult. ff. de condition & demonstr.* vides ergò, parum discrepare *Legem Mosaicam à Carolin. Constitutione*: & quamvis etiam discreparet, non sumus tamen ad forenses leges Judaicas alligati. Sed Magistratus interdum pro temporis ratione supplicium acuere potest, præsertim quando *licentia peccandi crescit & Reipubl. utilitas* ex asperationem pœnarum efflagitat.

4. An autem Fallitos Mercatores, quos vocamus *Bancherotirer*/patibuli pœna sint afficiendi quæritur? noster Author affirmat, sed reclamat consuetudo Germaniæ *de qua super tit. 16. n. 23. 24.* posset tamen juvari Authoris sententia eo in casu, quo Mercator scit, se non esse solvendo, sed ære alieno gravatum, decipit tamen ante secessum (kurtz vor seinen flüchtigen Austritt) mutuò dantes, ab iisdem summas capitales permagnas recipiens. Hic creditores ultimos inducit ad mutui dationem dolosa persuasione, quæ esse potest instar violentæ exactionis *arg. l. 3. §. si quis volentem 9. ff. de liber. hom. exhibend.* nam simulas se opulentum & mentiendo promittis redditurum frau-

fraudulenter ex tortam pecuniam, & tamen ipso actu per fugam contrarium testatur, se nunquam velle redire, quo ipso facto, fidem abnegat & simul perfidus fit. Hic utique *contrectat fraudulosè pecuniam creditoris in-vito ipso, & quidem lucrandi animo, quo defraudat* eâ Dominum, quia fugiendo aufert sæpius multa millia & potior fur est iste mendax *Ecclesiast. 20. v. 27.* Fallitur, quàm ille qui furatur 5. Florenos h. e. Hungaricos sive ducatos, quæ summa magnam aliàs denotat furtum. *Constitut. Carol. 157. & 190.* proinde & dignus erit patibulo.

5. Reperitur etiam pœnæ genus, condemnatio ad triremes in perpetuum, wann die Missethäter auff die Galeen geschmiedet werden / & damnatio in metallum vel operas metallicas. Hi gravissimis attinentur catenis & insuper verberibus afficiuntur, & propterea efficiuntur servi pœnæ & mortuis æquiparantur. Sed hæ pœnæ plerisq; in locis in desuetudinem abierunt *Grass. Mastrill. decis. 165. n. 5.*

6. Relegatio oder Landes-Verweisung frequentatur apud Germanos, sed non sine damno Reipublicæ. Relegati enim hostes evadunt patriæ atq; odio adversus eam concepto, se cum hostibus conjungunt, patriam hostibus produnt, ac arcana civitatis, ex qua pelluntur, propalant, consequenter & invadendi occasionem præbent. Hæc insuper pœna charitati erga proximum non parum adversatur. Nam cum provincia sceleratos apud se habet, ita *exoneras* se, ut alias provincias *oneret*, nihil enim agit, quàm ut alienas quoq; terras quasi inficiat sceleratorum vitiis. Deinde qui sic ejiciuntur, si manerent in patria, diligentius observarentur, cum probis jam sint noti, sed in alieno solo, ubi non agnoscuntur, & facilius & impunè peccant. Econtra infra territorii fines retenti domi agerent cum ignominia & rubore confunderentur, cum alibi perfrictâ fronte vivant. *Hinc Petrus Martyr. in Comment. ad lib. 1. Reg. c. 1. fin. fol. 23.* hanc cautelam & modum hujus pœnæ præscribit, ut quidem usus relegationis in Republica retineri possit, sed non ita ut exules ad alios mitterentur, apud quos deteriores fierent, eosq; inordinata vita & moribus offenderent; Sed ut ad certa loca *intra fines ditionis* Magistratui relegandi *subjecta* certis cautionibus & severa inspectione detinerentur, & ad labores compellerentur. Sic DAVID relegavit *Absalomum*, sed non extra fines. SALOMO quoq; *Abjatharum* & *Simei* jussit exulare, sed extra Israëlem non ejecit.

7. Hodiè optimus est relegandi modus & reipublicæ utilis, quando facinorosi relegantur ad fines imperii & loca periculosa ut cum Turca & hostibus Imperii depugnent. Daß der Verbrecher ein gewisse Jahr-Zahl wider den Erbfeind ziehen und dienen / oder auff das nechste Grentz-Hauß sich begeben soll.

8. Omne mortis supplicium repentino actu Carnifex, quasi uno ictu exequi, nec per tractum temporis prolongare debet afflictionem, ne simul cum corpore etiam anima affligatur, ideò enim *pœna corporis afflictiva* nuncupatur, Anima semper præservari debet à tentatione, quæ ad desperationem deducit. Sæpe enim fieri solet, ut parum constantes in fide percruciatum diuturniorem deficiant Sathanæ instinctu, quasi à Deo sint deserti, & cùm parum audire possint cõsternati consolationẽ à Parocho sive Ecclesiastico, Ideo Imp. CAROLUS V. constituit in const. criminal. *artic. 79.* es soll 3. Tag zuvor dem angeklagten das Blutuhrtheil angesaget werden / damit er zur rechter Zeit seine Sünde bedencken / beklagen und beichten möge / und so er das H. Sacrament zu empfahen begehret / das soll man ihm ohne Weigerung zu reichen schuldig seyn. Concordat jus canonic. *in c. quæsitum 30. cum seq. 31. caus. 23. quæst. 2.* Mors itaq; momentanea esse debet, & mali totius sensum, brevi temporis spacio, una cum vitâ amittere debent scelerosi, ideò qui igne puniuntur, prius strangulantur, quam flamma imittitur; *Sed si vivi exuruntur* vel ferrea catena religantur ad palum, parvo lentoq; igne circum extructo, ob diuturniorem mortis pœnam pusillanimi possunt deficere. *Sic execrabile* est supplicium *ossifragium* vel rotifragium das Radbrechen / quando ossa membratim (quod fit in brachiis, scapulis, pectore, dorso, collo, femore ac tibiis luxatis s. solutis) confringuntur, postea rotæ impositi, in altum sufferuntur, intollerabili pœna conficiuntur, quod genus supplicii enormitatem pœnæ atq; inhumanitatem supra modum ingenio humano terribile videtur: Supervivunt enim interdum 5. 10. 15. 20. imò 24. horis.

9. Non dicam de venationum temeratoribus, qui non pœna suspendii, ut olim, sed nunc vivi cervorum *dorsis* ferreis vinculis alligati s. conclutinati mortem subire debent. Cervus in solitudinem missus, noctu diuq; non requiescit, nisi cursu defatigatus per invios saltus, per nemora umbrosa currit eo fine, ut impositum sibi onus abstrahat, quo non abstracto, superat avios montes, & ad devias valles præceps fertur, fruticeta & dumeta permeat, in

son-

senticetis squalidis se circumvolvit, fluvios rapaces tranare solet, transilit sepimenta obsita virgultis & spinis, ut sæpius corporis membra frustratim abripiantur imposito. Anno 1666. mense Majo ist ein Hirsch in der Wetterau gesehen worden/der in der Saal geweidet/ auff den ein Mann mit Ketten verwahret gesessen/gantz blutig mit zerrissenen Kleidern und zerfleischten Leib/der ohne Unterlaß geruffen/ach nehmet mir doch mein Leben/daß ich der unerträglichen Straff/die ich nun in den dritten Tag ausgestanden/ abkommen möge. O Anima, si in desperationem incidisti, quam terribilem institues querelam in extremo judicio contra judicem tuum secularem, quem non corporis tui sanguine satiare potuisti, sed temet ipsam quæ ad immortalitem condita es, ad immortalem interitum reservatam videbis!

10. Sed proh dolor ut maleficia crescunt, sic quoq; earundem pœnæ multiplicantur, sic enarravit *DAMHAUDERUS in prax. crim. c. 155. & 156.* genera maleficiorum, eorundemq; pœnas & tandem concludit cum VIRGILIO:

Non mihi, si linguæ centum sint oraq; centum
Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.

11. Huc non incommodè referre licet CONZENII summi Politici judicium, de suppliciis quibus humanum genus Judices nostri seculares persequuntur, per verba subsequentia: O miserum Humanum genus: ôdira spectacula, sed tamen quotidiana! Sonant flagella, squalent pleni carceres, lacerant fidiculæ, strident ungulæ, gladii decollant, hastæ transfigunt, absorbent flumina, patibula & rotæ onerantur, vorant flammæ, raptant indiversa quadrupes, & *TOT SUPPLICIIS NON SATIS JUSTITIA SANCITUR*: quæ vindicantur, novis semper auctoribus perpetrantur. Inter tot miserorum mortes, Judicum, Præsidum, & Purpuratorum furta, & rapinæ inultæ esse non debent. Quomodo enim ista vindicabunt, qui majora peccant? *Conzen. polit. lib. 3. c. 6. §. 6.*

12. Executionem pœnarum, quod attinet, noster Author ab ea rejicit Carnificem, cujus sententiam corroborat CICERO *in Oration. pro Papirio* quando funestari concionem lictoris vel Carnificis interventu opinatus fuit.

Sic

Sic quoq; attestatus est, *Bodin, lib. 3. de Repub. c. 8.* Carnificis munus ubivis ferè Gentium sordidissimum judicari. Nam Carnifex non erat olim Civis Romanus nec in urbe domicilium habebat, sed eum ab initio Censoriæ Legis foro & templo carere voluerunt. *Rosin. Antiquit. Rom. c. 48. in fin.* Verùm ut olim apud Judæos Sacerdotes *supra c. 41. n. 8.* sic apud Anglos Primores populi imò ipsi parentes in liberorum executione Carnifices egerunt, *Bod. d. l. c. 7.*. In concilio Flandriæ primo Prætori qui Principis vices refert, committitur executio facinorosorum, *testis est Damhaud. prax. crim. c. 154. n. 2.* quod fieri nunquam potuisset, si Executor sententiæ criminalis haberetur ipso jure infamis, est enim minister justitiæ & officium ejus est publicum & necessarium. Infamatur à tunc, si ad sordidas simul operas manus adhibuerit. Wann er nemlich als ein Racker der Schinderey sich theilhafftig macht/ und entweder selbsten oder durch die seinige das Luder/ so sonst in Ober-Teutschland den Schäfferen zukommt/ verführen lässt. Et quid mirum est, nos Germanos uti Carnificis operâ, si Romani *Carnifices* tandem mutatâ rerum facie & quidem eo tempore, quo Triumphus à Senatu decretus esset, Ducibus vel Imperatoribus, ob res feliciter gestas in eodem curru triumphali, quô maximâ pompâ urbem ingrediebantur, *ut ministros publicos* eum in finem associarunt, ut *monerent* Duces triumphantes providentiæ, quâ reliquum vitæ spacium respicerent, ne forsan eo honore elati superbirent & ex superbia, quæ est fons omnis peccati, *Ecclesiastic. c. 10. v. 15.* inciderent in manus commonentium ad subversionem superbientium. *Philipp. Camerar, in oper. success. lib. 1. c. 12. ubi allegat Zonaram. l. 2. Annalium.* Dicerem ergò tamdiu tolerandos esse Carnifices, quamdiu superbos invenimus in Germania.

CAPUT XLVI.

De Tortura. Von der scharffen Frag.

Die Tortur oder peinliche Frag/ wordurch die Warheit eines Handels oder begebenen Falls zu erforschen stehet/ ist die Bilantz oder Gegengewicht des Argwohns oder Verdachts/

dachts/daß einer / auff den man wegen eines Verbrechen inquiriret/ ein schwere Mißhandlung begangen/oder darum Wissenschafft habe/andern falls aber seine Unschuld in der Tortur beweise / das ist/ dem jenigen wessen er bezüchtiget widerspreche und sage / daß ihm nichts böses bewust noch weniger/daß er das beschuldigte Laster oder Ubelthat begangen habe; Man soll aber dergleichen scharffe Tortur einem niemals anthun/die dem Leib verderbe / oder zum Krüppel mache/oder auch verhindere / daß der Torquirte nicht Athem holen könne. Die Magistraten sollen auch in acht nehmen/daß/ wann sie jemand peinlich befragen lassen/die Warheit zuerforschē oder erfahrē/ sie vorhin Raht halten/ daß die Tortur nicht schärffer oder geringer seye/als die Beschaffenheit des Verbrechens / so durch Zeugen erweißlich gemacht. Soll aber jemand torquiret werden / müssen acht nachfolgende Indicia wol beobachtet werden.

1. Ob der Inquisit einen bösen Namen und Ruff hat / und solches mit etzlichen Zeugen bewiesen worden / daß er desselben oder anderer dergleichen Verbrechen/weswegen er gefänglich gesetzt/ jemals bezüchtiget worden.

2. Ob er des Bezüchtigten delicti halben interessiret, oder etwas davon zugewarten habe.

3. Ob er ein Vagant/Herumstreicher und Landläuffer / oder sonst ein unnützer Gesell sey.

4. Ob er flüchtig gewesen/oder sich an verdächtige Ort reteriret, damit er den Dienern der Iustitz entgehen möge. Dann hat man

5. Fleissige Obacht zu geben/auff sein des inquisiten Aussag/ ob er das jenige geschwind und gehling entschuldige / darauff er in specie nicht gefraget worden?

6. Ob er dabey und an den Ort gewesen/woselbst das Verbrechen geschehen?

7. Ob er in der Mißhandlung betroffen worden / oder man sonst gesehen/daß er andern delinquenten geholffen?

8. Ob er allein der Mißhandlung schuldig / oder mehr andere

Mitgehülffen anzusagen wisse/denn auch alle Mithelffer werden in groben Verbrechungen mit gleicher Straff belegt. Wann nun auffs wenigst zween Zeugen gesehen/oder gehört/daß er an dem Verbrechen schuldig/und er will doch nicht gestehen / so ist er zu torquiren/ Hingegen wann 4. oder mehr Zeugen vorhanden/ alsdann kan der delinquent ohne Tortur gestrafft werden. (Videntur hæc contrariari Authoris nostri sententiæ supra in c. 44. præmissæ, quam contradictionem brevibus notare volui. Wann einer so viel torquiret worden / als der Verdacht und Zeugen wider ihn erfordern/ und er nicht bekant/ daß er übel gethan/das ist / wann er seine Unschuld in der Tortur beweist/alsdann soll er frey und loß gesprochen werden. Es verstehet sich aber allzeit die Loßlassung so fern wann keine neue indicien oder Anzeigungen weitershin wider ihn einkommen. Wofern aber jemand mit unrecht gefangen gesetzt und torquirt/hernach aber vom Richtern frey gelassen worden/alsdann kan er seine Schäden und interesse auch Erstattung der Ehr / von dem jenigen fordern/ durch welchen und um wessen willen er solchen Schaden erlitten. Wann vier oder mehr einmütige gleichstimmende Zeugen vorhanden/aber nicht weniger als vier/alsdann wird der Bezüchtigte zum Todt oder anderer Straff verurtheilet / ob er schon seine Unschuld in der Tortur beweiset/ vid. supr. cap. 44. n. 9.

CAPUT XLVII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Tortura succedit in defectum aliarum probationum in criminibus capitalibus non verò levioribus.

II. Quæ-

II. Quæstio tormentalis est res fragilis & periculosa.

III. Et est gravior pœna quàm manus abscissio, ideoq; iniquè tortus regressum habet contra judicem qui fecit ipsum torqueri.

IV. Tormenta moderatæ & discretæ rationis temperamenta desiderant.

V. Incipitur tortura inter Torquendos ab eo qui timidior videtur.

VI. Examen Torquendi debet esse articulatum & interrogatio brevis, non in ipso Torturæ actu sed eâ remissa.

VII. Tormentalis quæstio est subtilis cognitio, requirit Practicum.

VIII. Non repetenda est nisi novis indiciis emergentibus, nunquam tamen tertiâ vice reintegranda erit.

IX. Confessio alterius criminis sine novis indiciis extorta, non attendi debet.

X. Non semper ultrò maleficium fatenti fides habenda est.

XI. Tormenta moderata sunto, ut salvus existat Tortus.

XII. Torturam territio verbalis & realis ut præludia præcedere solent.

XIII. Torturæ gradus tres sunt, & recensentur.

I.



PEr torturam instituitur quæstio tormentalis, die peinliche Frage/ad inquirendum veritatem, quæ aliis probationibus haberi nequit in criminibus capitalibus & atrocioribus, non *levioribus*, *quorum pœna minor est*, quam corporis afflictiva. Debet autem corpus delicti adesse antequam decernatur tortura, licet accusatus confiteatur crimen se admisisse. *Bocer. de quæst. c. 3. n. 2.*

2. Sed cum res sit fragilis & periculosa quæstio tormentalis, utpote quæ veritatem sæpe fallat, multis cautionibus opus est. Nam inveniuntur maleficantes, qui ex immani duritie quævis tormenta contemnunt, ut veritas exprimi ab iis nullo modo possit. Alii verò tantâ sunt impatientia, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta velint. *Ulpian. in l. 1. §. quæst. 23. ff. d. quæst.*

3. Cum TORTURA gravior sit pœna, quàm utriusq; manus abscissio, *Bocer. de quæst. c. 3. n. 5.* non poterit quis abripi ad illam nisi criminis adsint indicia verisimilia, & probabilia, quæ reum postulatum reddant suspectum *l. 17. in fin. C. ad. L. Cornel. de falsis.* vid. peinliche Halßgerichts-Ordnung art. 18. 19 20. ubi Imperator Carolus V. ita sanxit. Wo nicht zuvor redlich Anzeig/Wahrzeichen/Vermuhtung / Argwohn und Verdacht der Mißhandlung/darnach man fragen wolt verhanden / und bewiesen worden/soll niemands gefragt werden/und ob gleich aus Marter die Gefragte oder auch andere Misserhat bekant würden / so soll doch der Bekäntniß nicht geglaubet/noch jemand darauff verurtheilet werden/ wo auch einige Obrigkeit oder Richter/in solchem Ubersühren (das ist/ darwider handelten) sollen Sie/deme jenigen der also wider Recht/ ohne die bewiesene Anzeigung/gemartert wäre/seiner Schmach/Schmertzen/Kosten und Schaden der Gebühr nach Ersetzung zu thun schuldig seyn.

4. Ante TORTURAM Judex prudenter expendere debet canitiem, senectutem, confectam ætatem, aut juventutem, virile robur, valetudinem tùm imbecillem tùm validam, deniq; inspicere, quid ipsius *Torquendi* perferre vale-

valeant *vires*, ut hâc in ré prudentem judicem agat non tyrannum referat. Nam tormenta *moderata* & DISCRETÆ *rationis* temperamenta desiderant, *l. de minore 10. §. 3. ff. de quæst.*

5. Si plures torquendi sint, ab eo debet incipi tortura, qui timidior & teneræ ætatis videtur, *l. 18. pr. ff. de quæst.* ratio quia hi præsumuntur veritatem potius dicere, quam qui robustæ ætatis & animosiores sunt.

6. In ipsa tortura examen debet esse articulatum & interrogatio brevis & compendiosa. Reus non tantum super delictum, sed ejusdem quoq; qualitatibus & quidem non in ipso torturæ actu sed remissa eâ interrogari debet.

7. Diligenter debet Judex attendere sermonem & responsum patientis, veluti, quem modum qualemve ordinem in respondendo & quos mores inter supplicia habeat, ut observet num variet aut vacillet. Ideo dicitur cognitio SUBTILIS *l. 10. §. pen. ff. de quæst.* ad quam non nullis in locis Germaniæ expediendam sæpiùs consiliarii Principis utpote JCti, non simplices Scabini, adsumi solent, qui probè attendant Inquisitorum responsiones: multum enim interest utrum quis unum eundemq; præmeditatum sermonem attulerit, an ad ea, quæ interrogatus ex tempore vero similia respondeat. *Callistratus in l. 3. in fin. §. 1. ff. de testibus.* Nam ex sermone ejusdemq; constantia, & ex animi trepidatione multæ ad illuminandam veritatem in lucem emergere possunt, *monente Marciano in d. l. 10. §. pen.* utpote ex vultus pallore, rubore, consternatione, titubatione, & inconstantiâ sermonis multa criminis admissi indicia desumi possunt *juxta illud.*

Heu quam difficile est crimen non prodere vultu.

Quod idem *Ecclesiastic. c. 13. v. 31. quoq; attestatur per verba*: Cor hominis mutat faciem externam in bonam vel malam partem. **Wer klug ist kan dem andern in Augen ansehen / ob was Guts oder Böses hinter ihm verborgen liege.**

8. Torturæ executione facta, ante omnia Judex circumstantias delicti, de quibus Tortus confessus est, indagare debet. Quod si circumstantiæ deprehendantur falsæ, ulterioribus & acerbioribus quæstionibus percelli poterit. *Ord. Crim. artic. 55.* Befünde sich aber / daß die bekanten Umstände

nicht wahr wären / solche Unwahrheit soll man dem Gefangenen vorhalten/ihn mit ernstlichen Worten/darum straffen/und mag man ihn/alsdann mit peinlicher Frage auch zum andernmal angreiffen/damit er die obangezeigten Umstände recht und mit der Wahrheit anzeige / repeti igitur non debet Tortura, quam Tortus semel perpessus est. *Damhauder. prax. crim. c. 38. n. 1.* nisi novis emergentibus indiciis *n. 2.* vel si in tortura confessum delictum postea negaverit, quo casu retorquendus erit, non TERTIA tamen *vice*, nam satis sunt *expiata* indicia prioris confessionis per supplicium secundæ Torturæ *Damhand. d. l. n. 12.*

9. Si autem resultat Confessio alterius criminis ex tortura, atq; confessione sine novis indiciis expressa sive extorta fuerit, illa pro nulla erit habenda, neq; ex ea potest damnari reus *Hippol. de Marsil. in prax. crim. quoniam n. 42.*

10. Neq; semper ultrò maleficium fatenti fides habenda est. Non nunquam enim quis ex tædio vitæ vel metu durioris conditionis in se vel contra se confitetur, ut ULPIANUS exemplo servi ad Dominum suum reverti nolentis illustrat. *d. l. 1. §. ult. ff. de quæst.*

11. Executor torturæ tormenta cum tali prudentia & animi moderatione temperare debet, ne patientis corpori ullam gravem læsionem, aut mutilationem infligat, nam multi cum torquentur deficere solent. *Ulpian. in l. aut damnum 8. §. 3. ff. de pœnis:* Salvus enim debet manere sive servus sive liber homo aut innocentiæ aut supplicio. *l. 7. ff. de quæst.*

12. Torturam *territio verbalis & realis* præcedere solent, ut præludia. *Territio verbalis* fieri solet, quando minis ad veritatem dicendam admonetur reus, ipsiq; carnifex præstituitur, qui exponit sua instrumenta, hierdurch wird verstanden die blosse Vorstellung und Betrohung des Scharff-Richters. Realis est, quando forcipes digitis affiguntur, wann die Daumenstöck angeleget werden/ & manus rei laxius constringuntur, wann man mit Schnüren und Banden den Anfang macht.

13. TORTURA ipsa est, quæ in corporis cruciatu & dolore consistit *stante textu l. 15. §. quæst. 41. ff. de injuriis* hujus Torturæ sunt 3. gradus. (1.) Quando carnifex subtilioribus & duriter contortis funiculis juncturas manus

manus retro usq; ad ossa arctissimè constringit. Wann dem Scharff-Richter verstattet wird/ den Inquisiten, mit den Banden zu schnüren / oder die Spannische Stiffel und Beinschrauben anzulegen. (2.) Quando reum scalæ subjicit & violentâ quâdam expansione s. extensione omnium membrorum articulos dilacerat, wann inquisit auff die Leiter gezogen/ und gespannet oder gefoltert wird/ hic gradus est medius & nomine torturæ simpliciter posito propriè subintelligitur, und wird genannt die zimliche scharffe Frag. (3.) Tertius est summus gradus, & fieri solet candentibus luminibus vel sulphure & igne corpori injecto, quibus Carnifici cutem inquisiti adurere, vel extremas digitorum partes, immissis infra ungues pineis cuneolis & postea accensis mit angezündeten Schwefel-Stöcke adustione lædere conceditur.

CAPUT XLVII.

De Conatu delictorum.

Der affect oder das Vornehmen und Begier de Ubels zu thun/ ob schon der effect und That nicht erfolget / wird in folgenden Begünstigungen gestrafft. Nemlich in falschen Zeugnissen / in falschen oder verfälschten Schrifften / falscher Müntz/ sodomi, einsteigen in ein Hauß zu stehlen / oder Sachen verbergen/ daß mans darnach stehlen könne / Raub auff öffentlicher Strassen/ Feuer in einem Hauß anlegen / Gifft geben in Speiß oder Tranck/ oder auff andere Weiß/ auff einen wollen schiessen / mit einem Rohr oder Balester/ und nicht treffen / Geld geben oder empfangen / um jemand niderzumachen oder zu verwunden/ oder durch Weiber einen schenden lassen / und selbigen zum Ruffian zu machen / Kupley zu treiben. Ein Weib wollen zwingen in eines andern Hauß / oder sie verächtlich in sein Hauß kommen lassen ; In allen diesen Fällen ist die Lebens-Straff nicht allein/ wann das Verbrechen geschehen/ sondern wann mans hat thun wollen/ und wann durch Beweiß und Zeugen bewehrt ist / daß einer dergleichen Ubelthaten zubegehen Vorhabens/ Den oder Dieselbe/ sollen die Richter am Leben straffen.

In

In allen obgemeldten schändlichen Mißhandlungen wird jederzeit der Wille und Vorhaben gestrafft / ob schon der effect nicht erfolget.

CAPUT XLVII.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Voluntas & cogitatio interna licet malitiosa non coercetur de jure Civili.

II. Voluntas verò ad actum externum tendens est punibilis.

III. Sic attentatum Parricidium in actum deductum, licet non plenè consummatum, pœnâ ordinaria plectitur.

IV. Sic pro *calumniatore* tractatur, qui accepit pecuniam ut calumniæ causâ negotium faceret, licet non fecerit.

V. Sic tenetur *L. Juliâ*, Majestatis crimine, qui saltem cogitavit de nece Imperatoris.

VI. Et L. Corneliâ tenetur, qui cum telo hominis necandi causa ambulavit, licet non necavit.

VII. Sic tenetur quis de servo corrupto, cui saltem furtum, licet non commissum, suasit.

VIII. Sic de raptu Virginis sacratæ tenetur capitali pœnâ qui saltem attentavit rapere.

IX. Et

IX. Et tenetur crimine Assassinii licet mors non fuerit secuta.

X. Sic diffidator gladio punitur, licet ad actum non pervenit.

XI. Author noster Italus contra morem & consuetudinem Italiæ omnem conatum delinquendi vult punitum.

XII. CONCILIUM TRIDENTINUM, quod de concupiscentiâ mala perpetrandi loquitur, explicatur.

I.

VOluntas & conatus alicujus delicti de consuetudine generali ordinaria pœna non coërcetur, nisi sequatur effectus, ita Doctores communiter attestantur, *quos allegat Prosp. Farin. part. 1. prax. crim. Quæst. 124. n. 28. & seq.* Quam consuetudinem sequitur Jus Saxonicum *in c. 39.* LEO HENRICHT /ibi: es geschicht an Willen noch an schlechten Worten kein Gewalt/wann keine That darnach folgt. Nam cogitatio, ut, est internus mentis, quasi se ipsam alloquentis actus, ita in his terminis subsistens cogitatio pœnam in foro politico non meretur *l. cogitationis 18. ff. de pœnis.*

2. Si verò voluntas amplius progreditur ad actum externum, qui tendit ad executionem voluntatis, erit conatus punibilis. *Alberic. Gentil. lib. 2. Epist. 12.* in quem Lex quoq; Civilis animadvertit, nam in maleficiis voluntas spectatur non exitus, ut est *text. in l. 14. ff. ad Leg. Cornel. Siccariis.*

3. Sic attentatum parricidii in actum deductum, licet non plene consummatum ordinaria pœna plectitur, est text. *in L. 1. ff. de l. Pompeja de Parricidiis per verba ultima*: ibi. Qui emit venenum, ut Patri daret *quamvis non potuerit dare*, tenetur lege *Pompeja* de *Parricidiis*, Nam qui talia parenti

aut filio saltem præparaverit sive clam, sive palam id ausus fuerit, tenetur §. 6. *Institutis de publicis judiciis L. un. C. de his qui Parentes vel liberos occidunt.*

4. Sic is qui accepit pecuniam, vel aliquid compendii, ut calumniæ causa alicui negotium faceret, sive fecit, sive non fecit, *tenetur L. repetundarum* & tractatur pro calumniatore, *per text. L. 3. §. 1. ff. de calumniatoribus.*

5. Sic tenetur L. Juliâ Majest. qui saltem cogitavit de nece Imperatoris vel ejusdem consiliariorum *l. quisquis 5. C. Ad L. Jul. Majest.* ibi enim eâdem severitate voluntatem sceleris, qua effectum puniri jura volunt.

6. Sic qui cum telo ambulavit hominis necandi causa punitur, eadem pœna *L. Cornel. de Sic. quâ is qui hominum occidit l. is qui cum 7. C. ad L. Cornel. de sicariis.*

7. Sic qui servo alieno suasit furtum, eumq; suasione sua corrumpere saltem tentavit, licet servus nunquam detrior factus, nec furtum commisit, tenetur tamen suasor non aliter ac si furtum subsecutum fuerit *l. 20. C. de furt. & Servo corrupto.*

8. Sic is qui non rapuit, sed attentavit tantum jungendi matrimonii causa sacratissimas Virgines vel ausus fuerit, capitali pœna feritur. *l. si quis 5. C. de Episc. & Cleric.*

9. Sic tenetur crimine Assassinii licet non fuerit secuta mors. *Alois Ricc. Collectan. 326. & 1377. c. 1. X de homicid. in sexto.*

10. Sic diffidator ein Befehder/ qui per literas signum aliudve factum inimico suo persecutionem extremam vitæ, sanguinis & bonorum denunciat, gladio punitur, licet ad actum nondum pervenerit. *Ord. Crim. Car. V. in art.* 128. in verbis ohnangesehen sie (die Befehder) sonst nichts mit der That gehandelt hätten.

11. Verùm miror Ego, qua ratione Author noster natione Italus ad eam opinionem devenerit, ut omnem conatum in delictis pro perpetratione delictorum actuali velit punitum, cum consuetudinem generalem totius Italiæ hodie omnibus legibus conatum punientibus etiam in gravibus delictis quo

quo ad pœnam ordinariam derogatum sit, ut attestantur *Boerius decis.316.* & *Grammat.decis.2.n.8.* & *decis.74.n.9.*

12. Miror quoq; quod in *Concilio Tridentino sess. 5. de peccato originis* non aliter edoctus, quod concupiscentia mala perpetrandi non sit peccatum, ideoq; etiam non puniendum. Verum illud Concilium loquitur tantum de originali concupiscentia & de primis motibus & cogitationibus ad quæ consensus voluntatis firmus non accessit. Aliàs enim & David homicidii possit accusari à Saule, cum confessus esset cogitationes suas de morte inferenda, per verba: COGITABAM OCCIDERE TE, en cordis tentationem, sed cogitationibus posteriobus quæ plerumq; meliores prioribus esse solent, aversus addit: OCULUS MEUS PEPERCIT TIBI. *1. Samuel. 42.v.11.* Si feci istud, cujus Simei me insimulavit de extirpanda sc. familia Saulis, si insidiatus fuero, si iniquitas in manibus fuerit &c. persequatur inimicus animam meam & comprehendat & conculcet in terra vitam meam & gloriam meam in pulverem deducat, *Ps.7.v.4.* & *6.*

CAPUT XLVIII.

De injuriis.

WAnn einer den andern injurijret oder schmähet / kan der injuriat den injurianten dahin anhalten lassen / solches entweder zubeweisen / oder wann ers nicht beweist / die Ehre wider zuerstatten / und eine Straff zubezahlen / nach Erkäntniß der Obrigkeit / und wenn der injuriant saget / er wolle es beweisen mit Zeugen / die ausserhalb des Gerichts Bottmässigkeit sind / und derohalben lange Zeit fordert diesen Beweiß beyzubringen / alsdann soll die Obrigkeit verschaffen / daß er die besagte Straff zu wider Erstattung der Ehre dem injuriaten unter der Versicherung bezahlen soll / daß wañ der injuriant solche injurien wahr machen würde / alsdann ihm sein Geld und interesse wider soll erstattet werden. Wann aber einer erzehlet ein injuri oder Absag / die von einem andern zu der dritten Person gesagt worden / als der saget / daß du ein loser Böß-

nicht seyest/oder daß du eine solche Schand erlitten habest / darüber du der Ehrn entsetzet / oder anderer dergleichen injurien spargirt/ oder aber erzehlet / daß einer den andern verhöhnet / verspottet etc. auff solche Sachen ist die Lebens-Straff/ doch wird ausgenommen/ wenn der/ welcher es erzehlet / solches dem Fiscalischen Advocaten zu wissen thut/ dann damit bleibt er von aller Straff befreyet.

CAP. XLVIII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Aut verbis aut facto quis infamatur.

II. Civili actione injurians *ad certam pecuniæ summam* injuriato tenetur, *quam* judex moderatur & actor juramento confirmat.

III. Actio injuriarum est odiosa, quæ non damni reparationem continet.

IV. Moderatio æstimatæ injuriæ non vergit in contumeliam injuriati taxantis.

V. Honor & existimatio per alterius *contumeliam* non perditur.

VI. Injuriarum illatio sæpius est proba, qua Injuriatus tentatur à Deo.

VII. Propter vulgi opinionem, quà gravatur injuriatus, injuriarum actiones sunt licitæ.

VIII. Actio ad Palinodiam, quâ restitutionem famæ petis, est civilis, non criminalis.

IX. In-

IX. Injuriarum Actiones ob processus longinquitatem abominandæ: brevi igitur spacio terminentur vel amicabili compositione vel litis decisione.

X. Injuriarum actio, quâ petis pœnam Fisco applicandam, non est criminalis.

XI. Actiones ad Palinodiam & æstimationem cumulantur in Camera Imperiali: non verò in Foro Saxonico.

XII. *L.un. C.si quis Imperatori maledix.* explicatur.

XIII. Princeps injuriam sibi illatam remittat ad judicium formatum, nec semetipsum ulciscatur.

XIV. Imprecatio mala rarò punitur.

XV. Veritas convitii à calumnia excusatur, interim prava intentio & libido convitiandi neglectis loci & temporis circumstantiis punienda erit.

I.



QUi aliquem infamavit verbis aut re vel facto, tenetur actione injuriarum *L. item apud 15. §. 25. & 27. ff. de injuriis, EAQUE VEL CIVILI §. 10. Inst. h. t. vel CRIMINALI §. ult. Inst. h. t. l. ult. ff. eod.*

2. CIVILI quando æstimatio injuriarum facta ab injuriato ad certam pecuniæ summam sibi applicandam, quam Judex moderatur in condemnatione, & injuriatus Judicis taxam juramento confirmat. *Auth. præjud. Cam. fol. 154. vers. quamvis.* Non enim sequitur judex æstimationem injuriati. Hinc ex præjudiciis patet quod CAMERA IMPERIALIS rarò dimidi-

am, sæpius tertiam, imò quartam partem æstimatæ litis, nonnunquam 6. vel octavam injuriato adjudicaverit.

3. Moderatur autem ideo quia omnis actio injuriarum est odiosa, si non continet damni reparationem sed vindictam, quàm quis in lucro pecuniario quærit *l. Pratore dixit. 7. §. 1. verf. at in actione injuriar. ff. de injuriis.* At odiosa sunt restringenda *l. cum quidem. 19. ff. de liberis & posthum.*

4. Nec illa moderatio & taxa vergit in contumeliam injuriati, qui suum honorem & famam tanti & non minoris æstimavit. Nam licet honor omnium rerum preciosissimus thesaurus sit *arg. l. 104 ff. de R. I.* & gravior oculorum amissione habeatur *per text. l. 8. C. de decurion.* Quippe vita & fama dicantur paribus ambulare passis *l. 9. pr. ff. de manum vindict.* imò non solùm lucro cuivis, sed etiam vitæ præferatur. *l. 8. §. ff. quod metus causa.*

5. Non tamen revera perditur vel amittitur existimatio s. honor per alterius contumeliam, si nihil egesti quod reprehensionem meretur. Ideoque ea quæ falsò de te dicuntur, negligere poteris, si quidem in te non est causa, propter quam peti potes *veritate convitii*, sed apud Bonos qui te norunt securus eris, quia honor virtutibns acquiritur, iisdemq; conservatur, per consequens detrectantis alicujus vitiis & delictis non maculatur vel minuitur. Nam sicut JCtus fustium, ita nec multò minus convitia infamiam important, sed causa propter quam id pati meruisti *l. ictus 22. ff. de his qui infam. notantur.*

6. Crede mihi proba est injuriarum illatio, sæpius à Deo ob nostra crimina latentia, injurianti permissa. Proba est etiam externa, *QUALIS ENIM QUISQUE IN SE LATET ILLATA CONTUMELIA PROBAT.* Eusserliche Verachtung Schmach und Schand soltu nicht mit Unmuht/Zorn/und Rachgier auffnehmen / sondern gedencken daß es ein Prob des Hertzens / dadurch GOtt offenbahren will / was in dir verborgen ligt. Sic probavit DAVIDIS cor DEUS, per Calumnatorem SIMEI: Hic subditus suo Regi ab Absolamo in fugam verso male-dixit per verba: *EGREDERE, EGREDERE, VIR SANGUINUM & VIR BELIAL. Reddidit tibi Dominus universum sanguinem Domus ejus, quoniam invasisti Regnum ejus, quod jam restituit filio tuo.* Potuisset Rex DAVID per *Abisai* vindicare injurias in continenti, per amputationem capitis. Sed toleravit dicen-

dicendo: DOMINUS PRÆCEPIT EI, ut malediceret mihi *2. Samuel. 16. v. 7. 8.*

7. Attamen quia vulgi opinio aggraverat te, quod injurias illatas non ultus fueris & pro eo æstimat quasi agnovisses, & sic dignum iisdem te judicat, non inconsideratè agis, si injuriantem actione petis, Ideoq; Magistratus est constitutus & judicia ordinata quibus innocentiam docere & si non lucri cupidus es, pete famæ restitutionem vel mulctam fisco aut piis causis applicandam vel si atrox est injuria, pro rerum circumstantiis pœnam corporis afflictivam, non tamen tàm animo vindicandi quàm ex amore Justitiæ.

8. Famæ restitutionem petis si agere velis ad patinodiam h. e. recantationem injuriæ auf einem Wiederrüff & hac actio erit civilis. Non enim est criminalis ut Doctorum est communis sententia, licet FAMOSA posset vocari, *postulata revocatio injuriarum*: ex ratione qua notat recantantem infamiâ ipso jure: sed cum hodie fiat condemnatio de revocando non aliter nisi reservato honore revocantis, ut præjudicia allegat *Auth. præjud. Cameral. fol. 154, vers. quamvis & fol. 155. v. 2. & ita per totam Germaniam in judiciis inferioribus observari solet*, non possum penetrare, qua de causa possit dici criminalis: quæ si esset, nunquam concederetur appellatio, moribus enim Germanorum in criminalibus non appellatur ab uno ad aliud judicium, multo minus ad Cameram Imperialem, jam autem videmus & *praxis quotidiana* edocet, nullam appellationem, neq; ab injuriato, neq; *à Judice* inferiori *à quo*, quisquis etiam ille sit, hactenus potuisse impediri *Ord Cam p. 2. tit. 28. §.* und sonderlich *rc. 3. vers.* doch sollen die Sachen / nisi consuetudo localis & privilegia aliud suaserint.

9. Hinc injuriarum processus ob longinquitatem temporis, dum per omnes instantias currunt merito abominandi, quia partes litigantes, durante lite, iram continuam fovent, vindictæ cupidine indies magis magisq; exacerbantur, & ita sæpissimè irreconciliato corde cum temporali vita etiam æternam beatitudinem perdunt. Quod cordatus Judex qui conscientiam illæsam se rvare vult, omnibus modis præcavere & injuriis disjunctos amicabili compositione conjungere sicq; in gratiam & concordiam reducere debet; Liberabit enim utriusq; animam à Diaboli potestate; Hoc agens *juxta mentem Dambanderi prax. criminal. c. 138. n. 18.* verè nomen Christiani judicis reportabit. Sic Apostolus PAULUS, Fratres in aliqua offensa præ occupatos

cum

cum spiritu mansuetudinis & lenitatis instaurari & in viam reduci jubet. *Gal. 6.v.1.* Verùm si peccatum quis non agnoscit; Sed injuriam cum injuria *cumulat* à PAULO Apostolo ad *Paulum JCtum* mittendus est, ut qui divinis præceptis parere detrectat, is invitus humanis legibus coërceatur. *Rom. 13. v.3.& 4.* Modò processus in longinquum non protrahatur sed brevi spacio terminetur, præciso omni appellationis remedio.

10. Criminalis non dici potest ea quoq; injuriarum actio, *qua petitur pœna fisco applicari*, contra Doct. communem opinionem, quia (1.) intervenire potest procurator (2.) fide jussor de judicatum solvendo, & (3.) appellatio in Camera imperiali recipitur *Auth.præjud.Cam.fol.157.vers.quando in actione.*

11. An actio ad palinodiam s. restitutionem famæ cum actione de damno reparando in uno libello cumulari possint? Inter Doct. dubitatur; de foro Saxonico, una alteram consumit, *testante Carpzov. in prax. Crim. part.2.quæst.95.n,32.* In camera verò Imperiali actiones ad palinodiam & æstimationem cumulantur. *Gail.ab.lib.1 obs.65.n.4. & 5.*

12. Criminalis dicitur actio injuriarum ea sola, qua petitur pœna corporis afflictiva, hæc licet arbitraria, potest tamen vel in relegationem perpetuam, vel cum relegatione in fustigationem imò abscissionem manus mutari. An autem judici fas sit & æquum ob atrocitatem injuriarum mortis pœnam injungere quæritur? SCABINATUS Electoral. *Saxon.* dubitavit. *referente Carpzov.p.2.quæst 94.n.46.* Verùm quod generaliter circumstantiis causæ id exigentibus arbitraria ad mortis pœnam possit extendi *text. est in l.Lex.Julia.7.§.ult.ff.de leg. Jul.repetund. Gloss.in §.in summa 10. verbo extraordinaria. Inst.de injuriis,* & injuriarum actionem criminalem ad mortem extensam fuisse: *ex praxi tradit Ludov. Carer.in prax. criminal.§.circa itaq. n.22.* & quare non esset extendenda? cùm vivamus in seculo nequissimo, quo unus alterum absq; ulla causa infamare non desinit, sed ex Diabolico instinctu, *ut super.c.24.n.5.6.7.& c.32.n.3.4.& seqq.deductum.* sumopere delectatur, si Bonum etiam quem-libet virum à summis honoribus ad infimum dedecus deduxerit. Hinc quæritur *an Lex un. C.si quis Imper. maledixerit* sit in usu? & quomodo intelligenda sint ea, ubi dicitur, *quod maledictio cùm ex levitate, tùm infamia procedens, illa simpliciter hac cum miseratione sit condemnanda, si vero AB INJURIA descendat REMITTENDA*, an vox

REMITTERE ibi significet condonationem vel remissionem ad Principis æstimationem, posterior sententia placet, quia blasphemiæ contra homines factæ impunitæ non relinqui debent, *Nov. 77. c. 1. v. 1.* Concordat cum divino jure, quo Deus prohibet Magistratibus fieri ininjuriam, *Exod. 22. vers. 28.* Diis non detrahas, nec principi populi tui maledicas. *Act. 23. v. 28.* Numnam dicetur Regi? Tu es Belial, aut ad Principes: Vos estis impii, *Hiob. 34. v. 18.* conveniunt ultima verba d. Legis unic. huic explicationi, ibi: HOC AD NOSTRAM (sc. Principis) SCIENTIAM REFERATUR, ut PERPENDAMUS UTRUM PRÆTERMITTI, h. e. condonari *an exquiri debeat*, si prætermittitur detrectāti condonatur delictum: sin minus, ad *exquisitionem* ablegatur. EXQUISITIO autem scrupulosam & accuratam investigationem denotat, quâ non opus esset, si condonationi sit locus, sed in eum finem remittitur, ut EXQUISITA, i. e. capitalis pœna, *l. 31. C. ad L. de adulteriis* subsequatur v. c. si summo Principi, quis crimen non probandum intenderit, beschuldiget die Obrigkeit eines unerweißlichen groben Lasters/ is utique nullo privilegio dignitatis à strictiore inquisitione exemptus esse potest, sed subditur tormentis, si non manifestis indiciis potuerit probare, *l. 3. C. ad L. jul. Maj.* uti nec Eques, qui Capitaneum suum irreverenter injuria afficit, privilegio gaudet, *Damhaud. prax. crim. c. 139. n. 18.*

13. Hic nota, quod summus etiam Princeps semetipsum non possit vindicare sed causam injuriarum ad amovendum scandulum, quod exinde oriri solet, remittere debeat ad judicium formatum ad exquirendum. Ultores enim suarum injuriarum Deo nunquam placuerunt. *c. 8. distinct. 46.*

14. Aliud dixerim si per maledictionem non injurias atroces, sed imprecationem intelligis. Nam quando unus alteri mala ac dira precatur, veluti crucem & furcam, contra imprecantem jura rarò decernunt punitionem. Levia enim & futilia sunt verba, quæ non infamant, *juxta Damhaud. in prax. crimin. c. 138. n. 15.* quamvis à summo Principe, si illam non contemnere velit, pœna non quidem corporis inflictivâ, sed aliâ mitiori plecti posse existimem, nam inimicus tuus habendus est, qui infaustos preces *adversus te* jactavit *l. si inimicitia 9. §. 1. ff. de his quæ ut indign. auferuntur.*

15. Deniq; notandum est, quod noster Author eximat eum à pœna, qui vult injurias alteri illatas probare, *& hactenus Paulus JCtus in l. cum qui 18. pr. ff. de injuriis consentit*, dum eum condemnari non æquum & bonum

Yy judicat,

judicat, qui nocentem infamavit, quia peccata nocentium nota esse & oportet & expedit. Nam Fides veri convitiantem à calumnia defendere poterit *l. 5. C. de injuriis*, quamvis consilium convitii h. e. PRAVA INTENTIO abesse debeat. Hinc qui in rixa crimen objicit aliàs minimè facturus, illum pœna convitii dignum judico, quia habet *animum & libidinem injuriandi*, ideoq; ex merâ libidine convitiandi prorumpit ad ea, quæ decenti loco & tempore Judici s. Magistratui denunciare debuisset, quia autem in hoc utilitatem Reipublicæ neglexit, ideò non erit excusandus, non enim debet quis sine causa existimationem alterius sugillare, infamiam alicujus detegere, quia defectus nostros detegere inhumanū est, *per text. in l. 2. C. quando & quibus quarta pars ex bon. Decur. debetur*. Aliud dicendum esse arbitror, si convitium in judicio sit objectum. *Gail. 2. obs. 99. n. 2. & ult.*

CAPUT XLIX.

De assassinatu.

DEr assasinat oder Meuchelmord ist/ einen Menschen umbringen oder verwunden um Geld oder empfangenen Lohns willen/ oder auch wegen einiges interesse an Gütern/ oder zu solchem Ende Geld geben / oder empfangen: Diß verstehet sich aber auff solche Weiß/ nemlich/ keiner kan klagen / oder einen andern fürnehmen wegen des assassinats, wenn der Verwundete von einer dritten Person offendirt gewest/ es wären dann diese drey requisita vorher ausfündig gemacht. (1.) Daß vorher gangen sey ein grosser Streit und Zanck zwischen dem Klager und Beklagten. (2.) Daß die dritte Person sehr interessirt sey mit dem Beklagten und Kläger. (3.) Daß er sey angefallen worden/ wohl bedächtlich und nicht in Duell oder Gezänck und Hitz. Hierinnen soll ein Richter sehr behutsam gehen/ dann es geschicht grosser Betrug / in dem man offtmals reiche Leute beschuldiget / sie in Ungelegenheit und in Kosten zubringen / dann die Beleidigten pflegen gemeiniglich die Schuld auff reiche Leute zu legen/ sie damit in Händel zu bringen / damit inzwischen die Mäuchelmörder entwischen / und davon kommen mögen: Also muß man nicht alsobald glauben/ wann einer eine Klage vorbringt/ wegen eines assassinats, es sey dann bekant/ daß alle diese 3.

Ur-

Ursachen sich zugleich dabey befinden: Wañ es aber geschicht um der Ehre willen der Frauen in einem erbaren Geschlecht/und die Frau/ welche mißhandelt / das ist / ihrem Mann oder Verwandten eine Tort oder Unrecht gethan/ ist vom Leben gebracht oder irgends wo arrestirt worden/ daß sie sterben soll/alsdann ist es kein assassinat, sondern ein schlechtes einfaches Verbrechen / und hat nicht die Straff des Lebens / sondern nur die Lands-Verweisung und Gefängniß/ nach Befindung der Obrigkeit verdient.

CAPUT XLIX.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Inquiritur in Etymon Vocabuli *Assassinatus*.

II. Assassinium definitur.

III. Certa Assassinii pœna nullo jure scripto statuitur sed variatur pro more Regionis.

IV. De Consuetudine Saxoniæ Assessinator punitur gladio & cadaver ipsius rotæ imponitur.

V. Author noster tria requisita ponit ad probandum Assessinatum.

VI. Excipit casum singularem in vindicando Uxoris delicto: quæ exceptio mihi displicet ex adductis rationibus.

VII. Quæstio: An mandans & mandatarius æquali supplicio sint afficiendi? eruitur.

VIII. *Quæstionem* an mandans Vulnerationem teneatur de cæde mandatarii? jus civile affirmativè decidit, sed contrarium Gilhausen defendit.

I.



SSASSINI (quos Beduinos nominarunt) quoddam erat genus hominum in Oriente in densis montium locis habitantium, qui Domino cuidam parebant, cujus nullum aliud nomen cognoscebatur; quam quod senem seu Magnum montis appellabant. Is per speciem cujusdam Paradysi, quem eorum animis impresserat, tantum ab iis consecutus erat, ut solenni voto sponderent; se in principes omnes sævituros esse, qui ipsorum sectæ adversarentur. Hi non alii quàm Diabolo parebant, ut in celebri expeditione Hierosolymitana, proficiscentes in Orientem contra Mahumetistas, infestarent Proceres Christianos; Sic multi *P*rincipes Germaniæ, Galliæ & Angliæ miserrimè trucidati leguntur; Atq; inde Assassini in Gallica & Italicâ lingua vocantur, qui cædem aliquam aut aliud atrox facinus vel mercede conducti vel spe præmii deditâ opera perpetrant *Philipp. Camerar. in hor. successiv. centur* 1. c. 30. Paulò aliter enarrat originem ASSASSINORUM *Paul. Æmil. lib. 5. de rebus gestis Franc.* dicendo, eos fuisse colluviem quandam gentis obscuræ & perfidæ circa 60. Virorum millia, quæ in regione Essenorum, decem omninò colebant oppida circa *P*hœniciam. Hi recepta Mahumetis persuasione, nihil sanctius aut gloriosius, quo immortalitalitatem consequi possent judicabant, quàm pro suo Domino, quem Arsacidam nominabant, & pro sectâ, quam colebant mortem oppetere adeoq; Sectæ suæ infensos Christianos interimere. In quos eorumq; fautores concilium Lugdunense statuit pœnas acerbissimas excommunicationis sc. & diffidationis *ut legitur in c. 1. X. de homicidio in sexto.*

2. Est igitur ASSASINIUM homicidium ab uno, ad hoc mercede conducto, sed alterius locantis jussu commissum. Mandans vel locans homicidium dicitur Assassinator, qui sc. redemit premio quendam ad perpetrandum homi-

homicidium. Mandatarius s. conductor qui suscipit mandatum & mercedem, dicitur *Assassinus* ein mit Geld erkauffter Mörder.

3. Pœna *Assassinii* neq; jure civili nec ullâ criminali constitutione, certa reperitur constituta, Sed pro more regionis variatur. Aut enim Rei hujus delicti ultra pœnam gladii ignitis forcipibus ustulantur, per caudam equi ad locum supplicii pertrahuntur aut rota tunduntur, aut in frusta scinduntur *Carer. in pract. crim. tract. 3. de homicid. & Assassin. n. 4. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 30. n. 31.*

4. De consuetudine Saxoniæ *Assassinator* gladio punitur & cadaver ipsius rotæ in altum erectæ affigitur, *Carpzov. pr. crim. p. 1. quæst. 19. n. 15.* wird der Cörper nach beschehener Enthauptung auffs Rad gelegt und geflochten. Assassinus verò ut Latro graviori afficitur supplicio, nempe vivus rotâ tunditur. Wird mit dem Rad vom Leben zum Todt gerichtet. DAMHAUDERUS eâdem pariq; pœnâ mulctandos esse *sentit*. In *praxi Criminal. cap. 85. n. 6.*

5. Noster Author tria requisita ponit ad Assassinium probandum, quæ in praxi hodiernâ probè notanda 1. debet verificari, inimicitias capitales inter Assassinatorem & occisum seu vulneratum intercessisse. 2. Contra tertium seu Assassinum respectu Assassinatoris interesse conductæ mercedis, respectu autem occisi vel vulnerati factum læsionis, & (3) probari debet insultus ex insidiis factus, ut fieri solet à siccariis von Mäuchelmördern.

6. Singularem ponit exceptionem in eo, qui vindicat uxoris suæ delictum per alium, quam per Magistratum ad evitandam ignominiam, quæ per publicam animadversionem honestæ familiæ inuritur, ad hoc ut eximatur capitali pœnæ. Dicit enim quod licet interfecta vel detenta sit ad necem ab alio, non teneri tamen interficientem vel detentatorem crimine Assassinii, sed puniri vel relegatione vel incarceratione. Ita capio mentem autoris. Verum displicet mihi sententia authoris, quia à Privato non sunt expedienda, quæ soli magistratui competunt. In omni enim causæ cognitione Prætor, hoc est Magistratus, desideratur *L. 105 ff. de Reg. J.* Singulis enim non est concedendum quod per magistratum publicè fieri debet *l. 176. pr. ff. de R. J.* Hinc qui gladium sumit sibi, gladio peribit, *Matth. 26. v. 52.* eoq; gravius peccat, qui delinquentem in peccatis suis interficit; quam qui innocentem necat.

 Hu-

Hujus enim anima ſimul cum corpore non periclitatur, aſt illius non æque.

7. Hac occaſione incidit quæſtio an mandans & mandatarius æquali ſupplicio ſint puniendi? differentiam jam audivimus in Aſſaſſinatore & Aſſaſſino, ut Mandante & Mandatario: Hunc majori, illum minori pœna de conſuetudine Saxonum affici dictum eſt, aſt in aliis delictis regulariter eadem pœna manet utrumq;. *L. etſi percuſſor 6. C. de SC. Syllanian.* Nam mandati effectu ſecuto delictum Mandantis & mandatarii unum idemq; eſt. *l. Prætor 1. §. dejeciſſe 12. ff. de Vi armat. Decian. in tract. Criminali lib. 9. c. 39. n. 20. in fin. vol. 2.* Ratio quia mandans ex Legis diſpoſitione æquiparatur mandatario, ſcil. quo ad pœnam *l. nihil intereſt 15. ff. de Sicar.* licet, quo ad delictũ mandans plus delinquat, quam mandatarius *text. eſt elegans Joh. c. 91.* ubi CHRISTUS dixit *Pilato*, eum ad mortem condemnanti; qui me tradit tibi, MAGIS PECCATUM habet, adde *cap. cum bono 19. cauſ. 23. quæſt. 5. & c. qui aliorum cauſ. 37. cauſ. 24. quæſt. 3.* Unde & ARISTOTELES *1. Rhet. cap. 7.* dicit, eum qui conſuluit vel mandavit, magis peccaſſe, quàm qui fecerit, quoniam non eſſet factum, niſi conſultum vel mandatum fuiſſet: idem tenet & gloſſ. *in c. gaudemus 8. X. de divort.* Hinc mandantem, quia fuit cauſa principalis, prius puniri ſuadet *Capoll. conſ. 34. n. 48.* & ego olim interfui executioni, quâ mandans & mandatarius fuerunt decapitati, inter quos mandatarius cœpit in gemiſcente voce precari: Lieben Herrn: Ich kan nicht ehe ſterben/ich ſehe dann/ daß dem jenigen / der mich mit Raht und ſeinem Geheiß zu der Ubelthat verleitet vor erſt geköpffet werde / & ita factum.

8. Quid verò ſi mandans vulnerationem mandaverit, cædem prohibuerit, mandatarius verò occiderit? ℞. nihilominus teneri mandantem de cæde, quia mandatarius ſtateram non habuit ut cum menſura vulnera infligerit, proinde mandantem, quia cauſam malorum præbuit, ultimo ſupplicio deſtinat Jus Civile, *l. quoniam 6. C. ad L. Jud. de vi publica & pr.* contrarium tamen latè defendit *Gilhaus in arb. jud. crim. c. 2. tit. 12. n. 12.*

CAP.

CAPUT L.

De Homicidio simplici & moderamine inculpatæ tutelæ.

Mannes um Ehren willen geschicht/das ist/wann einer vom andern unrechtmässiger Weiß ist geschlagen/ verwundet oder injuriret worden: Und der andere diese offension, um seine Ehre wider zuerlangen/von sich abzuthun bedacht/auch zu dem End/seinen Beleidiger verwunden / nidermachen oder schmählich zum Krüppel machen läst/alsdann wann der Principal-Beleidigte gegenwärtig ist/oder der Sohn / oder Bruder des Beleidigten kan man nit prætendirē/dz es ein assassinat seye/sondern ist ein einfaches Verbrechen und nach dem die Beleidigung des einē gegen der andern bilanzirer und auffgewogen wird / mag solches nach Befindung der Obrigkeit auch gestrafft werden.

Der Vatter wird für beleidiget und offendirt gehalten in der Person seines Sohns / und der Sohn in der Person des Vatters/ und ein Vormünder in dem andern / und ein Bruder in dem andern Bruder / und ist nicht zu glauben / von der Obrigkeit oder einiger Person/daß ein Vatter seinen Sohn schicke einen andern niderzumachen/oder zu verwunden/oder ihm gebe Geld oder Hülff/und andere Sachen/eine solche wider Erlangung der Ehr zu Werck zu richten/dieweil ein Verwandter obligirt ist / solches für den andern zu thun/ wegen des gemeinen interesse, und der Ehr des gantzen Geschlechts und deswegen Leib und Gut darauff zu setzen. Ein Vorbedachtes Verbrechen oder Ubelthat / verstehet sich auff zweyerley Weiß/eine ist/wann jemand nach dem er von einem andern beleidiget worden/hingehet und ihn fürsätzlich anfället/ und wann er dieses verrähelich thut/hat er das Leben verwircket.

Die ander Weiß ist / wann einer von einem andern beleidiget wor-

worden/dem Beleidiger absaget/und ein Duell ankündet/ doch daß es redlich zugehe/ Mann für Mann/ ohne Auffsatz und Uberfall von andern/alsdann sollen die Magistraten nach ihrem befinden zusehen/ob ein solches Verbrechen des Lebens straffwürdig seye oder nicht? Wenn es sich begiebt/daß der eine/nemlich der Provocant den Ausgeforderten anfället/ und der Geforderte protestirt und saget/daß der ander vielmehr zur Justitz oder Obrigkeit gehen: ihn nicht fordern oder zu den Waffen und Schlägen treiben solle/ und alsdann geschehe, daß der Geforderte den Ausforderer entleibe/ hat der Geforderte das Leben nicht verwircket/ sondern allein eine Straff der Verweisung oder exilii, Gefängniß/ oder Güter/ nach gut Befindung der Obrigkeit. Hier ist zu mercken/ daß niemand den andern kan nötigen mit ins duell zu kommen/ es seye dann aus Ursach der Ehr solches vorzunehmen/ und wann einer den andern unrechtmässiger Weiß absaget oder Kampff anbietet/soll der andere ihm antworten/daß er wolle dem Hencker schicken mit ihm dem Herausforderer sich zu schlagen/ und auff eine solche ungerechte Absag oder Feindschafft/wie auch den Meuchel-Mord/gehöret die Straffe des Lebens/und die Justitz erkläret/ daß es dem Geforderten kein Præjuditz oder Nachtheil bringe/darum daß er sich mit dem andern nicht geschlagen/als mit einem/den die Justitz für einen Mäuchelmörder/und ehrlosen Mann erkläret hat; Und die Obrigkeiten sollen hernach solchen unrechtmessigen Ausforderer bannisiren/ als einen ehrlosen Mäuchelmörder ausruffen/ und noch dazu vor einen Narren/als dem man von Rechts wegen zu antworten nicht schuldig (Proverb. 26. v. 4.) erklären lassen. Dann ist zu mercken/ daß ein Person von guten qualitäten oder grossen Geschlecht/ wann er ohne Noth zu Waffen greifft/ und sich mit einem andern/ welcher ihm bey weitem an Ehren in Stand nicht gleich ist/ zu schlagen kommt/ er alsdann seinem Geschlecht mit unrecht eine Unehr anhäng/daß er deßwegen von der Obrigkeit/weil er sich einem Geringern gleich gemacht bannisiret werden soll. In diesem Fall wird

aus-

ausgenommen/wann der von grossen qualitäten oder Stand einige Verrähterey oder Schelmstück wider die Person des geringern verübet hätte.

Das Verbrechen im Zanck oder Hitz verstehet sich auff solche Weiß/nemlich/wann ihrer zween ohngefehr miteinander in Streit oder zuschlagen und einander zu verwunden kommen / ohne vorgehende Ursach/oder Anlaß des vorigen Tages oder Zeiten / geschicht dann ein Niderschlag / so hat solcher kein Lebens-Straff auff sich/ wann nur kein Betrug im Schlagen oder Entleiben vorgangen.

CAPUT L.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Cœdes defensionis ergò facta, vulgò **die Nohtwehr**/definitur.

II. Tria moderamina requiruntur ad necessariam defensionem.

III. Primum moderamen consistit in aliquali proportione armorum.

IV. Pugno provocatus percussorem nec pugione:

V. Nec injuriis lacessitus injuriantem occidere licet.

VI. Quia nulla est proportio inter verba & verbera, nec vita & fama quo ad reparationem utriusque paribus ambulant pedibus.

VII. Adortus pugione vel cultello, an sclopetum parvum in aggressorem exonerare possit, quæritur?

VIII. Insultatus non semper cogitur primum adversarii ictum expectare.

IX. Secundum moderamen consistit in repentinâ propulsatione insultantis.

X. Tertium Moderamen consistit in fugâ.

XI. Si autem fuga præcluditur insultato, tunc de conscientiâ & sibi & corpori & simul famæ consulere debet internecione insultantis.

XII. Injuria uni ex Cognatis facta toti cognationi facta censetur.

XIII. Tota autem cognatio ideò non potest concurrere ad cædem injuriantis, nisi simul injuriatus ob insultationem in periculo mortis præsentaneo sit constitutus.

XIV. In rixa sive tumulto concurrentes, inconsultoq; cædem perpetrantes vel omnes, vel unus alterve tenentur ordinariâ pœna.

XV. Sublata est populi Israelitici consuetudo, qua cognati cognatorum cædem propriâ vindicarunt authoritate.

XVI. Materia Duellantium *Supr. c. 42.* fuit discussa.

I.Cæ-

I.



CÆdes Defensionis causâ legitimè facta meretur excusationem. Nam privatorum defensio est NECESSARIA cuiq; quibuscunq; armis, VIOLENTIÆ AC INIURIÆ, à quocunq; illæ imminent, quovis loco incontinenti tamen competens, *cum MODERAMINE* inculpatæ tutelæ proprii corporis tuendi causa facta *PROPULSATIO, arg. l. 3. ff. de I. & I. NECESSARIA* est quia nec ab imperatore neq; à Pontifice summo *Bald. ad l. 3.* neque statuto neque consuetudine tolli potest. *Fulgos. in l. 3. ff. ad L. Aq. n. 3.*

2. Tria moderamina requiruntur *AD NECESSARIAM* defensionem.

3. Moderamen 1. consistit in aliquali proportione armorum, v. g. si fœmina aggressuram faceret in marem, hoc casu leviora arma requiruntur in defendente mare: *Ord. Crim. artic. 144. ibi*: Es ist doch möglich / daß ein grausam Weib einen weichen Mann zu einer Nohtwehr dringen möcht / und sonderlich so sie sorgliche und er schlechtere Wehr hätte. Nam in cognitione necessariæ defensionis, vulnera & arma considerari debent. Sic itaq; conferenda est, OFFENSIO cum offensionis VINDICATIONE, an utraq; æquali proportione satis qualificata fuerit, vel utrum hæc gravior illâ extiterit. Nam si quis leviter offensus, nulla tamen corporis parte læsus, nec in periculo mortis fuerit constitutus, offensorem suum interemerit, ordinariâ gladii pœna tenebitur, nec eum excusabit, præcedens offensio.

4. Sic pugno provocatus vel in maxilla percussus, pro alapa sibi infracta percussorem pugione occidere non licet. Nam dicterium Germanorum auff einen Dolch gehört ein Segen / irrationabile est & repugnat moderamini inculpatæ tutelæ.

5. Ita quoq; multò minus verbis injuriosis provocatus, alterum provocantem occidere licet. Nam contumeliæ & diffamationes coram judice

vindicandæ. Ideò enim juris publici tutela in medio constituta est, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem *l.14. C.de judæis & Cælic.* Hæc lex SACRÆ SCRIPTURÆ convenit, quæ præcepit, ut ab omni violentia abstineamus non ulciscentes nosmet ipsos *Rom.12.v.19.* qui enim se ulciscitur, in illo se ulciscetur Dominus *Ecclesf.c.28.v.1.* solius enim Dei est ultio, *Jerem.51.v.12.* Nam licet vita & fama paribus passibus ambulent, nefas tamen est vitam pro fama venum exponere, cum nemo membrorum suorum sit Dominus *l.liber.homo 13.pr.ff.ad L.Aquilian.*

6. Nec est ulla proportio inter VERBA & VERBERA. Vita enim semel amissa nunquam, sed bene fama & honor, reparari potest per PURGATIONEM: FERENDUS EST *dicit Ulpian. in l.25.ff.de procuratoribus,* QUI PUDOREM SUUM PURGAT; Vel per retorsionem: Quamvis RETORSIO sapiat ultionem ignoscendum tamen erit, si ita voluit se ulcisci provocatus *l.14.§.6.ff. de bon. Libertor.* modò fecerit animo defendendi & purgandi se ab injuria, secùs si vitium provocanti objectum aliud factum concernat. *Gail.l.2. observ.100. n.9.* quo casu utriq; actio injuriarum competit.

7. Quid verò si adortus pugione, cutello vel simili, nihil habeat ad manus, quàm oneratum sclopetum parvum vel pistolam, an impunè possit exonerare in aggressorem? *Affirmat. Francisc. Bursat. cons.120.n.4.*

8. Potissimum si aliàs insultum prævertere, & imminens periculum vitæ propulsare non possit. Nam nemo insultatus cogitur primum adversarii Ictum expectare, quia vim vi repellere licet. *l.1.§.27.ff. de vi & vi armat.* posset enim primus ictus adeò effrenis esse, ut facultatem propulsandi, & sic secundum ictum adimat, quamobrem ubi torvo & truculento vultu, audaciq; animo sclopetum adversarius intendit, gladium evaginat, conatui ejus prævenire licet, esset enim cunctatio, ibi periculosa *Ord. Crim. art. 140. ibi* ist mit seiner Gegenwehr / biß er geschlagen wird zu warten nicht schuldig.

9. Secundum moderamen consistit in eo, quod defensio vitæ & corporis in ipso aggressu & durante rixa CONFESTIM & incontinenti auff frischer That und in wehrendem Tumult. *l.3.§.9.ff.de vi & vi arm.* non ex intervallo vel persecutione fugientis, fieri debeat: quamobrem si Aggressor

in

in fuga constitutus læditur vel occiditur, moderamen excessit insultatus & videtur potius ad vindicandam quam propulsandam injuriam occidisse; tuendi enim duntaxat NON etiam ULCISCENDI causa vim propulsare decet, *l. scientiam 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Ord. Crim. artic. 142. ibi* und ihne allererst in der Nachfolg erschlagen / ideoq; vel sæpius pœnâ ordinariâ gladii punitum fuisse, multa præjudicia in Germania extant, *contra Farinacium quæst. 126. n. 393.* qui contrariam fovet opinionem.

10. Tertium moderamen consistit in FUGA, soll dem Anfallenden aus dem Wege gehen und entrinnen/ qui enim telo lethali aut gladio insultatus aggressorem occidit, cum fuga periculum avertere potest, non impunitus debet manere. *ita Ord. Crim. CAROLINA art. 140. sancit.* so einer einen andern mit tödtlichem Gewehr überläufft/ anficht oder schlägt / und der Benöhtigte kan füglich ohne Gefährlichkeit oder Verletzung seines Leibes/ Lebens/ Ehr und guten Leumuhts nicht entweichen / der mag sein Leib und Leben/ ohne alle Straff/ durch eine rechte Gegenwehr retten.

11. His verbis tunc demum occidere licet, si periculum vitare & effugere nequit. Ergò à contrario sensu si fugâ sibi consulere poterit, nequaquam adversarium occidere debet. Si verò aggressor ita insultatum coangustaverit, ne sine periculo mortis elabi possit, tunc insultatus, si non cum internecione etiam alterius resistit, ille non SIBI nec CORPORI SUO NEC FAMÆ parcit, sed est homicida sui corporis, quia non avertit, quod avertere potest. Nam vulgo tradunt Dd. quod quis necessario se defendere teneatur in tantum, ut is, qui cum se defendere possit, nulla justa subsistente causa se occidi permittit, damnetur ac si se ipsum occidisset, *Paulus de Castro in l. ut vim. 3. ff. de I. & I. n. 9. vers. & imo si cum posset.* & ita est intelligendus textus in verbis ohne Verletzung seines Leibs/ Lebens/ Ehr und guten Gerüchts / quæ verba conjunctim non separatim sunt sumenda. Fuga enim simpliciter non infamat nec lædit honorem, sed fuga cum periculo mortis intercepta, illa notatur.

12. Injuria sive verbalis sive realis facta uni ex cognatis toti cognationi censetur facta *Glos. ad L. Lex Cornelia 5. pr. ff. de injuriis.* Multo magis facta filio injuria patri censebitur facta *& econtra l. 2. C. de injuriis*, quia pa-

ter & filius pro una eademq; persona jure civili reputatur. *L. in suis 11. ff. de Liber. & posthum.*

13. Proinde noster Author statuit, quod tota cognatio possit concurrere ad vindicandam offensionem, & tamen non teneri crimine *ASSASSINATUS*, quod quidem verum judico. Interim tamen possunt cognati, ad cædem concurrentes, teneri ut *HOMICIDÆ*, & ordinariâ gladii pœna plecti; sive enim offensorem ex levi causa in continenti vel ex graviori causa, sive sine sive cum præscitu cognati offensi, conspiratione tamen facta & destinato animo, per intervallum temporis trucidaverint: æque enim sunt rei mortis, & omnes tanquam homicidæ *ordinariâ L. Corn. pœna* afficiendi erunt, juxta *Ord. Imp. Criminal. art. 148. ibi* so etliche Personen mit fürgesetzten und vereinigten Willen und Muht / jemand bößlich zuermorden einander Hülff und Beystand thun, dieselbe Thäter alle haben das Leben verwirckt.

14. Et hoc quidem eò magis, quia etiam inconsultò (h.e. ungeschickt) concurrentes, si in rixa aut digladiatione cædem perpetrarũt, concurrentibus circumstantiis vel omnes vel unus alterve tamen eorum ultimâ debent affici pœnâ, quo casu, quando de certo interfectore non constat, Judex ictum uniuscujusq; secundum instrumenta, quibus usi fuerunt necem inferentes, contemplari debet *l. ult. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* & eum manebit pœna, cujus instrumentum designavit ictum vel punctionem lethalem. Dann dardurch wird erweißlich gemacht / von welches sonderlicher Hand und That der entleibte gestorben / ut verba constitutionis Criminal. d. art. habent. *Si* autem nec de ictu constare possit, tunc vel omnes, *ut Constitutio Criminal. in artic. 148. sancit* vel ad minimum, AUTHOR RIXÆ, qui pugnam incepit, tenebitur pœnâ ordinariâ *per text. l. quoniam 6. C. ad L. jul. de vi publican. Gail l. 2. observat. c. 9. n. 3.* causam enim malorum præbuit. *d. l. 6.* Sic ergo cognatorum PROXIMITAS, quâ offenso sunt juncti, nec arctius vinculum quod consanguineos copulat, *l. Lex. Cornelia 5. pr. & ibid. gloss. ff. de injuriis*, nec MUNUS PIETATIS protectionem nostrorum imperans *L. pietatis 6. pr. verbis initialibus C. de suspect. tutoribus* cædem excusabit, nisi ex necessitate & cum moderamine inculpatæ tutelæ suscepta fuerit.

15. Nec est quod provocemus ad Leges Judiciales Mosaicas, quibus cognatus occisi etiam per intervallum temporis vindex erat sanguinis, ita ut

pro-

propria authoritate occisorem trucidare potuerit, quam violentiam Deus *in populo duræ cervicis* (sicut alia multa) toleravit veriùs, quàm approbavit, *AUGUSTIN. in Numer. quæst. 64.* Ideo enim sex urbes ut *ASYLA* ad subsidium fugitivorum ordinavit. *Num. 35. v. 14.* In his civitatibus causa occisoris judicabatur, & si is comprobaverit quod fortuitò & absq; odio occiderit proximum, liberabatur à manu ultoris per Magistratus sententiam. Detinebatur tamen absolutus quoq;, usq; ad mortem SACERDOTIS MAGNI in Asylo, ad quod confugerat, *v. 24. & 25.* Ergo Asyla expiabant homicidia saltem culposa & casualia, non verò dolosa. Dolosus enim Homicida judicatus non liberabatur à manu ultoris; Sed extra aditus mortem luebat *Augustin. d. l.* voluntarii enim homicidæ non gaudebant privilegiis Asylorum *Exod. 21. v. 14. 15.* Sed ab Altari quoq; avellebantur. *Sic JOAB* Homicida qui noluit egredi tabernaculum in eo ipso trucidatus est. *1. Reg. 2. v. 30. 31.* Hodie autem sunt JUDICIA constituta, quibus vindicari debet proximorum effusus sanguis.

16. De duellantibus eorundemque provocatione, Vulneratione & internecione & quam pœnam mereantur *dixi supra cap. 42. n. 9. 10. & seqq. usq. ad fin.*

CAPUT LI.

De pœna Criminum exasperandâ vel mitigandâ.

EIn Verbrechen und Mißhandlung wird kleiner oder grösser ermessen/nach denen folgenden zehen Puncten.

1. Wann einer den Gottes-Bann zu wider gehandelt/und der ander sich auch protestando verwahrt / der Beleidiger aber nichts desto weniger des Angekündigten Banns ohngeacht/ ihn offendirt oder feindlich angehet.

2. Wann einer den andern ausfordert oder importunirt, und spottet noch darzu seiner mit Ankündigung des Gottes-Banns.

3. Also ist der jenige härter zu straffen/der einen in seinen eigenen Hauß offendirt, oder in Gegenwart ehrlichen Frauenzimmers/

mers/vor offentlichen Gericht / in festinen, und frölichen Zusammenkunfften bey Herren- und Fürsten-Höfen/oder auch bey Christlicher Versamlung in offentlicher Kirchen.

4. Ist mit Straff schärffer anzusehen ein Geringer / so einen Vornehmen unrechtmässig offendiret, als wann ein Knecht seinen Herrn/ein leichtfertiger Kerl/einen ehrlichen Mann beleidiget/wann ein loser Gesell in ein ehrlich Hauß eingienge / oder sich zu friedliebender conversation gesellte/und allda verdacht machte/oder Unkraut ausstreuen wolte / item wann einer wolte einen Haußvatter beleidigen/ dadurch das gantze Hauß zu offendiren / oder einen Mann der viel grosse Geschäffte und Aempter hat / verleumden/damit er in Widerwärtigkeit gesetzet / oder von seinem Dienst bey dem Fürsten und der republique gebracht würde. Item ist ein grosses Verschulden / wann einer einen schwachen alten Mann/ oder Krüppel/oder Weib/oder Kind beleidiget/oder einen offendiret der dir guts gethan.

5. Die Art und Beschaffenheit des Werckzeugs oder Instruments/ wormit man einen beleidiget considerirt:als obs geschehen mit einem Fuchsschwantz/ Hörner ansetzen / Besen und Stecken/ mit Koht bewerffen/ oder mit Backen-Ritzen/ das Gesicht auffschneiden / zu dem End daß der ander offendiret und geschimpfft werde/ von einem Bernhäuter / Hollumpen / oder schlechten beschreyten Menschen/als von einem Sclaven oder Kuchen-Jungen. Item wann einer gehet/und sich über den andern wirfft/oder ihn anstösset / oder sonst offendiret , in dem man falsche Zeitung oder Mähre von ihm ausgiebt/ oder falsche Zeugen anstifftet/ ihme eine falsche Furcht zu machen.

6. Ist auch die Zeit zu considerirn , ob die Offension geschicht zu Zeiten der Negotien oder Geschäffte/und also obhabender wichtiger Sachen / oder aber in Zeiten des Kurtzweilens und Erquickstunden.

7. Wann aus lauter Boßheit ein dritte Person zu der Zeit wann ihrer zween einen Streit oder Widerwärtigkeit hätten / sich

damit

damit anhienge/und mischte sich in ihre Händel / die doch dabey gar in keinerley Weiß interessiret wäre/oder etwas zu suchen hätte/entweder aus Verlangen / Schlägerey / Schaden und ruin zu sehen/ oder Uneinigkeit/Schlägereyen und Aergerniß anzustifften/ damit man einen Bravo oder verwegenen Beschützer agiren/und also Geld erschrapeln möge.

8. Wann einer um Verrähterey oder Untreu willen einen offendirt, und an ihn frevelt unter gegebener Treu und Glauben/ als wann er den andern anstifftet oder anreitzet Böses zu thun / und darnach hingehet/und ihn anklaget / diß ist ein teufflisch Werck und schelmische ehrlose Handlung.

9. Wann einer aus rechtmässigen Ursachen und præsumption glaubet/daß der andere wol thun / und redlich handeln würde / und hielt in solchen concept und Meinung den andern für einen redlichen Mann / zu mal weil der andere sich davor ausgeben und seine Treu hoch contestirt, der andet aber thät ihm unter dem Schein des guten Antrauens/ Böses und Schaden/ und ärgerte ihn / der ist mehr anzusehen/als ein gemeiner Beleidiger.

10. Das Schlimste unter allen/und aller ärgerlichste ist/ einen unbillich beleidigen / darnach aber ihn auslachen und verhöhnen/ oder noch darzu Schuld geben / als wann der Beleidigte unrecht hätte/ Item noch wol sich dessen rühmen/ daß man ihn offendiret, und ein solch Verbrechen soll von der Origkeit gestrafft werden/ als Mäuchelmord.

CAP. LI.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. & II. De Banni privati violatione repetita remittuntur *ad c. 41.*

III. Modos exaſperandi & extenuandi pœnas comprehendo ſeptem Regulis.

IV. Prima Regula 4. genera delictorum & circa eadem 7. circumſtantias conſiderat, & ſic

V. Conditio perſonarum exaſperat vel mitigat pœnam.

VI. Secunda Regula offenſionem injuriantis 4. modis reddit atrociorem utpote PERSONA,

VII. Loco VIII. Re IX. tempore.

X. Tertia Regula ſcandalum prohibet fieri verbis & facto.

XI. Scandalum præbent in dignitate conſtituti Officiales & Magiſtratus ipſe.

XII. Quarta Regula creſcentibus delictis auget pœnam.

XIII. Quinta Regula ſuadentibus delictum, idq; incitando & cooperando promoventibus obicem ponit.

XIV. Sexta Regula graviſſimos comprehendit delinquentes, qui ſub ſpecie amicitiæ peccant.

XV. Septima Regula notat atrociſſimum facinus, quo aliquem iniquè offendimus & offenſum illudimus, deinde redarguimus quaſi injuſtum & flagitioſum.

I. Agit

I.



A Git Autor de Banni privati violatione, cum offendens nõ attento Baño alterum, vehementius affligere tentaverit, dixi latius quæ sentio de banno *ad c. 41.* quòd in mundo hoc perverso, & sic neq; in Germania nec alibi inter privatos sit practicabilis talis bannisatio.

2. Sed ut Author ipsemet ad secundum modum confitetur, fieri posse, ut offendens ipse abutatur denunciatione Banni ad scelus suum stabiliendum, sic Tu quoq; eo facilius deprehendes abusum ex superius deductis, ideoq; nolo, de hac materia plura amittere verba.

3. CÆTEROS MODOS septem COMPREHENDAM *Regulis.*

4. 1. In pœna infligenda quatuor occurrunt genera delictorum, quæ aut FACTIS, aut DICTIS, aut SCRIPTIS, aut CONSILIIS perpetrantur: circa quæ delictorum genera regulam primam ponit CLAUDIUS SATURNINUS, secundum quam Judex VII. circumstantias considerare debet. *1. Causam.* 2. *Personam.* 3. *Locum.* 4. *Tempus.* 5. *Qualitatem.* 6. *Quantitatem,* & 7. *Eventum.* *Ut inl. aut facta 16. pr. cum §. 1. 2. 3. usq; ad 8. ff de pœnis exprimitur.*

5. Ergò pœnæ modus statuendus est secundum conditionem personarum, nam splendiori personæ, pro- ut illa vel junior vel senior, præ aliis sordidioribus mitigatur pœna *l. 2. ff de termino moto* Parcitur autem in delictis *senibus* quo ad pœnæ remissionem, quia bis sunt pueri. Sic & illis qui teneræ sunt ætatis aut delicatæ complexionis *l. auxilium 37. §. 1. vers. in delictis, per verba: nisi quatenus miseratio ætatis ad mediocrem pœnam judicem produxerit ff. de minoribus.* Sic gravius lædit Deum, qui male tractat miserabiles personas, *cœcum, surdum,* & uti diximus, *personam decrepitam ætate,* vel diuturno morbo *fatigatum. VIDUAS, PUPILLOS, orphanos,* quàm qui lædit alios. *Sic* tyronibus parcitur, quando sæpius veterani puniuntur *L. 5. §. 9. ff. de*

ff. de re militari. Sic punitur ignobilis graviùs nobili. Nam pœna ob dignitatem minuitur *c. ult. X. de pœnis.* Sic qui honestiori loco natus est clementiori pœnæ subditur *l. 6. in fin. princ. ff. ad L. Jul. peculatus*, quàm ille qui sordidiori vel humiliori loco est. *l. ult. §. 1. ff. de incend. ruin. nauf.* Et pauper graviùs divite punitur. Nam qui non habet in ære, luat in corpore, *l. si quis 7. §. 3. ff. de jurisd.* Limita tamen casum quo nobilitas vel dignitas delictum auget, *l. 14. ff. de pœnis*, de qua pœna infra n. 11.

6. SECUNDAM REGULAM, quibus modis exasperari possit pœna, complectitur Ulpianus *in l. 7. §. ult. ff. de injuriis.* Nam offensio s. injuria 4. modis atrocior fieri potest, aut PERSONA, aut LOCO, aut RE IPSA aut TEMPORE. PERSONA atrocior fit offensio cum Magistratui à subditis, Parenti à liberis, Patrono à Clientibus, Honesto à vili persona inferatur, dicam saltem de Filio qui patrem verberat, ille sanè morte mori debet. *Exod. 21. v. 15.* alius extraneus ob verbera non item, sed mulctâ sæpius levissima plectitur.

7. LOCO atrocior fit, si in publico conspectu, in Prætoris vel Magistratus præsentia, in theatro, in templo, in concione fiat, levior verò si in solitudine facta. Pœna exasperatur etiam si domus quam quis inhabitat, vi vel invito inhabitante sit introita *l. 5. §. 2. ff. de injuriis* Dann es ist ein grosser Frevel/wird auch einem Haußfriedbruch verglichen / darüber Mord und Todtschlag erfolgen kan/ *vid. c. seq. 52.* einen andern in seinen 4. Pfälen beunruhigen. Sic furtum in domo privatâ mitius quàm in ædibus publicis vel sacris commissum punitur & POENA SACRILEGII pro qualitate personæ, pro rei conditione & temporis & ætatis & sexus vel severius vel clementius statuitur, *l. Sacrilegii pœnam 6. pr. ff. L. Julian. peculatus.*

8. RE atrocior erit, si vulnus illatum, vel os alicui percussum vel etiam ut GOTHOFRED. addit si barba injuriosè vellicata fuerit. Levior si ludicrâ subsannatione vel verbis contumeliosis fiat; differtècontra *POENA verberationis*, *à pulsatione*; illa fit cum dolore, hæc verò sine dolore *l. 5. §. 1. ff. de injuriis*, magis itaq; læditur is qui cæditur, quam ille cujus vestimenta injuriosè tanguntur piliusq; convellitur. *l. 9. pr. ff. h. l.* quamvis ad reales quoq; injurias pertineat *manus sæpius levare*, iisdemq; alterum terrere quasi vapulaturum *l. 15. §. 1. ff. de injuriis*, minus tamen peccat quam qui ipsum cædit.

9. TEM-

9. TEMPORE: sic jura furem nocturnum gravius quam diurnum puniunt, & tempus Emansorem discernit à fugitivo, hunc mitius, illum strictius plectendo, *l.16.§.5.ff.de pœnis.*

10. *TERTIA* Regula est *SCANDALI PROHIBITIVA.* Scandalum enim dare est grave delictum: quia ex offensa & ruina nomen accepit *teste Divo Hieronymo.* Est autem scandalum dare, nihil aliud quàm præbere offendiculum, hoc qui præbet pusillis, quo pejores fiant, meretur pœnam, quam non seculare aliquod judicium criminale sed Christus solus dictavit: qua scilicet scandalizantem quemvis dignum arbitratus, ut mola asinaria suspendatur de collo ejus & in profundum maris demergatur. *Matth.7.v.6.* quæ pœna si ad executionẽ fuisset semel iterumq; deducta, tot seductiones innocentis juventutis non audirentur, sed cum hæc reservata sit ad extremum judicium. VÆ OMNIBUS per quos venerunt scandala. VÆ MUNDO à scandalis *Matth.18.v.7.* Scandalum autem præbitum adultioribus, licet levius sit peccatum, mortale tamen est, & fit vel dictis vel factis. Dictis fit, quibus temere quis scindit famam alterius, vel secundum *Tholosanum in Syntagm. juris univers. lib.38.c.2.n.4.* quibus UNUS ALTERIUS bonæ existimationi obicem ponit, quod objectum offendiculum cogit claudicare famam, quo facto incipiunt homines dubitare de existimatione ejus, in quem objiciuntur dicta probrosa. Si ergò quis affirmaret à viris fide dignis audivisse, vel ex communi fama habere, quod *Tu tale* crimen commiseris nec probaveris illud, dolus & animus injurandi adversus pronunciantem præsumentur *arg. l. si patronum 1. & ibidem Dd. C. de advoc. divers. judicior.* Vel si quis te injuriosis verbis tacitè perstrinxerit, alia persona nominata, modo adsint perspicua indicia, quæ in tuam contumeliam hæc facta esse probent, tenebitur tibi injuriarum *arg. l. 5. §. 9. ff. de injuriis.* Scandalum enim præbuit iste injurians. Vide quæ supra dixi, *ad c.24.n.5. & seqq.*

11. Facto scandalum præbent in dignitate constituti officiales & Magistratus ipse. Nam qui in exemplum aliorum præpositi sunt & sedent in conspicuis locis, majori aliorum & sui pernicie labuntur & peccant, ideoq; etiam exemplari pœna digni judicantur *Gloss. ad L. 2. in verbo cæteris C. de Bon.* petit. *sublatis X. 12.* Graviora enim facit vitia peccantium sublimitas, *cap.4.caus.25.quæst.1.* Nam secundum Horatium:

Omne animi vitium, tanto conspectus in se
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

Vel secundum Claudianum.

Scilicet in vulgus manant exempla regentum,
Ut Ducum lituos, sic mores castra sequuntur.

12. Quarta Regula CRESCENTIBUS DELICTIS auget *pœnam*, *quæ* ob frequentationem delinquentium CRESCERE QUOQUE ET EXASPERARI DEBET *l.16.§.ult. junct. l.28.§.3.ff. de pœnis.* Sic Pœna augetur delicto iterato *L.1.ff. de jur. patron.* Nam quando primo delinquens pœna modica afficitur, debet fieri cum comminatione non defuturæ severitatis, si rursum casum querelæ præbuerit *per text. d. l.1. & l.3.§.9. ff. de re militar.* delictum continuatum gravius punitur *Beroi, cons.195.n.16. & 17. lib.3.* Hinc delictum aliàs non capitaliter puniendum, propter reiterationem fit capitale. *Lucas de Penna per text. apertum in l un. C. de Superexaction. X.20.*

13. Quinta regula, suadentibus delictum idq; incitando & cooperando promoventibus obicem ponit. Sic is qui rixantibus & digladiantibus ex nulla causa accurrit & se auxiliatorem offert, simulans suppetias ferre sub spe lucri will einen Secundanten geben/ & sic promovet rixam & verberationem, utiq; is majori pœna affligendus est quàm partes litigantes. Quia hic ex pura malitia cæteri vel ex calore iracundiæ aliovè prætextu peccant. Hic itaq; ex causæ defectu propter consilium datum, dolum apertum & eventum sperati lucelli turpis, & damni aliis dati gravius puniendus est. *Vide Hippol. in singularibus 217. & 403. per text. l. 1. §. persuadere 3. ff. d. servo corrupto.*

14. SEXTA REGULA gravissimos comprehendit delinquentes, qui sub specie amicitiæ peccant. Qui enim sub simulato candore contestatur fidem & amicitiam, & contraria minatur, utiq; graviùs erit puniendus, ratio est, quia furtim aufert alteri legitima defensionis remedia, quibus de jure naturali Divino & Civili gaudet. *Vid. c. præcedentis 50. n. 1. & n.* Nam nulla pestis est capitalior familiari inimico. *c. si inimicus 1. distinct. 93.* per verba: qui per amicitiam, quæ sunt inimica, gerit, est NEQUIOR HOSTIS quàm qui

qui FORIS EST. Veluti si Ehud quidam ut privatus sub specie amicitiæ Dominum suum licet Tyrannum voluisset occidere, gravissimè fuisset puniendus. Verùm quia ex mandato Dei singulari quod omni labe caret, & excusabile est ad *Eglon Regem Moabitarum*, missus erat, non est quod dicamus ipsum peccasse in exequendo eo, quod in mandatis habuit. Huic Regi Impio & Domino iniquo Israëlitæ 18. annos servierunt, quos Deus liberatos voluit. Ehud Regi obtulit dona quibus ipsum inescavit, prætendens verbum Dei, & cum Ille imperasset silentium egressis omnibus in fiducia amicitiæ, donis antecedentibus confirmatæ, surgens in reverentiam Dei de throno suo, Ehud sicam de dextro femore suo protractam fixit in ventrem ejus tàm validè, ut capulus sequeretur ferrum in vulnere & enecatum reliquit. *Judic.3.v.14.& seq.* Hic Eglon sub specie amicitiæ, tentaverat prius ISRAELEM postea ipsum suppresserat servitute. Ideoq; jure talionis iterum tentatus succubuit, justo tamen Dei judicio, quod verâ pœnitentia Populus Israelis iterum ab idolis ad Deum reversus, humillimè imploraverat. *Sic* Joab Dux Davidis Abnerum in medium portæ seduxit, ut colloqueretur pacificè ei, sed sub fiducia amicitiæ Abnerus percussus est ab illo *1. Reg.3.v.27.* sed luit pœnam suam, dum in tabernaculo, ad quod fugerat trucidatus fuit, sexcenta possent adduci exempla ex prophanis Historicis, sed non est è re tractatum superfluis cummulare additionibus. *Vid.supr.c.18.n.13.ubi diximus eum qui specie amicitiæ alterum vel saltem offensis tentat, Diabolum imitari.*

15. Septima & ultima regula notat atrocissimum facinus, quod pœnâ *L. Cornel.de Siccariis dignum censet Author noster, aliquem sc. iniquè offendere* & offensum illudere, deinde redarguere quasi injustum & flagitiosum. Das ist/mit einem die Passion spielen. Colaphum alicui tectis oculis infringere & quærere deinde de autore verberantis? *Matth.26.v.68.* Sic dum Scribæ & Pharisæi omnibus modis Christum offenderunt, ex insidiis quærentes ipsum interficere, & ipse innocentiam sat abunde remonstraverat ipsum Samaritanum appellitabant & quasi Dæmonium habentem *Joh.8.v.48.* Hoc peccatum arbitror atrocissimum innocentem qui se purgavit ab omni labe, nocentissimo diabolo parem judicare Væ JUDAICÆ GENTI & Væ quoque omnibus, qui ipsius vestigia insequuntur, & membra Christi non absimili modo tractare solent. Ecce mundum / qui repræsentatur perversus in *Judæis, quorum* malitia ad nos quoque Christianos in pluribus est derivata, Illi jam sunt in maledictione, sub jugo perpetuo dispersi per totum mundum,

&

Omne animi vitium, tanto conſpectus in ſe
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

Vel ſecundum Claudianum.

Scilicet in vulgus manant exempla regentum,
Ut Ducum lituos, ſic mores caſtra ſequuntur.

12. Quarta Regula CRESCENTIBUS DELICTIS auget *pœnam*, *quæ* ob frequentationem delinquentium CRESCERE QUOQUE ET EXASPERARI DEBET *l.16.§.ult.junct.l.28.§.3.ff.de pœnis.* Sic Pœna augetur delicto iterato *l.1.ff.de jur.patron.* Nam quando primo delinquens pœna modica afficitur, debet fieri cum comminatione non defuturæ ſeveritatis, ſi rurſum caſum querelæ præbuerit *per text.d.l.1.& l.3.§.9. ff. de re militar.* delictum continuatum gravius punitur *Beroi,conſ.195.n.16.& 17.lib.3.* Hinc delictum aliàs non capitaliter puniendum, propter reiterationem fit capitale. *Lucas de Penna per text. apertum in l un.C.de Superexaction.X.20.*

13. Quinta regula, ſuadentibus delictum idq; incitando & cooperando promoventibus obicem ponit. Sic is qui rixantibus & digladiantibus ex nulla cauſa accurrit & ſe auxiliatorem offert, ſimulans ſuppetias ferre ſub ſpe lucri will einen Secundanten geben/& ſic promovet rixam & verberationem, utiq; is majori pœna affligendus eſt quàm partes litigantes. Quia hic ex pura malitia cæteri vel ex calore iracundiæ aliovè prætextu peccant. Hic itaq; ex cauſæ defectu propter conſilium datum, dolum apertum & eventum ſperati lucelli turpis, & damni aliis dati gravius puniendus eſt. *Vide Hippol.in ſingularibus 217. & 403. per text. l. 1. §. perſuadere 3. ff. d. ſervo corrupto.*

14. SEXTA REGULA graviſſimos comprehendit delinquentes, qui ſub ſpecie amicitiæ peccant. Qui enim ſub ſimulato candore conteſtatur fidem & amicitiam, & contraria minatur, utiq; graviùs erit puniendus, ratio eſt, quia furtim aufert alteri legitima defenſionis remedia, quibus de jure naturali Divino & Civili gaudet. *Vid.c præcedentis 50.n.1.& n.11.* Nam nulla peſtis eſt capitalior familiari inimico. *c. ſi inimicus 1. diſtinct. 93.* per verba: qui per amicitiam, quæ ſunt inimica, gerit, eſt NEQUIOR HOSTIS quàm

qui

qui FORIS EST. Veluti si Ehud quidam ut privatus sub specie amicitiæ Dominum suum licet Tyrannum voluisset occidere, gravissimè fuisset puniendus. Verùm quia ex mandato Dei singulari quod omni labe caret, & excusabile est ad *Eglon Regem Moabitarum*, missus erat, non est quod dicamus ipsum peccasse in exequendo eo, quod in mandatis habuit. Huic Regi Impio & Domino iniquo Israëlitæ 18. annos servierunt, quos Deus liberatos voluit. Ehud Regi obtulit dona quibus ipsum inescavit, prætendens verbum Dei, & cum Ille imperasset silentium egressis omnibus in fiducia amicitiæ, donis antecedentibus confirmatæ, surgens in reverentiam Dei de throno suo, Ehud sicam de dextro femore suo protractam fixit in ventrem ejus tàm validè, ut capulus sequeretur ferrum in vulnere & enecatum reliquit. *Judic.3.v.14.& seq.* Hic Eglon sub specie amicitiæ, tentaverat prius ISRAELEM postea ipsum suppresserat servitute. Ideoq; jure talionis iterum tentatus succubuit, justo tamen Dei judicio, quod verâ pœnitentia Populus Israelis iterum ab idolis ad Deum reversus, humillimè imploraverat. *Sic* Joab Dux Davidis Abnerum in medium portæ seduxit, ut colloqueretur pacificè ei, sed sub fiducia amicitiæ Abnerus percussus est ab illo *1. Reg.3. v.27.* sed luit pœnam suam, dum in tabernaculo, ad quod fugerat trucidatus fuit, sexcenta possent adduci exempla ex prophanis Historicis, sed non est è re tractatum superfluis cummulare additionibus. *Vid.supr.c.18.n.13.ubi diximus eum qui specie amicitia alterum vel saltem offensis tentat, Diabolum imitari.*

15. Septima & ultima regula notat atrocissimum facinus, quod pœnâ *L. Cornel.de Siccariis dignum censet Author noster, aliquem sc. iniquè offendere* & offensum illudere, deinde redarguere quasi injustum & flagitiosum. Das ist/mit einem die Passion spielen. Colaphum alicui tectis oculis infringere & quærere deinde de autore verberantis? *Matth. 26.v.68.* Sic dum Scribæ & Pharisæi omnibus modis Christum offenderunt, ex insidiis quærentes ipsum interficere, & ipse innocentiam sat abunde remonstraverat ipsum Samaritanum appellitabant & quasi Dæmonium habentem *Joh.8.v.48.* Hoc peccatum arbitror atrocissimum innocentem qui se purgavit ab omni labe, nocentissimo diabolo parem judicare Væ JUDAICÆ GENTI & Væ quoque omnibus, qui ipsius vestigia insequuntur, & membra Christi non absimili modo tractare solent. Ecce mundum! qui representatur perversus in *Judæis, quorum* malitia ad nos quoque Christianos in pluribus est derivata; Illi jam sunt in maledictione, sub jugo perpetuo dispersi per totum mundum,

&

& SERVI facti, nos stamus in *libertate* modo non ad scandalum aliorum in flagitiis perpetrandis abuteremur *eadem libertate*, qua quidem omnia nobis nostro arbitrio relictis licent, sed non omnia expediunt. *Corinth. 6. v. 12.* neq; enim ut velamen nequitiæ nostræ prætendere debemus libertatem, si volumus esse & nominari *SERVI DEI. 1. Pet. 2. v. 16.*

CAPUT LII.

De Αυτοδιχία.

Von Fällen/in welchen man einen kan tödten oder verwunden/ohne den Arm der Obrigkeit oder Justitz.

1. WAnn einer in seinen eigenen Hauß von einem andern überfallen.

2. Oder von seinen eigenen Dienern und Haußgesind höchlich und unrechtmässiger Weiß beleidiget wird.

3. Oder wann einer ein Weib nohtzwinget in eines andern Hauß/alsdann kan der Haußherr den Verbrecher umbringen/ohne den Arm oder Hülff der Justitz und Obrigkeit. Also auch

4. Wann einer einem Ehebrecher in seinem Hauß findet / kan er sein Weib und den Ehebrecher umbringen/und also auch ein Vatter und ein Bruder derselben Frauen / können besagte Ehebrecher erwürgen/samt dem Weib. Desgleichen wann einer den andern in seinem Hauß antrifft / mit einem Weib in fleischlicher Vermischung.

5. Item/wann einer einen Dieb antrifft/der in sein Hauß gestiegen und gestolen/mag er denselben entleiben.

6. Oder da einer muhtwillig und freventlicher oder verrähtlicher Weiß/von ihr vielen überfallen wird / so kan er den/ der ihn angefallen/gleicher Gestalt umbringen. Hic sextus casus denotat cædem legitimam, de qua supr. c. 50. actum.

7. Wann

7. Wann einer eine Sach / oder Güter / oder was anders von dem andern mit Gewalt haben will / und der ander protestirt und sagt / daß er mit ihm nicht reden oder handeln wolle / er solle zur justitz gehen / so er etwas zu fordern / ob es schon eine gar geringe Sache wäre / und der / welcher es haben will / das jenige / was er begehret / wills mit Gewalt nehmen / und sie darüber zustreichen kommen / und der / dem es also eigenmächtig abgefordert / und mit Gewalt genommen werden wolte / den andern erschlagen oder verwunden würde / hat der Thäter / so den invasorem umgebracht oder verwundet / das Leben nicht verwircket / doch wird ausgenommen / wann dieselbe Sachen vorhin geraubet / gestolen / oder mit Gewalt genommen wären.

8. Ein Diener von der justitz kan einen Menschen umbbringen / wann er aus Befehl der Obrigkeit hingehet / ihn gefangen zu nehmen / und der ander mit Waffen oder gewehrter Hand sich widersetzet. Und der / welcher der justitz mit Waffen widerstehet / hat das Leben verwircket / auff den jenigen aber so entfliehet / ist nur eine willkührliche Straff von der Obrigkeit gesetzt / wer aber mit Gewalt einen Verhafften aus der Hand der Justitz nimmt / soll mit dem oder denen so ihm dazu behülfflich erscheinen / und das Gefängniß erbrechen / am Leben gestrafft werden.

CAPUT LII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Violentus introitus in domum alterius meretur ἀνευθυνίαν, si cum moderamine inculpatæ tutelæ procedit.

II. Non æquè servorum offensio Domino dat licentiam eosdem necandi.

III. Violentum stuprum vel adulterium nemo extraneus vindicare potest mortis illatione.

IV. Bene Adulterium tamen Maritus & Pater vindicat.

V. Furem nocturnum capere, sed non occidere licet, nisi se telo vel armis defendentem.

VI. Aggressorem vel latronem tibi insidiantem, impune licet interficere.

VII. In persecutione bonorum, Fugitivum bona secum auferentem, non semper licet occidere, & quæ sit ratio exprimitur.

VIII. Ministri Justitiæ, qui habent mandatum captivandi, habent & mandatum interficiendi reluctantem, si ab ipso Evadente graviora mala sint metuenda.

IX. Captivum carcere effracto Exiiens, arbitrariâ imò capitali pœnâ est puniendus.

X. Tres recensentur casus, quibus sine judice se vindicare licet jure *Codic. Just. Lib. 3. tit. 27.*

XI. An & quando licita sit recuperatio *possessionis* Bonorum immobilium *interversa*? & quo casu sequestratio Bonorum decerni possit? discutitur.

XII. Quæstio: *An judicis copiâ deficiente liceat propriâ Authoritate jus suum persequi*, est admodum scrupulosa

pulosa & in nuperrimo Germanorum Bello civili multos creavit excessus.

I.


Uthor noster OCTO RECENSET CASUS, quibus αὐτοδικίας licitam esse dictitat. Inter quos primo loco ponit *violentum in Domum alterius INTROITUM*, qui introitus causam injuriarum actionis præbet, *ut audivimus c. praced.51.n.6.per text.l.5.pr.ibi. cum domus ejus vi introita sit ff.de injuriis.* Quæritur an impune impedire quis possit talem introitum, etiam cum læsione vel internecione irruentis? Videtur quod sic. Quia graviter delinquit & facit vim: *vim publicam*, si armis utitur; si verò inermis fuerit, *vim privatam*, bricht den Haußfrieden / ideo vim vi repellere licet *L.1.§.27.ff.de vi & vi armata.* Attamen hoc non simpliciter, sed cum tutelæ moderamine intellexerim, nam illa repulsio violenta necem irruentis evitare debet, si non simul periculum mortis repellenti incumbat, aliàs pœnam extraordinariam incurret occidens. Qui autem alienas ædes effregit vel expugnavit, siquidem in turba cum telo expugnatio facta fuerit, si salvus extiterit, capite punitur *L.hi qui 11.pr.ff. de vi publ.* Quodvis enim crimen gravius & atrocius redditur ob securitatem ædium violatam: cum DOMUS CUIQUE sua TUTISSIMUM SIT REFUGIUM AC RECEPTACULUM, *L.18 ff.de in jus vocando.*

2. An autem Dominus in domesticos servos, ipsum irruentes s. offendentes, ad illorum internecionem usque procedere possit, quæritur? Et Atrocius crimen judico, quàm quod privatâ vindictâ sit puniendum. Nam olim servi periculo capitis sui, Dominis tàm à Domesticis quam ab extraneis custodiam præstare cogebantur. *L.1. pr. ff. de SC. Silan. & Claudian.* & toties puniendi erant pœnâ capitali auxilium Domino non ferentes, quoties potuerunt ei adversus vim opem ferre & non tulerunt. *§.18.d.l.1.* Nam debebant saluti Dominorum postponere suam *§.28.d. l.1.* Si jàm Dominus punire servos aliosvè domesticos in ipsum sævientes, eorundemq; læsionem vindicare mallet morte, leges offenderet & semetipsum, cujus Autoritas non privato

eoq; mitiori, sed publico, eoq; graviori supplicio esset vindicanda: excipio tamen casum, quo Dominus in summo vitæ periculo constitutus necessariam subire coactus esset defensionem, quam tamen non secus, quam cum moderamine incu.patæ tutelæ suscipere tenebitur. Clandestinæ enim ac domesticæ vindictæ facillimè quævis fraus, pro negotii oportunitate, prætendi posset. *arg.l.data.27 C de donation.* Nam non aliter, quàm si de levi castigatione agatur, statuere potest Dominus in servos *l.un.C.de emendatione servorum*, ut diximus supra *c.23.n.15.& c.31.n.10.*

3. Qui stuprum vel adulterium violentum committit **einer so ein Weibsperson nohtzüchtiget**/ille latronis pœnam incurrit, **wird einem Räuber gleich mit dem Schwerd vom Leben zum Todt gerichtet.** *Ord. Imper. Crim.art. 119.* An autem quis, ad liberationem stuprandæ vel adulterandæ fœminæ extraneæ concurrens, violentum invasorem impunè occidere & sic αὐθέντης esse possit quæritur? ℞. Non congruit cum nostris criminalibus constitutionibus, nec jure divino. Et licet PINEHAS filius Eleazaris surrexerit de multitudinis medio & arrepto pugione s. lanceâ perfoderit fornicantes virum Zambri cum scorto in locis genitalibus. *Num.25.v.8.* Non tamen alteri hoc heroicum imitari licet exemplum. Nam non ex zelo carnali sed divino adeoq; à Spiritu sancto impulsus, exemplum justæ severitatis statuit in trucidando *Zambri* ejusq; scorto, ad avertendam iram Dei, quam accenserant ad delendos filios Israël, testante ipso Deo, *d. c. 25. v. 11.* Olim veteri jure Saxonico ædes, in quibus mulieres & virgines oppressæ erant, succidebantur & omnia animantia quæ stupro violento affuerunt, morte puniebantur, *Carpzov.crim.const.part.75.n.7.*

4. Marito quidem conceditur adulterum uxoris suæ impunè occidere, modò ille sit plebeus non nobilis *l. Marito.24.ff. ad.L. jul. de adulteriis.* Sic patri permissum erat, vel domi suæ, vel in ædibus Generi adulterum cum filia, non verò alibi deprehensum, ipso in actu coitus adulterini in continenti uno ictu, & uno impetu occidere *L.23.§.2.3.& 4.ff.d.t.*

5. Furem nocturnum capere quidem *l.16.§. 1.ff.de furtis*, non tamen occidere tibi impunè licet; nisi parcere ei sine periculo non potuisti, *l. furem 9.ff.ad L.Corn. de siccar.* utpote quia se telo vel armis defendit *d. L. 4. in fin. cum L.seq.5.ff. ad L. Aquil.* quo casu cædem tamen cum clamore testificari debes, *l.itaq; 4.in fin.ff.ad L. Aquilian.* Consentit Sacra Scriptura in fure

Do-

Domum tuam effringente vel suffodiente & te absolvit à sanguinis reatu, si ipsum ad mortem usq; vulnerasti. *Exod.22.v.2.* melius tamen feceris si furem expuleris absq; internecione, nisi extrema vitæ defendendi necessitas tibi offeratur.

6. Sic si Aggressorem vel latronem insidiantem mihi occidero, securus ero: Nam adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere *l.4. pr.ff.ad L. Aquil.*

7. Quod septimo loco supponit Author de extrajudiciali postulatione, quam subsecuta fuerit cædes contra extorquentem rem quasi debitam, sed ab occisore negatam, videtur habere rationem, nam supra *c.19. n.6.* per aperta *jura l.extat.19.ff.quod metus causa*, *& l.6. C. unde vi.* demonstratum fuit, quod non liceat propria authoritate sine judice rem temerè possidere, multo minùs auferre è manibus possidentis. Attamen cum grano salis accipiendum est, ut quidem repugnet, sed non aliter nisi cum inculpatæ tutelæ moderamine *l.C.unde vi.* *Qui textus præscribit modum defensionis rerum*, non tamen præcipit occidere extorquentem, sunt enim remedia rei persecutoria in jure constituta, quibus rem ablatā recuperare valet, nec opus habet occidere personam, vim inferentem, nulla enim inter bona & vitam proportio est. *Hiob c.2.v.4.* *PELLEM PRO PELLE ET CUNCTA QUÆ HABET, HOMO DABIT PRO ANIMA* ad conservandam vitam. Perinepti igitur sunt, qui dicterium illud vulgare, quod bona dicantur alter hominis sanguis *L.14.C.d. Advocat.diver. judic.* reponant. Nam ut dixi, bona recuperare possumus, non vitam semel amissam. Aliud dicendum erit, si ex invasore bonorum, fiat aggressor corporis. Licet tamen eum, qui cum bonis nostris raptim discessit, insequi & res ablatas extorquere, quæ tamen persecutio fieri debet confestim non ex intervallo. *L. 3.§.9.ff.d.vi & vi armata*, sed quia cuiq; permittitur jus asserendi & recuperandi res suas ablatas, *L.qui possessionem 17.ff.d.t.* in continenti dicitur quoq; defensio fieri, licet inter dejectionem & recuperationem intercedat aliquod interstitium, dummodo non diverterit ad actus extraneos *Cyn.ad L.1.C.unde vi.* Hic notandum erit, quod res furtiva, licet ad alium Tertium pervenerit, sit restituenda Domino absq; refusione pretij. *L.2.C.de furtis*, quæ Lex apud Germanos quoq; abolita est, semper enim aliquid, si non totum, pars tamen pretij exigitur.

8. Apparitores, Lictores, & omnes alii ministri justitiæ, qui habent mandatum captivandi Maleficum, habent & tacitum mandatum interficiendi eum, qui armis reluctatur. Nam ibi est defensio prohibita, ubi offensio est licita *per l.2. C quando unicuiq; liceat sine judic. se vindic.* sed quia in dubio captivandus creditur, armis resistere, non ut Lictoribus noceat, sed ut se eripiat, facile arma depositurus si evadere possit, pro aggressore haberi nequit, ideoq; opus erit, ut sit crimen atrox & capitale, de quo capiendus sufficientibus indiciis gravatus fuerit: solus enim contemptus magistratus, non erit adæquatum delictum ad occasionem, nisi essent ab Evadente graviora mala metuenda, extra has circumstantias si occidant officiales extraordinaria pœna, erunt coërcendi. Verùm si officiales Magistratus alicujus bona nostra sine ordine & mandato, rapere aut famam dilacerare ausi sunt, illis propria autoritate bene resistere licet *l. prohibitum 5. C. de jure fisci.*

9. Qui verò captivum carcere eximit, pœna arbitraria ut plurimum, si non pecuniaria, relegatione, vel etiam fustigatione punitur. Effractores autem carceris, si captivos violenter abducunt puniuntur pœnâ mortis, & quidem eadem, quâ puniendi erant incarcerati *arg. l. si per alium 5. §.1. per verba ibi tenetur vi eximens quanti res est de quâ controversia est, ff. ne quis eum qui in jus vocab. vi eximat. MATTH. COL. part.1. decis.166. n.3.*

10. In nostro jure civili & quidem Codice Justin. *Lib.3 t.27.* recensentur 3. casus, in quibus *liceat unicuiq; sine judice se ipsum vel publicam devotionem vindicare.* (1.) Licet occidere populatorem agrorum nocturnum, qui sternit vel fastat segetes. Quæritur an tempore belli sit licitum sternere hostium sata? Affir: sic Samson judex in Israël depopulavit agros Philistarum propter denegatam sibi Sponsam. Ille acceperat 300. Vulpes, earumq; caudas caudis junxerat, & succendit in medio ligatas faces; vulpes in segetes Philistæorum missi, omnes fruges concremarunt, quæ flamma faciû porrecta quoq; in vineas & oliveta, eaq; consumpsit, *Jud.15 v.2.3.4.5. vid. infr. c.60. n.5.* (2.) Licet occidere Latronē, qui itinera frequentata insidiis aggressionis obsedit: & quidē meritò. Æquum enim est ut mortē excipiat, qui minatur mortem, quod & *text. in l. ut allegas, 4. C. ad L. Cor. de sic confirmat.* (3.) Desertorem, qui defecit ad hostes (quibus populus Romanus bellum indixit) *l. hostes 24. de captivo & post. l. in revers.* licet propria authoritate cape-

capere & si resistit impunè occidere *l. 2. C. quando licet unicuiq; sine jud. se vindic.*

11. An possessionem bonorum immobilium, utpote fundi vi oblatam, vi recuperare liceat? si in continenti vel in ipso congressu fiat, licitum censet Jus civile *per text. d. l. 3. §. 9. junct. l. 17. ff. de vi & vi armat.* Sed sæpius multa incommoda suboriri solent, quæ quidem in momentaneo processu celerrimè amoveri deberent, ast quantam sæpissimè moram trahant momentanea judicia, dictum est *supra c. 19. n. 8. 9. 10. & 11.* Non enim acquiescere solent partes imprimis Status imperii Immediati in vindicanda violentia. Sed melius & tutius facerent, si metum futuræ violentiæ, ad eandem compescendam & scandulum publicum amovendum, in summo aliquo judicio denunciarent, sive sequestrationem peterent sive non, judex teneretur, entweder auff Anruffung der Partheyen oder für sich selbst / ex officio possessionem sequestrare. *Ord. Cam. Imp. part. 2. tit. 21. & ult.* Debet tamen metus armorum & periculum imminens sive procinctus armorum demonstrari documentis, utpote literis missivalibus vel instrumentis. *Uti conclusum Collegii Cameral. anno 1576. dictitat.*

12. Sic quando judicis copia deficit, rationi non est inconveniens reverti ad primæva jura naturæ vel gentium, quibus licitum fuit autoritate propria jus suum persequi. Argumentum sumunt *Dd. ex l. 54. C. de Decurionibus,* quo Præsidis copia deficiente, manus injectionem concessam autumant. Præterito belli tempore Proceres Imperii usi fuerunt hoc fundamento & fortior debiliorem debellavit, quia inter bella leges silebant. Deinde Amnestia secuta αὐτοδικίαν præcedentem ex postliminio approbavit. Addunt rationem quod eo casu, quo Magistratus copia non fuit, restitutio actionis præscriptæ facienda sit, *l. 26. §. 4. ff. ex quibus causis in integ.* Magistratus autem inopiam sumunt pro facto non exercentis jurisdictionem, licet in loco sit, sed non dicit jus, nam idem est in loco quidem esse & officio suo non defungi *per text. l. 26. §. 4.* Verum de jure feudali incongruum hoc est: quia licet pares curiæ, Judices in causa feudali absint, expectandi tamen sunt, nec tempore absentiæ propria quis authoritate sibi jus dicere debet *text. est in c. 1. pr. & glos. ibi in verbo* expectandi *2. F. 23. de consuet. rect. feud.*

CAP.

CAPUT LIII.

De Testibus, eorundemque probâ.

Die aller wichtigste Sache in den Gerichten/ ist die Zeugschafft oder depositio testium, wobey der Richter mit Fleiß auffmercken / und daß er die Zeugen ja wol erkennen möge genau Achtung geben soll/ ob sie wahr oder falsch seyn / denn die Gesetze der gemeinen Recht bringen so viel limitationes, exceptiones, conditiones, daß man nichts sichers und gewisses drauß schliessen kan. Derowegen/ die Prob der Zeugen in nachfolgenden Puncten beruhen soll.

1. Soll der Richter fleissig nachforschen/ ob auch die Zeugen sampt oder sonders zu einem solchen Verbrechen oder Handlung inducirt oder auffgebracht worden/ damit sie hernach einer Parthey zum besten Zeugniß geben sollen.

2. Ob es Leute sind die gegen einer oder ander Parthey eine Feindschafft haben.

3. Ob sie bey einem solchen Verbrechen interessiret sind/ Nutzen oder Schaden zugewarten haben.

4. Ob es beschreyte oder übel berüchtigte Personen sind / oder auch der der Falschheit jemals bezüchtiget worden.

5. Ob es Personen sind/ die einem oder andern Theil auff einige Weiß unterworffen oder verpflichtet/ als das Weib dem Mann/ oder der Knecht dem Herrn.

6. Ob sie albere oder tollsinnige Leute sind.

In solchen Fällen seyn die Zeugen unkräfftig/ und beweisen nichts wider den Delinquenten, wo aber oberzehlte 6. Umstände bey den Zeugen nicht seyn/ alsdann wird ihre Aussag für wahr gehalten: So viel aber die prærogativ oder Würdigkeit der Zeugen betrifft/ ist die qualität oder Stand einer Person/ als eines Fürsten

oder

oder vornehmen Obrigkeit/ eines in hohen Ehren-Stand sitzenden Manns/ genug für 2. Zeugen / mehr oder weniger nach Erkäntniß der Obrigkeit. Was aber die variation der Zeugen betrifft/ muß der Richter die Widerwärtige Zeugniß erwegen / und des einen Zeugen Aussag/ gegen des andern halten/ und dem grösten Theil Glauben zustellen.

CAPUT LIII.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Author noster increpat ICtos, materiam de testibus non uniformiter tractantes.

II. Ponit 6. Regulas. In prima prohibet Testium subornationem.

III. In secundâ repellit inimicos à testimonio.

IV. Respuit testimonium in re propria vel communi.

V. Infames à testimonio abigit.

VI. Domesticum testimonium reprobat.

VII. Furiosos removet ab Examine.

VIII. Persona ILLUSTRIS, licet reliquis Testibus dignior, non tamen duorum Testium vicem sustinet, contra Authorem nostrum.

IX. Variatio testium quomodo sit conciliandа.

I.



NCrepat noster Author JCTOS qui *materiam de testibus*, per regulas quidam tractarunt, sed easdem tot infinitis & exceptionibus, conditionibus & limitationibus obscuraverint, ut Judici exinde nihil certi patere possit. Confiteor equidem, quod mihi soli 24. Autores noti, qui ex professo de testibus ediderunt tractatus amplos, utpote *Angelus*, *Aufrerius*, *Anthonius de Butrione*. *Baldus*, *Barbatius*, *Bartholus*, *Ægidius Bossius*; *Jacob Butrigarius*, *Johann Campegius*. *Johann Crotius Curtius*, *Dambanderus*. *Prosp. Farinaceus*. *Lanfrancus de Oriano*, *Rob. Maranta*, *Albericus de Ma'etis*, *Monticellus*, *Nellus à S. Geminiano*. *Nepos à Monte Albano*. *Johann Maria Monticellus*, *Petrus Rebuffus*. *Justus Reubertus Frider. Schenck. Socinus*. *Tyndarus*. Hos recenseo inter antiquiores. De recentioribus taceo, quorum numerus non minor, taceo tot millia consiliorum & decisionum, in quibus hanc materiam Dd. sat prolixè, non unanimiter concordantes sed diversimodè dissentientes tractant.

2. Quam noster Autor 6. Regulis comprehendit. *Prima Regula* prohibet subornationem. Testis enim non debet esse SUBORNATUS: nam subornatio est exceptio legitima ad repellendum testem; quia per subornationem falsificatur depositio futura & præbet suspicionem calumniæ *l. ahj propter 9. ff. de accusat.* Advocatus instruens clientem vel testes ad falsum deponendũ tenetur parti ad interesse, & ut falsarius puniendus est, *secundum Monticellum in tracta'.'est. tit. impugn. test quia corrupt.* Sic Testis non debet esse inductus PRECIBUS vel PRECIO, quia & Preces inferunt metum, quando agitur de Personis, in quas cadit aliqua de jure reverentia. Precium verò corrumpit testes *l. 3. §. 5. ff. de testibus*, proinde testis si conscientiam salvam retinere mavult, nec lucro nec gratiæ locum dare debet. *l. 3. pt. ff. d. t.*

3. *Secunda* Regula repellit inimicos à testimonio ferendo: nam Testis non debet esse inimicus. Inimicitia enim si ortum habet ex causa probabili, depositionem contra inquisitum factam reddit suspectam, quia ab inimico

mico omne malum expectatur c. repellantur 7. X. de accusat. imò nec creditur inimico etiam cum tortura *l. 1. §. 24. ff. de quæst.*

4. Regula tertia respuit testimonium in re propria vel communi. Testis enim in re propria *l. 10. ff. & C. de testibus.* non auditur. Propria autem causa est etiam illa, cujus emolumentum vel damnum aliquod ad testem suo nomine pertinet *l. 1. §. 11. ff.* quando appellandum sit. Sic in causa universitatis testes ex universitate non admittuntur, ex qua singuli privatim possunt reportare emolumentum. *Farinac. in tractat. de interesse testium, quæst. 6, n. 491. & seq.*

5. Quarta Regula infames prohibet, nam infamis repellitur à testimonio & quidem non tantum is qui jam damnatus *l. 15. ff. de test.* sed etiam qui publico judicio reus est futurus *l. 20. ff. d. t.* proinde diligenter testium fides examinanda est, an honestæ & inculpatæ vitæ, an verò notatus quis vel reprehensibilis existat *Callistratus in l. 3. pr. ff. de test.*

6. Quinta Regula domesticum testimonium annihilat; Testes enim non debent esse domestici, hoc est, qui ex eadem domo sunt *l. 17. & 24. ff. de test.* vel familiares domus *l. 20. C. de his qui accusari non possunt.* Vel quibus imperari potest, ut testes fiant *l. 6. ff. de testibus.* Domestici autem sunt vir & uxor, parentes & liberi, fratres & propinqui: Dominus & servus, imò etiam mercenarii apud nos degentes *l. 11. §. 1. ff. de pœnis.*

7. Sexta Regula furiosos removet, nec enim furiosus & mente captus ad Testimonium adhibetur, nisi tempore intermissi furoris, de iis quæ sanæ mentis existens cognovit, *l. 20. §. 4. ff. qui testam facere possunt.*

8. Persona ILLUSTRIS secundum Autorem nostrum vicem duorum testium sustinet, quam opinionem facile concederem, nisi jura reclamarent. Nam licet, conditio cujusq; personæ exploranda sit, cujus dignitatis & æstimationis sit; Quia Decurioni magis quàm plebejo creditur *l. 3. pr. §. 1. ff. de testibus.* Nec tamen inde sequitur, quando fides plenior habenda erit ei, qui in dignitate constitutus est, quàm ei qui extra eum in obscuro natus est loco, quod ille numerum dualem complere possit, est autem exceptione omni major & plenissimam facit probationem, alio concurrente Teste. Apertissimi enim est juris, quod regulariter unicus testis non faciat probationem, *c. ve-*

veniens 10. Extra de testibus quia Vox unius, Vox nullius esse censetur *c. licet.23.X.eod.* licet Præsidiali refulgeat dignitate. *c. licet ex quâdam 47. X. eod.* vel sit etiam CARDINALIS *Felin. in c.quod super his 7. col.1.X. de fide Instrum.* nec enim Pontifex Maximus, nec Imperator potest facere, ut stetur dicto unius, in præjudicium alterius, *c. indicas Hermannum 14. c.3. quæst. 9. Roman. in singular. 715.* neque enim tollere possunt Jus DIVINUM, quod requirit duos vel tres testes *Deuter. 17. v.6.* in ore enim duorum vel trium consistit omne verum *Matth.18.v.16. Iohan.8. v.17. 2.Corinth.13.v.1.* quia Jus divinum toties repetitum, in nullius neq; Ecclesiasticæ nec Politicæ Potestatis arbitrio constitutum est, *arg.l.nam.Magistratus 4. ff. de Arbitriis.*

9. Variatio testium est concilianda per æquam interpretationem dictorum contrariorum *Tynd.tr.de test. part.3.c.ult.n. 2.* & per intellectus sub auditos. *Farinac. tract.de test. quæst.55.n.52.* Si autem varietas non est conciliabilis, testes varii & sibi contra-dicentes sunt puniendi arbitrariâ Judicis pœnâ *Tynd ibidem c.3.n 1.& c.4.n.1.* quæ olim jure Mosaico ex lege talionis erat eadem pœna, in quam Testis falsus reum præcipitare cogitabat, *Deut.c.19.v.19.* Si testes sunt concordes in Principali dicto facile possunt reduci ad concordiam in accessorio. Nam dicta testium sunt limitanda & potius salvanda quam calumnianda *Butrigar. tract.de test. tit. à contrar. test. n.5.* Tandem scias, omnem probationem *retentis tamen duobus ad minimum testibus,* consistere in arbitrio judicis. *Mandellus in cons. 93. n.4. & con. 95.n.3.* qui plura desiderat consulet prædictos Authores.

CAPUT LIV.

De delictis contra sextum Præceptum.

Es sollen sich Mann oder Weib nicht fälschlich verheyrahten / das ist / wann der Mann oder das Weib vorhin schon einmal getrauet / und eines und das ander noch im Leben sind / oder aber wann der Mann und das Weib geistliche Personen / oder ein Gelübd haben / deswegen sie nicht heyrahten können / oder sind zu der ehelichen Pflichtleistung und fleischlicher Vermischung

schung untüchtig / oder aber der Mann oder das Weib den Namen verändern/und sich unter einen andern Namen verheyrahten / alsdann ist die Ehe zwar gültig/aber der Verbrecher hat das Leben verwircket/und die Obrigkeiten sollen solchen Delinquenten alsobalden mit dem Todt straffen und richten lassen.

Es ist droben gemeldet cap. 10. daß sich Mann und Weibs-Personen/ehe sie einander heyrahten / durch ehrliche Conversation und gutes Vertrauen vorher kennen lerne/wird aber ein und ander Theil sich solcher Freyheit und Vertrauens übel bedienen und dasselbe mißbrauchen/ das ist/ solche Frey-und Vertraulichkeit gleichsam verrahten / in dem sie sich gegeneinander mit fleischlicher Vermischung verlauffen/so sollen dergleichen Mann und Weibs-Personen/die dem Judas mit dem Kuß nacharten als Verrähter der Vertraulichkeit mit dem Strang hingericht / und darnach todt bey einem Fuß auffgehengt werden/als öffentliche Verrähter/ dieweil sie mit Unkraut/einstreuung/die jenigen verdächtig machen/welche sich dieser Freyheit und Vertrauens rechtmässig gebrauchen. Wird also Unzucht so wol ausser-als innerhalb des Ehestands verbotten. Vielmehr aber Blutschand und Sodomitische Sünden.

CAP. LIV.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Luxuria circa Venerem describitur.

II. Hujus delicti X. species recensentur, caeteras remissive tractat. D. Nider.

III. Mollities. & IV. Mastrupatio describuntur.

V. Quibus duobus delictis Sathanas juvatur in congressu diabolico.

VI. Stuprum s. scortatio cum virgine vel viduâ honestâ committitur.

VII. Fornicatio cum meretrice peragitur.

VIII. Meretrix non uno contenta, sed plures quæstus causâ desiderat.

IX. Pœna meretricis de jure Saxonico statuitur.

X. Cognitio judicialis in causis stupri & fornicationis ad Superiorem refertur jurisdictionem.

XI. Olim stupri pœna fuit capitalis,

XII. Sed per L. JULIAM mitigata.

XIII. Noster verò Author pœnam Strangulationis dictitat.

XIV. Peccatum Onaniticum quod nam sit?

XV. Adulterium meretur pœnam gladii.

XVI. Jure Veteris Testamenti Lapidationem.

XVII. Lycurgus noster omni supplicio gravius æstimavit adulterium,

XVIII. Causa indagatur, quare mitius puniatur hodie?

XIX. Bigamia gravius est delictum adulterio & quare?

XX. Lenocinium quid sit, & quâ pœnâ sit puniendum docetur,

XXI. Incestus pœna variatur, secundum delicti varietatem, quæ V. Regulis comprehenditur & sic Nemesis *Carolin. in artic. 117. explicatur.*

XXII. Raptus crimen & Violentum stuprum Capitalia sunt delicta.

XXIII. Sodomiticum peccatum gravissimum omnium est & fœdissimum.

XXIV. Speciem Sodomitici peccati refert scortatio Christianorum cum infidelibus.

XXV. Explicatur diu vexata quæstio, an & quomodo conjugium cum infidelibus contractum vel contrahendum toleretur?

XXVI. Clerici de jure Canonico matrimonium non contrahunt, bene tamen si sequuntur Concilium Gangrense.

I.



Uxuria circa Venerem est immoderata carnis petulantia, dulce venenum, importuna lues, perniciosa potio, quæ humanum corpus debilitat & virile animi robur enervat. Hæc operatur omnia Venus, quæ est illecebrosa voluptas, adulterina jucunditas, quæ mel habet in ore fel in corde, aculeum in dorso, est extrema libidinis turpitudo, quæ non solum mentem effæminat, sed *ut audivimus* corpus enervat, non solum maculat animam, sed fœdat quoq; personam. Omne namq; peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus suum est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Semper illam præcedunt ardor & petulantia, semper comitatur fœtor, & immunditiæs, semper sequitur dolor & pœnitentia *juxta Bedam.*

2. Hujus delicti variæ sunt species 1. Mollities. 2. Mastrupatio. 3. Stuprum. 4. Fornicatio. 5. *Peccatum* onaniticum. 6. Adulterium. 7. Bigamia.

gamia. 8. Incestus. 9. Raptus. 10. Sodomiticum peccatum: de quibus omnibus & singulis in hoc capite agemus. Si quis autem velit scrutari plura *Luxuria peccata, legas D. Johannem Hider S. Theologia Professorem ordinis predicatorum in suo manuali confessorum 2 part. 3. c. & in tractatu suo de mortali lepra c. 4. de luxuriâ vers. septima species & c. 16. §. 8. usq; ad. 14.*

3. Mollities est peccatum consistens in fricatione & titulatione membri genitalis. Dicitur is μαλακός ein Weigling / impurus & libidinosus homo in semetipsum, qui sua libidine regnum cœlorum perdit *1. Cor. 6. v. 9.* nisi pœnitentiam egerit, si enim dormiens, qui passus est fluxum seminis, impurus est *Levit. 15. v. 16.* & per somnium coinquinatur immunditiâ, *c. 1. dist. 6.* utiq; impurior erit qui vigilando semen sparsit libidinosè. Dormiens enim non æquè ac vigilans peccare videtur. *c. 8. caus. 15. q. 1.* quia caret culpâ ac dolo. *Menoch. 2. arbitr. jud. quæst. 327. n. 5.*

4. Mastrupatio est peccatum quando alter alterum manibus libidinosis polluit, est grave & execrandum delictum & rarissimè ob sui fœditatem & pudorem ad alicujus notitiam erumpit, quia in secreto peragitur. Unde verè nunquam hujus & illius delicti punitio conspicitur, quod si tamen ad judicis notitiam perveneri relegationis aliavè extraordinaria pœna pro ratione circumstantiarum & arbitrio Judicis puniri debet. *Damhaud. Prax. Crim. 98. n. 6.*

5. His enim peccatis inscius gignere poteris infantem adulterinum seu Spurium, mediante diabolo. Diabolus enim ad luxuriam veneris explendam cum hominibus libidinosis procedens sive formam siccubi, *hoc est mulieris*, vel incubi *hoc est mascu[illegible]* receperit, cum nullo nullavo homine congredi potest, nisi adscito Spermate alieno, quod à viro vel in somniis vel in vigilia polluto sibi sumit mutuo repentino, eoq; clandestino: idq; semen in matricem mulieris immittit, ex quo deinde generatur quoq; infans, non aliter ac si mulier cum naturali Viro coitum habuisset. Sed tamen Infans exinde natus non Diaboli, sed illius cujus sperma fuit, esse dicitur *ut S. Augustinus in libr. 3. de Trinitat. & 21. de civitate Dei. & THOMAS in tract. 99. in part. 1. tit. de miraculis quæst 8. vers. ad primum sentiunt.*

6. Stuprum s. scortatio est concubitus illicitus & cum virgine vel vidua honesta committitur *l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult.*

7. For-

7. *Fornicatio* est illicitus concubitus & committitur cum fornicaria s. meretrice. Fornicatio autem dicitur meretrix à fornicibus, sub quibus prostare solet, ideoq; Fornicatio fit cum meretrice, quæ sese *palam prostituit.* Dicitur forsan *meretrix*, quod *merendo teratur*, est autem illa, quæ *cum vel sine* quæstu passim h. e. sine delectu se prostituit *l. palam 43. pr. & §. 1.2.3. ff. de ritu nupt.* vel cujus turpitudo publicè venalis est *c. Meretrices 11. caus. 32. quæst. 4.*

8. *GLOSSA in c. vidua 16. distinct. 34.* non solum ridiculè ac nugatoriè secundum Pancirolli censuram *lib. 1. memorabil. pag. 423.* Sed quoque sat impudicè secundum cujusq; Christiani opinionem interpretatur illam esse, quæ plures quàm 23000. hominum admisit. Honestius multò *ABBAS in c. cum decorem 12. X. de vita & honest. Clericorum*, etiam eam, quæ vel duos nec plures, quæstus tamen causa admisit, meretricem esse existimavit. Sic vidua quoq;, quæ multorum libidini patet, dicitur meretrix, *c. vidua 16. distinct. 34.*

9. Saxonici judices distinguunt inter meretricem, quæ se palam pluribus vel clandestinè prostituit. Hanc relegatione perpetuâ, illam fustigatione mit Staupen-Schlag puniunt.

10. Hinc cognitio & pœna stupri ac fornicationis ad superiorem non inferiorem jurisdictionem pertinet, quia omnia crimina pro quibus relegationis pœna potest imponi, ad superiorem referuntur jurisdictionem *Carpz. prax. crim. part. 2. quæst. 70. n. 48.* & licet in nonnullis provinciis mulctâ pecuniariâ puniantur fornicantes, non desinit tamen cognitio criminalis esse, quia pœna iterato delicto augeri & capitaliter puniri potest *Bl. ad l. 9. §. 5. ff. de publ. & Vectigal. Farinac. in prax. criminal. lib. 1. tit. 3. quæst. 23.*

11. Sic olim is, qui puero stuprum saltem persuaserat, aut puellam interpellaverat impudicitiæ gratia, perfecto flagitio CAPITE puniebatur: imperfecto deportabatur *L. 1. §. qui puero, fin. ff. de extraordin. crim.* sed hæc pœna mitigata fuit *per Legem Juliam.*

12. Nam stupratoribus Lex JULIA, qui virginem vel viduam honestè viventem stuprarunt, si & iidem HONESTI fuerint, mitiorem *pœnam sc.*

 publi-

publicationis partis dimidia bonorum. Si HUMILES, corporis coercitionem cum relegatione dictitavit, nemlich Staupenschlag mit Landes-Verweisung/ §. *item L. Jul. 4. Instit. de publ. judiciis.*

13. Noster Autor exasperat eam & vult stupratores, qui ex confidentia sub spe futuri conjugii puellam vitiarunt, strangulatione puniri; Fefellit enim puellam:

> Fallere credentem, non est operosa puellam
> Gloria, *simpliciter* digna favore fuit.

Quâ strangulationis pœna non est contentus noster Author, sed laqueo suffocatos, insuper ex uno pede suspendi jubet, ut *proditores publicos*, quia prodiderunt libertatem conversandi cum filiabus datam à Parentibus, quorum familiam maculâ indelebili conspurcant & reddunt alios licet bonæ aliàs existimationis suspectos, *sparguntq́ Zizania* inter eos, qui tali libertate & confidentia justè & legitimè utuntur.

14. *Peccatum Onaniticum est*, quando masculus in coitu semen quod utero immittere debuisset, projicit in terram ad evitandam impregnationem. Tale peccatum commiserat *Onan* filius Judæ, qui primogenito fratris defuncto ex relicta vidua semen suscitare debuit. At ille fundebat semen in terram. Idcircò eum percussit Dominus, quia rem detestabilem fecit. *Gen. 38. v. 9. & 10.* Hodie committunt peccatum hoc illi, qui ad evitandam imprægnationem sæpius coëunt cum mulieribus & pro libidine frequentiorum delictorum sibi impunitatem pollicentur. Sed hi sunt Diaboli mancipia, quorum opera *eo modo quo Supr. n 5. dictum*, inprimis in suis congressibus Diabolicis abutitur.

15. Crimen ADULTERII est illicitus concubitus cum nupto nuptavè. Et est vel simplex vel duplex. *Simplex*, si conjugatus cum soluta concumbit. *Duplex*, si nuptus cum nupta coivit. Hoc crimen pœna gladii coërcetur de jure civili. *l. 30. C. ad L. jul. de adulteriis*, juncta *NOVELL. 134. c. 10.* talem pœnam etiam constitutio criminalis *CAROLIN. in artic.* 120. postulat.

16. Et

16. Et non absq; ratione, quia ejusmodi delictum Deus in veteri lege adeò execratus est, ut adulteras durissima simul & dedecorosa morte interimi jusserit, sc. *LAPIDATIONE Deut.22.v.22.23.24.* de Fœminis adulteris scribit *EZECHIEL c.23.v.47. & 48.* Lapidentur lapidibus populorum *&c.* ut discant mulieres reliquæ sibi cavere de tali delicto & sapere alieno damno. Verùm hoc crimen mulieribus non tantummodò appropriatur, sed procedit etiam ad Maritos, qui sæpius Equi sunt facti in fœminas & emissarii: Unus quisque enim hinnit ad uxorem proximi sui *testante JEREMIA 5.v.5.* ideòq; eadem pœnâ sunt digni.

17. LYCURGUS noster Lacædomoniorum Legislator nullam sanxit legem, quâ puniret adulterium, non ut impunitum relinqueret, sed id gravius omni supplicio æstimaret.

18. Sed quare hodie adulteria non per Germaniam saltem sed alias Europæ provincias mitius puniantur, quæritur? *responsionem suppeditat* DAMHAUDERUS hanc. Hoc nostro infelicissimo seculo apud quosdam JUDICES, tàm parvi fiunt adulteria, ut quasi parum sceleris insit ipsis & quasi peccata sint leviuscula, ob hoc quod sint frequentia & à multis citra conscientiæ stimulum perpetrata. Ideoq; vel levius adulteria puniunt forsan etiam quod ipsi judices eo aliquando contaminati sunt. Hæc sunt verba Damhauderi *in prax. crim. c.9. n 5.*

19. BIGAMIA (de qua Author noster in specie disponit) toties committitur, quoties maritus vel uxor consorte, & socio vitæ adhuc superstite aliam uxorem aliumve maritum superinducit: Est delictum carnis & species adulterii, quod pugnat cum conjugii primæva institutione, quæ non nisi duas personas in carne unâ vivere permittit. *Gen.2.v.22. Matth.5. v.31.* proinde & gravius censetur ac adulterium. *Ord. Imp. Crim. art.121. in verbis:* welche Ubelthat dann auch ein Ehbruch / und grösser dann dasselbige ist. In crimine simplicis adulterii ad conjugis intercessionem, adultero mitigari solet pœna, non æquè tamen in bigamia. *Dan. Moller. & Matth. Wesenbec. quos allegat. Carpz. in prax. criminal. 2. quæst. 66. n. 39.* Bigamum tamen plecti capitaliter eum, qui per copulam non sacerdotalem solam, sed supervenientem carnalem consumpsit alterum cõjugium, *defendit Carpz. de quæst. n. 45.*

20. LENOCINIUM est nefarium scelus, quo quis ex publicis scortationibus, fornicationibus & adulteriis sibi quæstum facit, non quidem proprio corpore, sed virgines, mulieres, meretrices aliorumq; uxores hujus quæstus gratiâ ad actum venereum aut publicè aut occultè pellicens vel etiam ad hoc privatim domi alens & ex eo meretricio meritorioq; quæstu vivens. Ideoq; gravius delictum est adulterio: Adulter enim in se ipsum; Leno verò in se & in alium peccat. *L. Athletas 4.§.2. & glos. ad § 3. ff. de his qui notant. infam.* Nec minus est peccato meritorio, quo meretrix quæstum corporis exercet *l. palam 43.§. 6. cum seq. de ritu nupt.* Proinde LENONES tanquam *pestiferi* & commmunis castitatis vastatores, novissima seu ultima supplicia sustinere debent. *Novell.14.§.1.vers.praconizamus.* gladii sc. pœnam, *constit.crimin. Carol.art.122.* so jemand sein Weib oder Kinder um einigerley Genusses willen/ zu unehrlichen unkeuschen und schändlichen Wercken gebrauchen lässet/ der ist Ehrloß und soll Vermög gemeiner Rechten gestrafft werden. Patibuli suspendio dignos judicat, *Dambaud. prax. crim. c.93.n.7.*

21. Incestus omnes transcendit libidinum gradus naturales. *Damh. prax.crim.c.91.n.15.inprimis* si fiat inter ascendentes & descendentes, legibus Moysis ignicremio *Levitic.20.v.18.* puniebatur. Hodie constitutio Carolina. *Crim. in artic. 117.* remittit Judices in dictanda incestus pœnâ non ad jus Divinum sed Cæsareum & consultationes ICtorum; si illud cum Doctorum controversiis legimus, ob variantium opiniones deprehendimus nil nisi incertitudinem, quam Octavius Pisani ceu pestem detestatur. Nam *Nemesis illa Carolina* confusè Consanguineos & Affines in linea recta Ascendentium & Descendentium comprehendit, & quidem hos *sc. Affines* exprimit, so einer Unkeuschheit mit seiner Stifftochter oder mit seiner Stiffmutter treibt / illos sc. consanguineos comprehendit per verba und noch näheren Sippschafften / quæ vocula Sippschafft denotat Blut-Freundschafft/ *Besold in Thesaur. pract. Verbo* Sipp *n. 82. adde* Wehner. *obs. pract. per verba* nach rechter Sippzahl. *Sed* non eadem est pœna, quæ manet utrosq; : consanguineos enim atrociori quàm Affines puniri supplicio, in propatulo est, & sicut gradus diversitas arguit distinctionem, ita alia atq; alia erit pœna. Quinq; comprehendam regulis, quibus eluctabimur conflictum Dd. inter se certantium. 1. Inter Consanguineos in lineâ rectâ Ascendentium & descendentium, commissus incestus indistinctim puni-

nitur

nitur pœnâ GLADII. 2 In lineâ collaterali Consanguinei, qui jure Divino Civili Canonico vel locali sive Provinciali conjungi prohibentur, puniuntur illi, qui in primo & secundo gradu sunt constituti, *pœna FUSTIGATIONIS* & perpetuæ relegationis. (3.) Reliqui consanguinei in ulteriori gradu, pœnâ saltem *RELEGATIONIS.* (4.) In affinitate commissus incestus in linea recta inter ascendentes & descendentes, qui parentum & liberorum loco sunt, est *pœna FUSTIGATIONIS cum relegatione.* (5.) In cæteris gradibus prohibitis verò RELEGATIO. Sunt Doctores qui incestum simplicem mitiùs, conjunctum verò cum adulterio severiùs puniri volunt, & habent rationem quia concurrunt duo delicta, pluralitas autem delictorum aggravat pœnam *l. nunquam. 2. pr. §. 1. & 2. ff. de privatis delictis,* plura tamen delicta committens, in eundem quasi effectum tendentia, punitur pœna gravioris delicti solum, & minora delicta, eorundemq; pœnæ confunduntur *sub graviori, Bartolus ad d. Legem.* Itaq; cum gravius sit delictum incestus, quam adulterium, *ut patet ex text. l. si adulterium cum incestu 38. pr. ff. ad L. Jul. de Adulter.* etiam inter Collaterales conjugatos obtinebit GLADII POENA, non verò inter Ascendentes & descendentes cùm consanguineos tùm Affines atrocior locum habebit pœna, & hoc ipsum non aliter nisi in terris, ubi adulterium *juxta l. 30. C de adulteriis & Nov. 134 c. 10.* capitaliter punitur.

22. RAPTUS crimen, si libidinis satiandæ causâ mulier vel virgo honesta rapitur & de loco in locum abducitur, pœnam quoq; capitalem meretur, quâ nõ Raptores tantùm sed cæteri etiam omnes, qui hujus sceleris fuerunt saltem ministri, afficiuntur, *Tiber. Decian. in tract. crim. l. 8. c. 10. n. 8. & 9.* Hinc etiam VIOLENTUM stuprum quod mulieri invitæ infertur (als Nohtzucht) gladio punitur, *Constit. Crim. Carol. 119.*

23. Sodomiticum peccatum gravissimum & fœdissimum est. Quando quis venere abutitur cum homine contra naturam usu naturali relicto, v. g. quando masculus venerem exercet, cum masculo *L. cum vir nubit 31. C. Ad L. Jul. de adulter.* mulier cum muliere *l. fœdissimam 20. C. d. t.* vel vir cum muliere præposteram venerem exercet. Ubi venus mutatur in alteram formam, quæ scelera homini Christiano non proficit scire *d. l. 3. C. eod.* vel vir fœminam mortuam cognoscit. Vel quod nefandissimum est delictum quando homo cum bruto animali se commiscet & venerea exercet. Pœna horum delictorum continetur *in Constitutione criminali Carol. art. 116.* per verba, so ein Mensch mit einem Vieh/ Mann mit Mann/ Weib mit Weib

Unkeuschheit treiben/die haben das Leben verwirckt / und soll man sie mit dem Feuer vom Leben zum Todt richten. Hoc ultimum peccatum non tantum hominem sed & pecus, licet voluntate carens, attamen ut instrumentum, tali flagitio contaminatum trahit in pœnam; ideoq; etiam debet comburi, quia revocaret indignam facti memoriam *c.4. caus. 15. quæst. 1.* & odium atq; dignitatem conspicientibus incuteret.

24. Speciem Sodomitici peccati referre ait *Damhaud. prax. crim. c.98.n.28. si quis naturali venere utitur, cum Turcis, Saracenis vel Judæis.* Hos enim omnes jura & religio Christiana non secus quam BESTIAS (non quidem naturâ aut rationis usu, aut *communi vocatione* sed ob procacem malitiam qua *Fidem Christianam sine quâ nemini salus promittitur*, apertè oppugnant) fastidiunt, quia cum iis congressum, cohabitationem & omne commercium prohibent, jura divina *2. Corinth. 6. v. 14.* proinde nec conjugium inire licet cum infidelib. nec jure divino *Exod. 34. v. 16. Deuteron. 7. v. 3.* nec jure Civili *per text. l. ne quis 6. C. de Judæis & Cælic. nec jure Canonico c.15.16.17. caus. 28. quæst. 1.* turpe enim est, velle membra Christi Gentibus prostitui, quia fierent mulieres costæ Diaboli, & liberi Christianorum prostituerentur Idolis quemadmodum Patres loquuntur. *Ambrosius l. 9. Epist.* 70. quem sequitur *Augustinus & Cyprianus*: sunt qui transgressores tanquam manifestos Apostatas puniendos esse putant capitali pœnâ. *Beza. in libr. de repud. & div. p. 103.*

25. Verùm quicquid sit, licet scortatio capitaliter possit puniri, conjugium tamen Christiani alicujus cum infideli aliqua contractum temere non est rescindendum, ratio diversitatis hæc esse poterit, quod fornicatio ipsam conjugii substantiam convellit, & corpus polluit. Infidelitas autem non ipsum conjugium sed mentem, quatenus cohibitantium unus ab altero participat incredulitatem, quod fieri non debet, imò summum nefas reputatur sed fidelis in fidelem convertere debet. Ut Monica paganum maritum, & Clotildis Christiana Clodovæum Regem Francorum convertisse legitur. Ideo Apostolus PAULUS nec increpat nec adhortatur Christianos ad repudium: *1. Corinth. 7. v. 12.* per verba: *SI QUIS FRATER UXOREM HABET INFIDELEM, & HÆC CONSENSERIT COHABITARE CUM ILLO, EAM NON DIMITTAT. Addit rationem*, quia sanctificata est mulier infidelis, per virum Fidelem & econtra vir infidelis per mulie-

mulierem Fidelem. Hactenus verba APOSTOLI: forsan tùm temporis quo pressa fuit Ecclesia hæc obtinebant, poterit enim quis ex ignorantia incidere in infidelem conjugem, quæ Christianam se simulaverat vel si non simulavit, promittere tamen potuit conversionem, cujus spes affulgebat & in propinquo erat, quo casu aliquo modo excusandus erit, quia quæsivit occasionem convertendi proximum. Ergò licet post contractum semel matrimonium, Christiani ita contrahentes graviter peccaverint, quod Legum authoritatem susq; deq; habuerint, non tamen erit rescindendum. Nam facilius aliquid impeditur ab initio quam quod tollatur ex post facto, *arg. l. patre furioso 8. ff. de his qui sui vel alien.* Non obstabit ergò PROHIBITIVA *supra Exod. 34. & Deutr. 7. allegata* LEX, nec præceptum irritans conjugium cum infidelibus initum *apud Esdram l 1. c. 9 & 10.* hoc enim infideles habitantes in terra Chanaan, quos Deus deleri voluit, non vero cæteros Gentes tetigit; quia judicialis fuit utraq; sanctio, pertinuit ad Judæos, Christianos vero non obstrinxit, non enim fuit moralis, sed forensis ad formam istius Reipubl. pertinens, quæ abrogata est, postquam maceries inter Judæos & Gentes est diruta. Nec est quod dubites, moralem fuisse legem, si enim non fuisset, obligasset & alios, qui ante & post istam legem uxores duxerunt infideles. Jam autem ante ejusmodi Legislationem peregrinas duxit JACOB duas filias Idololatras LABANI. JOSEPH Sacerdotis Ægyptiaci filiam. MOYSES Æthiopissam &c. post illam exempla Salmonis, Boozi, Ruthi, Rachab, David & Salomonis, &c. satis abunde testantur. PAULUS itaq; non ex Moyse sed *Moyses* ex Paulo interpretandus erit, proinde nec Jus Civile, quod in Matrimoniorum causa non attenditur, nec jus Canonicum nobis obstabit, quia inter Catholicos *Bellarminus lib. 1 de Sacram. Matrim. c. 23.* & Protestantes Ecclesiæ aliud docent. Bellarminus enim non sequitur Jus CANONICUM sed MOREM *Populi Christiani* hodiernum, qui vim Legis obtinet; quod sc. matrimonium inter fidelem & infidelem non baptizatum irritum esse debet, possit tamen Summi PONTIFICIS dispensatione contrahi, cum hoc præceptum sit plane Ecclesiasticum. *Verba sunt Bellarmini in d. l. c. 23.* proinde dixissem, si apud Protestantes dispensatio à Consistoriis quæ Ecclesiæ vices obtinent, processerit, posse quoq; subsistere, & non irritari, nisi velimus incurrere in Censuram, quam Concilium LAODICENSE *can. 10. & 31.* CHALCEDONENSE *c. 14. &* CARTHAGINENSE *c. 14.* dictitarunt. Hoc saltem remotum volui quod Concilium CHALCEDONENSE & AGATHENENSE infidelibus etiam hæreticos annumeravit quæ sanctio tamen communi

con-

CONSENSU CATHOLICORUM qui Hæreticos indistinctim ad conjugia admittunt, expuncta est, *testante iterum* BELLARMINO. *d. l.*

26. De jure Canonico *Clerici*, qui Religioni se devoverunt & habitu suscepto professionem fecerunt matrimonium contrahere non possunt. *c. meminimus 3. X. qui Clerici vel voventes matrimonium contrah. poss. & tot. tit. de Clericis conjugatis.* Consentit concilium CHALCEDONENSE quod anno 454. habitum, cum Concilio TRIDENTINO *in sessione 8. can. 9.* Verum STATUUM PROTESTANTIUM Theologi sequuntur Concilium GANGRENSE, quod celebratum circa annum 324. in PAPHLAGONIA f. regione Pelasgiorum in civitate *Gangra*, quod Sacerdotibus conjugium permisit, quo inclinat *Capitulum si quis 51. distinct. 28.* nixum Authoritate S. Pauli *1. ad Timoth. 3. v. 2. in verbis*, oportet Episcopum esse irreprehensibilem unius uxoris maritum filios habentem subditos cum omni honestate.

CAPUT LV.

De jure aggratiandi: & confiscatione bonorum tollendâ.

Von Veränderung der Verbrechen / in Bestraffung an Geld und Gut.

WAnn es gar schädliche Mißhandlung sind / als Raub / Meuchelmord / Müntz-Verfälschung *etc.* alsdann kan die Leibs-Straff in Geldbuß nicht verändert werden / sonder werden solche Missethaten allein gestrafft in der eigenen Person der Ubelthäter. Wann sich aber andere geringere Criminal-Verbrechen zutragen / alsdann sollen die Richter diese Regul gebrauchen / nemlich / erstlich das Criminal-Gericht halten / auff vorgesetzte Weiß / und den Ubelthäter zu solcher oder andern Leibs-Straff / in eigener Person des Delinquenten verdammen / und nachmals

wann

wann die Urtheil ergangen / können sie die Straff so auff die eigene Person selbst bestimmt worden / in eine Straff an Güter verändern. Zum andern soll auff alle Gebrechen ein gewisser Tax gesetzet werden / darüber niemand zubeschweren noch drunter zuverschonen. Zum dritten von bemeltem Preiß oder Tax der Mißhandlung / soll man zwey gleiche Theil machen / und einen dem Beleidigten / den anderen den Armen geben / und dieser Tax oder Preiß des besagten Verbrechens / verstehet sich von Schäden und interesse auch Erstattung der Ehren. Hie sind zweyerley zu mercken / das erste daß keiner seine Güter verlieren kan / um einiger Verbrechen willen / ausgenommen / es geschehe wegen öffentlicher Verrähterey des Vatterlandes oder seines Fürstens. Um Todtschlags willen verliert keiner seine Güter / sondern allein den usum fructum oder die Abnützung. Das ander betrifft die cassation der constitution der Satzung / daß eigenthumliche Güter um criminal Verbrechen willen / hinfüro durch Italien nicht mehr confiscirt werden sollen.

CAPUT LV.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Jus aggratiandi inter Regalia & jura majestatis numeratur.

II, Quod unicuiq; STATUI Germaniæ immediato competit.

III. Per quod tamen remissio pœnæ in criminibus Lege Divinâ morali constitutæ excipitur.

IV. Sic homicidii dolosi & latrocinii pœna non erit remittenda.

V. Nec grassatores pacem publicam violantes, nec adulteratores monetarum veniam impetrabunt.

VI. An Adulterii pœna capitalis in mulctam variata justa sit, & an non eadem ratio in aliis criminum pœnis mitigandis militet? quæritur.

VII. Nec pœnitentia delinquentis sufficiens causa esse potest remissionis.

VIII. Optimum enim holocaustum est Maleficum de medio tollere.

IX. Cujusvis delicti certa determinari mulcta, nec variatio concedi debet.

X. Mulctæ sunt jurisdictionum fructus & fisco inferendæ.

XI. Confiscatio bonorum in duobus saltem criminibus locum obtinet, & quidem

XII. Contra antiquam consuetudinem, quâ confiscabantur bona, quoties corpus mortis pœnam luebat.

XIII. Quam consuetudinem sustulit Carolus V. in *constitutione criminali artic. 218. quæ* explicatur.

XIV. Ne plura quàm duo crimina *Læsæ Majestatis & perduellionis* comprehendat.

I. Jus

I.



IUs aggratiandi, quo pœnæ remissio vel mitigatio impetratur, inter Regalia & jura Majestatis territorialia refert. *Prosp. Farinac. in prax. crim l. 1. tit. 1. quæst. 6. n. 2.* Nemo enim poterat deportato commeatum remeatumve dare, nisi Imperator, ex causa tamē præcedente impulsiva *l. relegati. 4 ff. de pœnis* sic multò minus ad bestias damnato *PRÆSES licet favore populi* potuit in consulto Principe remittere pœnam *l. 31. ff. eod.* in solo enim Principe residet jus indulgendi & pœnas delictorum capitalium remittendi *Cacheran. decis. 101.* & est reservatum Principis *Anton. Peregrin. de jure Fisci lib. 5. tit. 2. n. 1. & seqq.*

2. Quod regale unicuiq; Statui immediato hodie per Germaniam in territorio suo, in quo repræsentat Imperatorem *And. Gail. de pac. publ. tit. 1. c. 6. n. 10.* concessum arbitror.

3. Verum quia summus magistratus non suum, sed Dei judicium exercet *2. Paralipom. 19. v. 6.* non arbitror veniam largiri posse in criminibus pro quibus certa pœna lege Divinâ constituta reperitur.

4. Sic nec homicidii supplicium sc. gladii pœna erit remittenda homicidis dolosis, quia precium reconciliationis ab eo qui reus est sanguinis non est accipiendum *Num. 35. v. 31.* Multo minus latrocinium, quod est homicidium cum spolio seu rapinâ commissum, erit commutandum in Mulctam s. pœnam pecuniariam: sed Latrones supplicio rotæ affici debent. *constit. crim. Carol. art. 130.* nec debet Magistratus misereri ejus sed auferre sanguinem noxium, ut bene sit punienti, *Deut. 19. v. 13.*

5. Noster autor addit robboriam s. rapinam, nam Grassatores, qui deprædationem faciunt, licet necem non perpetraverint, proinde ac homicidæ ac violatores pacis publicæ gladio puniri debent. *Constit. crim. Carol. 126.* sic nec Monetæ adulteratæ delictum, quia falsi pœnam non tantum continet, sed & crimen læsæ majestatis, gratiæ subjacebit sed flammarum exustionibus

bus mancipari debent falsificatores monetæ *l.2.C.de falsa moneta.* Qui adeo exosi existunt,ut ipsos etiam conscios & crimen non propalantes non aliter ac autores plectendos esse jubeat *l.1.C.eod.constit.crim.Carol.art.111.* Es wird aber auff dreyerley Art die Müntz verfälscht. 1. Wann einer betrüglicher Weiß eines andern Zeichen darauff geschlagen. 2. Wann er unrecht Metall darzu setzt/ oder 3. der Müntz ihre rechte Schwere benimmt.

6. De crimine adulterii an pœna capitalis in non capitalem mutari possit? & quidem ad Dei beneplacitum, de hoc est quod dubito, & tamen in plurimis ditionibus Germaniæ mutata reperitur. Lapidationis pœnam in gladii supplicium mutatam non nego. An autem gladii pœna æquè in mulctam variabilis sit, de eo est quæstio. *Causam variationis allegavimus in cap.praecedenti 54.n.16.* Hic saltem quæritur, an sit justa variatio? Habet equidem favorem Fisci,quem locupletem reddit, aliam non reperio rationem, qui aliud sentit lucrum adimit Magistratui; Verùm,quod neq; in hoc neq; alio quovis delicto capitali, spe lucri, pœna corporis afflictiva, in pecuniariam facile sit mutanda,ratio in contrarium militat,quia pœna corporalis unius debet esse metus multorum, *l. 1.C.ad L. Jul. repetundar.* cujus legis vigor hebescit,quoties ditiores pecuniâ pœnam capitalem reluere possent: nã sic nullus ex ditioribus traheretur in exemplum aliorum & venalis esset sententia,quod commercium execrantur cùm Jus CIVILE tùm CANONICUM, quo non decet pœnam precio remittere vel eandem vitio cupiditatis ingerere *l. 4. C. eodem.* quæ lex canonizata verbotenus *in c. jubemus 126. caus. 1. quæst. 1.*

7. Et licet delinquentem delicti pœniteat,idem tamen rarò impunitatis gratiâ donandus erit, peccator enim sua pœnitentia, non semper nocens esse desinit. *l. 17. §. 1.ff.de edilit. edict.* nec aboletur turpitudo quæ postea est intermissa.*l.43.§.4.ff.de ritu nuptiarum.*

8. Optimum HOLOCAUSTUM est Maleficum de medio tollere, quem Deus interfici jubet, aliàs enim Magistratus,sanguine impunitorum retento, maculat manus suas. Manus autem sanguine plenæ impediant precum nostrarum exauditionem & sunt causa propter quam Deus oculos suos à nobis avertere minatur. *Esai.1.v.15.* Sic Rex Israelitarum primus SAUL scelerosam gentem AMALECK cum Rege suo disperdere jussus, huic mandato non obsecutus Saul,vivum retinuit Regem Amalek, & optimis gregibus & ovi-

um

um & armentorum pepercit. Quod factum Deus ita improbavit, ut per Prophetam Samuelem iram suam divinam denunciaverit his verbis: pro eo quod abjecisti sermonem Domini, abjecit te Deus, ne amplius Rex sis super Israël, nulla alia ratione, quia non interfecerit peccatorem Amalek, *Sam. 15. v. 8.9.18.19.22.23.* Sic DEUS per Prophetam Regi Israëlitarum *Achabo*, qui regem Benhadad interimere debuisset, cui pepercit, denunciare fecit mortis sententiam; PER VERBA: QUIA DIMISISTI VIRUM DIGNUM MORTE, ERIT ANIMA TUA PRO EIUS ANIMA, & populus tuus pro populo ejus. *3. Reg. 20. v. 42.* Hinc jus civile etiam judicem, qui delatum ad se crimen in totum omnino non, vel in tantum minus punire neglexerit, eandem pœnam quam delinquens, meruit, statuebat *l. ult. C. ne sanct. baptism. iteretur.* Nam quando facinorosi dimittuntur, contaminantur lætitiæ & gaudia hominum. *l. 3. C. de Episcopal. Audient.*

9. Si autem pecuniaria pœna delictum puniendum esset, delicti genera secundum Authorem nostrum distinguenda erunt, ut certa cujusvis flagitii mulcta determinetur, ne diversi mode, nunc mitiori, nunc severiori pœna luere cogantur delinquentes. Ideoq; confici debent libri pœnales, in quibus mulctæ sceleratorum inscribi possunt: Brüch- und Straff-Bücher. Quam pœnam lege vel statuto semel definitam judex pro suo arbitrio mutare non potest, *c. de causis 4. vers. illis etiam X. de officio delegati.* Quia neq; clementior neq; severior ipsis legibus esse debet *Novel. 82. c. 10.* Nam crimen probatum vel saltem differre, omittere vel impunitate donare aut molliorem quàm lex præstituit pœnam, proferre hoc factum graviter infamat judicem *l. 8. §. ult. C. ad L. Jul. de vi publ. vel privata.*

10. Cum mulctæ sint jurisdictionum, fructus fisco POTIUS inferendæ erunt, nam inter regalia fisci referuntur *c. un. F quæ sunt regalia Bald. in. l. 1. n. 10. C. de fructibus & lit. pens.* Ideoq; Autor noster saltem damna & interesse & ea quæ pro honoris æstimatione dependuntur, dividere desiderat inter pauperes & partem læsam. Ita tamen debet quis mulctari ne perdat simul omnia bona.

11. Confiscatio enim bonorum primò in læsæ majestatis *l. 5. pr. C. ad L. Jul. majest.* & secundo *perduellionis CRIMINE*, quando quis hostili animo adversus Imperium s. Rempublicam quid molitur §. *per contrarium 5. Instit. de hered. quæ ab intest. deferuntur* locum habere debet.

12. Autor

12. Aliter olim observabatur. Antiqua n. erat Regula: qui confiscat corpus, confiscat bona, wer den Leib nimmt/ der nimmt auch das Gut/ *l. 1. princip. ff. de bonis damator. c. nimium 37. §. Constantinus caus. 23. quæst. 4.* Hanc regulam per Italiam observari docet Autor noster Octavius & cum eo *Peregrin. Teolog. in sermonibus de tempore & Peregr. JCtus l. 3. de jur. Fisci. c. 4. Ludov. Rom. in singularibus c. 548.* Quam consuetudinē ut irrationabilē sustulit Justinianus *in Novell. 134. c. 13. in fin. per hæc verba*: sancimus quod eorum bona & substantiæ, qui criminibus accusantur, in quibus leges mortem aut proscriptionem definiunt, judicibus eorumq; officiis lucro non cedere; imò neq; secundum veteres LL. fisco applicari debeant: habeant autem sibi descendentes & ascendentes usq; ad tertium gradum: *Majestatis verò crimine condemnatos veteres leges observare jubemus.*

13. Hanc consuetudinem ut pessimam sustulit quoq; *Carol. V. Imp. Anno 1532. in constitution. crim. art. 218. sub tit.* von Mißbräuchen böser und unvernünfftigen Gewohnheiten. *§. 6. per verba.* Item so ein Ubelthäter ausserhalb des Lasters der Beleidigung unser Majestät ODER sonst in andern Fällen / so (oder in welchen) der Ubelthäter Leib und Gut NICHT verwircket/ vom Leben zum Todt/ Weib und Kind an Bettelstab/ und das Gut dem Herrn zugewiesen werden/ so wollen wir daß eine jedwede Obrigkeit solche Mißbräuche abschaffen soll. *Gobler. ad hanc constitut. art. pen. & Georgius Remus in nemesi Carolinâ d. artic.* Et quamvis secundum quorundam Dd. opinionem, textus malè cohærere, & vocula negativa nicht vel nit pro affirmativa mit supposita dicatur & vocula oder non pro disjunctivâ sed conjunctivâ censeri debeat, *ut Goldast. in tract.* vom *confiscation* der Zaubere oder Hexen-Güter *latè* deduxit & stabilire conatus, quo crimina non solum pœnam corporis afflictivam delinquentibus inferant, sed confiscationem Bonorum insuper mereantur, reclamat tamen hodierna praxis criminalis ubivis ferè locorum, nam sic esset patris delictum sæpius innocentibus liberis pœna *contra L. 2. §. 17. ff. d. decurionibus*, cum tamen patris iniquitatem filii non portare. *c. Judas 7. caus. 1. quæst. 4.* concordat sacra scriptura *Ezech. 18. v. 20.* neq; odio patris prægravari debeant, *l. si quis 33. §. 1. C. d. in offic. test.*

14. Hinc

14. Hinc plura crimina confiscationi obnoxia esse non dixerim, quàm ut *n. 11.* adductum, duo, sc. crimen læsæ majestatis, cui crimen perduellionis associatur, *quod approbatur* per recessum Imperii vom gemeinen Pfenning zu Wormbs *de anno* 1495. *tit.* 14. von denen die sich wider das Reich zu Hülff geben/ hac tamen cautione, ut vel mandata inhibitoria præcesserint vel avocatoria pœnalia subsecuta fuerint, ratio est hæc, quia militantes in seditiosa Germania semper Germanis contra Germanos adsistunt. Aliàs si Germania placata esset & quis exteris hostibus auxilium ferret, ipso *jure* possit incidere in pœnam capitalem adjuncta simul confiscatione. Utinam hæc sanctio in Romano Imperio perpetuum vigorem retineret, pacem diuturniorem in Germania colere possemus!

Hactenus PARS QUARTA de Criminali judicio est absoluta.

Sequitur PARS QUINTA & ultima de JUDICIO Conscientiam informante.

CAPUT LVI.

De examine conscientiæ.

Es ist diese Welt nur ein Augenblick daran die Ewigkeit hänget/ und bestehet die Rechtfertigung des Gewissens/ so fern es die Justitz und den gemeinen Wandel und Conversation in dieser Vergänglichkeit betrifft/ in nachfolgenden Stucken.

Erstlich muß ein jedweder in seinem Gewissen forschen/ ob er boßhafftig mit andern Leuten umgangen/ oder sich der Conversation ärgerlicher Gesellschafft gebrauchet/ oder auch nur ärgerliche Leute zur

zur ehrlicher Versamlung gezogen und überbracht vid. supr. c. 22. n. 16. 17. 18. & 19. auch sich darbey der Obhut und Quardi des Gottes-Bannes rechtmessig gebrauchet.

Zum andern ob er sich allezeit der Ehrerbietsamkeit und respects, welcher das Fundament der Freundschafft/ gegen seine Freunde und favoriten gebrauchet.

Zum dritten daß er niemals Aergernüß in Geberden / Worten und Wercken dem andern gegeben: Dann es ist kein grösser Beleidigung Gottes/die so gar gemein und in Schwang gehet als Aergernüß geben / den nechsten agirn und aufftreiben in bösen Beruff setzen/seinen credit und Ansehen schmählern/ und verursachen daß auch andere ihn nicht mehr achten / welches vor keine Sünde gehalten/sondern man hält es vor Schertz und Höfflichkeit / welches Verbrechen wol würdig/daß es jederzeit von Beicht-Vättern im Beichtstul scharff verwiesen / und davon die Beicht-Kinder gewarnet würden. Sed nolunt audire,ideoq; Confessarii confitentes admonere sæpius supersedent. O Hoffprediger / gnad GOtt euer armen Seel! Ein jeder soll in seinem Gewissen nach dieser Regul einhergehen/in wie viel Weg und auff was Weiß ein Mensch den andern heimlich oder öffentlich beleidiget / in so viel Weg/ und eben solcher Weiß/ beleidiget und schadet er seiner Seele/ und ist schuldig so viel zuerstatten/so hoch der zugefügte Schaden ist/ um seine Seel von einen so grossen/und auff solche Weise zugefügten Schaden zubefreyen/wie hoch aber der Schad zu æstimiren/ damit er seine Seele besänfftige/ solches mag die discretion und Gutachten seines Seelsorgers ihme an die Hand geben / und muß allezeit dabey erwegen/ob er Anfänger des Streits und Ursacher des Schadens/ob er eine zu gar improportionirte Rach wider seinen Beleidiger ausgeübet / ob er Aergerniß geben und einen andern zum Zorn und Zwitracht angereitzet/ihn verleumdet und zur Banck gehauen/ zu unzimlichen liederlichen Händeln/ welche den Thäter beschimpffen/verableitet: Ein solcher Mensch hat allzeit die Schuld und ist Ursach

Ursach an allen Verbrechen / so aus der gegebenen Aergernuß entstanden/ist auch schuldig/wann schon niemand davon wissen wolte/sich selbst zu offenbahren und den verursachten Schaden wieder zuerstatten! Denn so bald Argwohn auff Unschuldige geworffen/ daraus Weitläufftigkeit und Unfried entstehen könte/soll er sich anmelden/den Schaden ersetzen und Fried stifften.

Bey Streithändeln muß ein Gewissenhaffter/ erstlich/als ein Christ die empfangene Injurien den Beleidigern vergeben/und sich wider mit ihm aussöhnen / jedoch ist der Beleidiger Gewissens halben verbunden/allen daraus erwachsenen Schaden zuerstatten. Ist auch jedermann schuldig zwischen zweyen streittenden Partheyen fried zu machen/ muß aber dabey zugleich das Aergernüß wegnehmen/nemlichen/das böse Concept welches den Beleidigten von den Beleidigern ist gegeben worden.

Muß sich enthalten 1. des Zorns / daß er niemand ohne Ursach anfeinde / auch um empfangener offension willen / sich nicht selbst räche. 2. Muß sich enthalten des Neids daß er andern der vor ihm in höhern Stand sitzet / sein Glück nicht mißgönne. vid. supr. c.32.n. 13.& 14. 3. Soll er auch über des andern Ungemach und Ubel ergehen/sich nicht freuen/ viel weniger den jenigen der ihn offendirt, zu ruiniren gedencken. 4. Seiner Eltern und Vorfahr Schweiß und Blut nicht unnützlich durchbringen / vid. supr. c.12. n.15.16.&21.22. wobey er sich im Gewissen zu examiniren / ob er auch jemals/vor die Gnad die ihn GOtt darunter erzeigt / wann er ihn von GOTTSFURCHTIGEN / ob schon nicht allzeit reichen begütterten Eltern geborn lassen werden / demütig gedancket. Oder wann er in Unglückseligkeit und Elend geborn / auch Armut und Dürfftigkeit empfindet/ob er auch sein Creutz gedultig trage/an Gottes Güt und Barmhertzigkeit gedencke/ sich derselben tröste oder hingegen vielmehr (welches schröcklich zu seyn!) an Gottes Hülff und Vätterlichen Vorsorg zweiffele / oder nur einigen Mißtrauen setze/welches eine grosse Sünde/daß GOtt darüber

verursachet wird solchen Zweiffeler nimmermehr gedeyen zu lassen. Dann muß ein jeder auch im Gewissen erforschen was er für böse lasterhaffte affecten mit sich in seinen Busen herum trage / ob er hitzig / zornig / ungestüm / zänckisch / neidisch / mißgünstig / geitzig / halßstarrig / boßhafftig / unzüchtig / geil / lasterhafft / verschwendisch / etc. gewesen und noch sey / und da er sich einer und andern Mängel und Gebrechen schuldig befind / dahin täglich und stündlich trachte / wie er solchen Lastern Abbruch thue: Dann so lang der Mensch solches nicht thut / so werden ihm seine lasterhaffte affecten immer fort und fort zu Sünden reitzen / und er wird sich drüber kein Gewissen machen / weil die Gewohnheit der Sünd / die er so schlecht bey sich erweget / und derowegen GOtt niemals um Verzeihung bittet / ihn ins zeitlich und ewig Verderben unvermerckter Ding stürtzet.

CAPUT LVI.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Conscientia est Syllogismus practicus, cujus major propositio est Lex Dei, per Minorem subsumimus actiones nostras, vel bonas, vel malas, & per conclusionem easdem vel approbamus vel improbamus.

II. Traditur in reprobum sensum ad facienda ea, quæ non conveniunt, qui Deum verè non agnoscit nec agnitum in voluntate sua sequitur.

III. Novem modis alienis peccatis communicamus.

IV. Con-

IV. Consule conscientiam si sentis iram divinam, utrum semel vel iterum gavisus fueris casu inimici tui.

V. Damnum alteri datum, ex conscientia quis resarcire debet: Damnum patiens autem contentus esse debet æquivalenti precio.

VI. Temetipsum, licet injuriatum, ulcisci non decet, sed vindicta Deo vel Magistratui erit reservanda.

VII. Qui Deo tempus & modum ultionis præscribere ausus fuerit, lædit majestatem divinam.

VIII. Tenetur quis alterum, inprimis amicum, honore prævenire, &

IX. Dissimulare injuriam, quod est sapientis.

X. De conscientia quilibet tenetur pacem inire cum proximo in causa injuriarum.

XI. Inconsiderata locutio juramento firmata, bonâ conscientiâ retractari potest & debet.

XII. Tenetur quis de conscientiâ parcè vivere & luxuriam vitare, spurcum sermonem, amaritudinem, iram indignationem, & Blasphemiam fugere.

XIII. Scandalum præbere sauciat conscientiam.

XIV. Gratias Deo agere tenemur pró beneficiis, imò pro cruce nobis impositâ.

XV. Tenetur quis de conscientiâ, confidere Deo absq; omni dubitatione.

I.



ONSCIENTIA est Syllogismus practicus intellectu formatus, in quo *major propositio* est Lex Dei; minorem subsumimus quoties actiones nostras perpendimus, & *per conclusionem* approbamus rectè facta, vel damnamus contraria: Quam approbationem in corde sequitur gaudium, ècontra condemnationem dolor. Quem ordinem colligendi *Lex naturæ* nobis indidit, per quam Deus voluit in creatura rationali esse notitiam sui judicii eidemq; executionem certò accedere, ut sit testimonium de ipso, ostendens esse Deum qui præcipit justa, & prohibet injusta eademq; severiter punit. Sic Rex David argumentatus in sua conscientia ad Nathanis objurgationem. *Tu es ille Vir qui patrasti hoc facinus 2. Samuel. 12. v. 7. Major propositio erat*: Scortatores & adulteros Deus judicabit, *quia scriptum est: NON MŒCHABERIS*; *Item*, qui fuderit sanguinem humanum fundetur sanguis ejus per hominem. *Minor*. Ego David adulter & patricida sum hominis innocentis & fidelis ministri. *Conclusio*. Ergò Deus me severè puniet in hac vita & post illam: Requiret enim sanguinem Uriæ de manu mea. *Major est LEX DEI*, *minor* est applicatio theseos ad hypothesin, ad personam sc. Davidis. *Conclusio est* cùm improbatione factorum h. e. scelerum & peccatorum facta condemnatio. Hanc conclusionem in malis factis nominat. *Paulus in Epist. ad Coloss. c. 2. v. 14.* CHIROGRAPHUM QUOD EST nobis CONTRARIUM *ex Lege sc. accusante* & damnante nos propter peccatum.

2. Quicunq; enim in hoc unicè non incumbunt, ut Deum rectè agnoscant, & ejus voluntatem in verbo divino manifestatum sequantur, illos Deus tradit in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conveniunt. Tradit non ut illa agerent, quæ nolebant, sed ut illa perficerent quæ desiderabant, AMBROSIUS, non incitat, sed permittit, ut ea quæ in desideriis conceperant, adjuti à Diabolo explerent in opere. CHRYSOSTOMUS. Tradit autem Deus cupiditatibus cordium ipsorum & fœdis affectibus in mentem adversam, jam repletos *omni iniquitate, malitiâ, fornicatione, avaritia, nequitiâ* plenos *invidiâ*

vidiâ, homicidiis, contentione, dolo, malignitate: susurrones, detractores, irrisores, DEUM (& omnes pios) *odio habentes, contumeliosos, superbos, elatos inventores malorum, parentibus* (& magistratui) *non obedientes, insipientes, incompositos, pactorum non tenaces, sine affectione,* absq; *fœdere irreconcilabiles immisericordes, Rom.1.v.28.29.30.31. Erunt ne talia vitia impunita? MINIME,* audi ergo pœnam: qui talia agunt digni sunt morte, non solum ii qui faciunt, sed etiam qui facientibus consentiunt, *d. c. 1. v. ult. Tu subsume:* Ego hactenus fui malitiosus, fui fornicator vel fui avarus, nequam, invidus vel fui homicida vel etiam contentiosus, detractor, Deum odio habui, vel fui contumeliosus, superbus, elatus, inventor malorum, vel fui parentibus & Magistratui inobediens vel fui insipiens, incompositus, pactorum non tenax, vixi sine affectione, absq; fœdere, vel fui irreconciliabilis, vel immisericors, *claude Syllogismum conclusione,* & ergò quia hoc vel illud feci, vel saltem alteri facienti consensum præbui & sic contestatus complacentiam in malis factis, *ideò sum morte dignus.*

3. Novem autem modis nos alienis peccatis communicare possumus, quos antiquitas hoc disticho comprehendit:

(1.)Consulo.(2.)Præcipio.(3.)Cōsentio.(4.)Laudo.(5.)Recepto.
(6.)Participo.(7.)Sileo.(8.)Non obsto.(9.)Non manifesto.

4. *S*i sentis iram Divinam in corde, consule conscientiam, utrum semel vel iterum gavisus fueris casu inimici tui, & cor tuum in ruina ejus exultaverit. Collige deinde quod Deus viderit te exultantem in gaudio, & abstulit iram ab inimico eamq; in te convertit. Tibi enim est prohibitum ne gaudeas cùm ceciderit inimicus tuus, & in ruina *ejus* ne exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam, inque Te conferat. *Prov.24.v.17.*

5. Deinde conscientia obligat quemvis ad resarciendum damnum quod proximo clam vel palam dedit. Non enim remittitur peccatum nisi restituatur ablatum *Augustinus.* Olim *jus* talionis Strictissimum observabat Lex Mosaica, quia per damni illationem auffertur proximo commodum rei domesticæ, *l.2.§.11. ff. ne quid in loc. publ. fiat.* Secundum quam damnum dans refundere debet tantum, quantum patiens petierit & Arbitri *judicaverint.* Si v. *e.* in rixa præcesserint percussiones & mors secuta fuerit, reddere

debet animam pro anima, oculum pro oculo, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore: *Exod.21.v.22.23.24.25. Deuter. 19.n.21.* qui irrogaverat cuidam maculam, sicut fecit alteri, sic fieri debuit eidem: fracturam pro fractura, damnum pro damno, & qui inflixit, maculam talem sustinere cogebatur, *Levit. 24. v.19.20.* congruit LEX. XII. TABUL. Si membrum quis ruperit è PACTO TALIO ESTO. Verùm ad hanc talionem non procedebatur ex privata vindicta, quam nemo exercere debuit *Lev.19.v.18.* Sed Magistratus autoritate, & quidem non secundum rigorem juris, sed æquitatem justitiæ. Nam læso permittebatur *arbitrium ÆSTIMANDI* suum casum, si noluerit haberi severior *secundum JOSEPHUM Historic.* ideoq; pro oculo, manu & pede amissis, licuit accipere æstimationem damni: nam hîc non tàm *identitas pœna* quam æquivalens precium considerabatur. Qui enim alteri oculum erui, manum vel pedem abscindi cuperet, non sibi prodesset, sed proximo tantum noceret, non est autem audiendus, qui nocere tantum mavult *arg. c. penult. Extra qui matrimon. accusare possunt*, proinde qui non potest sibi prodesse, dum alteri nocet, sed hoc tantum intendit ut noceat, agit contra naturalem æquitatem, *l. in summa 2. §.5. ff. de aq. & aq. pluv. arcend.* quæ naturalis æquitas ubivis terrarum apud omnes gentes & sic quoq; apud Populum Judaicum obtinuit locum. Nec etiam Christus venit perdere vel animam *Luc. 9.v.56.* vel corpus mutilare, *Joh.8.v.11.* At Christi actio nostra debet esse institutio.

6. De conscientia teneris temetipsum NON ULCISCI, nec ob sensum mali tui, quô tentaris, malum alteri optare, nedum procurare debes. ÆQUUM enim esse dicunt nostra jura Civilia, *penes te remanere injuriam sive* iniquitatem, quæ est Tibi facta quàm ad Alium transferri *l. 67. ff. de fide jussoribus* ne dicas: Ego reddam malum pro malo. *Prov.20.v.23.* redditio enim mali pro malo est prohibita *Rom.12.v.17.* nec quæras ultionem, imò ne memor sis injuriarum quibus lacessitus es, *Levitic.19.v.18.* Nam qui id facit, secundum CLAUDIANUM *ferus est*, legumq; vindictam videtur præstare sibi. Neq; enim si manus una, casu aliquo forte læditalteram, illa quæ læsa est, repercutit, nec se erigit in vindictam. Jam verò alter alteri manus esse debet. Nam solus Deus reservavit sibi vindictam & ecce Reservatum Dei, per verba: MIHI VINDICTA & EGO RETRIBUAM. *Rom.12.v.19.* qui vindictam quærit, hujus peccata Deus vindicabit eaq; non remittet semetipsum vindicanti *Ecclesiastic.28.v.1.*

7. Audi

7. Audi judicium CHRYSOSTOMI *Homilia 45. super Matthaeum*, *his verbis*: Benigni & justi judicis est suas injurias contemnere & aliorum injurias vindicare. Qui autem suas vindicat, quamvis juste vindicet, nunquam tamen justus judex esse putatur. Imò committit crimen læsæ Majestatis & majus perpetrat scelus, quam is, qui infert injuriam, QUI DEO TEMPUS ET MODUM ULTIONIS PRÆSCRIBIT, *Brentius*. Hinc non audiendi sunt, qui proximo suo, à quo licet graviter læsi, imprecantur *ex Psalm. 109.* quævis dira. Sæpius enim nesciunt an amore vel odio sint digni apud Deum. *Eccles. 9. v. 1.* & obstat ipsis præceptum prohibitivum: nolite ne quidem in *gemiscere fratres, in alterutrum, ut non judicemini.* Ecce JUDEX ante JANUAM, *Jacob. c. 5. v. 9.*

8. Tenetur quis de conscientia proximum suum diligere, & examinare conscientiam, an ipsum honore prævenerit. **Ob du ihm oder er dir mit Ehrerbietung zuvorkommen.** *Rom. 12. v. 10.* nam omnes nos invicem honorare debemus 1. *Pet. 2. v. 17.* inprimis Amicos, quia honor est fundamentum amicitiæ, secundum Authorem nostrum.

9. Consule conscientiam quid in te sit sapientiæ, vel justitiæ: Fatuus statim iram indicat suam. Callidus autem dissimulat injuriam. *Proverb. 12. v. 16.* Si in hoc vel illo negotio contra hunc vel illum statim iram indicasti *fatuus* fuisti, ratio in promptu: quia ira requiescit in sinu stulti. *Ecclesiast. c. 7. v. 10.* si verò dissimulasti iram, Callidum egisti virum. Injustus econtra fuisti, si amaritudine repletus, non operatus es justitiam Dei. **Dann der Zorn thut vor GOtt nicht was recht ist.** *Jacob. 1. v. 21.*

10. De conscientia tenetur quis pacem facere & injurias remittere. Pax enim & remissio injuriarum idem sunt *Odd. in tract. de restitut. integr. quæst. 85. n. 47. p. 3.* Hæres Christi non dicitur, qui pacem ejus, testamento relictam non habet *gloss. in. c. ad Apostolica 2. verbo pacem X. de re judic. in sexto.* Sed funditus omnem causam, unde injuriæ initium ceperunt, & lapidem offensionis radicitus tollere debet, ne ex intervallo temporis forsan illud quod alta mente repositum manet, resuscitetur & quasi recoquatur, *D. Apostolum Paulum imitare*: qui conscientiam suam scrutatur, *his verbis*: si quadam injuria quemquam affeci & dignum aliquid morte commisi, non recuso mori, *Actor. 25. v. 11.*

11. In-

11 Inconsiderata locutio, *juramento* firmata, sive ad malum sive bonum tendat, facit reum peccati, & sauciat conscientiam *Levit. c. 5. v. 4.* Nec tamen, si quis prohibitum malum in melius commutaverit, utpote *si damnum alteri quis dare juraverit*, abstinendo perjurus fit, *c. pervenit 3. X. de jure jur.* Non enim videtur pejerasse, qui ex concessa causa juramentum deseruit. *l. ult. ff. qui satis coguntur.* Quia impia promissio non aliter quam scelere adimpletur *c. in malis 5. caus. 22. quaest. 4.* ideo melius quis facit, quando contravenit voto: nam in malis promissis rescindere fidem, & in turpi voto mutare decretum, de jure non tàm licitum quàm imperatum est *d. c. 5.*

12. Tenetur quis de conscientia parcè vivere & luxuriam vitare. Honestè ambulemus, non in commessationibus & ebrietatibus *Rom. 13. v. 13.* Nam inter opera carnis recensentur, luxuria, ebrietas, commessationes, & his similia. Talia agentes regnum Dei non consequentur, *Gal. 5. v. 21.* Quanta sit inter Germanos prodigalitas & profusio, audi quaerulantem *Philippum Melancht.* his verbis: Wir Teutschen fressen und sauffen uns lahm und kranck/todt und in die Höll. Sed de hoc vitio supra *c. 40. n. 1. 2. usq; ad 12.* satis actum. Deinde quilibet extremè odisse debet omnem sermonem spurcum faul/schandbahres unnützes Geschwätz / so gemeiniglich beym Trunck entstehet/ne ex ore suo procedat, nisi sit honestus & ad exaedificationem conducens. Aliàs enim contristatur Spiritus Dei Sanctus, in quo signati sumus in diem redemptionis, omnis amaritudo & ira & indignatio & Clamor & Blasphemia, cum omni malitia à nobis tollatur. *Ephes. 4. v. 29. 30. 31.* Haec enim delicta multa praebent scandula, quibus violatur templum Dei, quod nos sumus *1. Corinth. 3. v. 16.*

13. Scandalum praebere, est non minimum peccatum, quod Christus etiam abominatur. Vae mundo à scandulis & vae homini per quem scandulum venit. Si manus tua vel pes tuus te scandalizat, abscinde eum & projice absque te. Si oculus tuus scandalizat te, erue illum & projice absq; te. Melius est tibi ad vitam ingredi mutilatum vel claudum vel unoculum, quam habere duas manus & duos pedes & duos oculos & mitti in ignem aeternum. *Matth. 18. v. 7. & 8.* Qui fratrem infirmum, propter quem Christus mortuus est, in conscientia scandalo quodam percutiunt, illi in Christum peccant, & ut audivimus, Dei templum quod est, violant, at violantem DEUS disperdet, *1. Corinth. 3. v. 18.* Quapropter si vel esca scandalizat fratrem tuum,

cum

cum D. Paulo Apostolo, non manducabis carnem in æternum, ne fratrem tuum scandalizes *1. Cor. 8. v. 12. & 13. Vide quæ dixi supr. c. 5. n. 10. & 11.*

14. Ut in omnibus gratias agamus voluntas Dei postulat *1. Thess. 5. v. 18.* quicquid sapientiæ, quicquid virtutis te habere, confidis, Dei virtuti & sapientiæ deputa, *Bernhard.* Hostia laudis sacrificata Deo, est gratissimum sacrificium *Psalm. 116. v. 17.* per deprædicationem laudis divinæ associamur Angelis, quorum officium est Deo grates persolvere dignas. O utinam in cruce & pro cruce possemus etiam Deo gratias referre. Crux enim est coticula fidei, & vera nostri Christianismi proba. Hinc Schola crucis dicitur Schola Lucis. Nam in furno afflictionis nos electos facit Deus, *Esai. 40. v. 10.* & per crucem præparat vasa misericordiæ, in quæ postea infundit divitias gloriæ suæ, *Rom. 9. v. 23.* proinde gaudium existimare debemus, cum in tentationes varias incidimus, scientes quod probatio fidei nostræ patientiam operetur. *Patientia autem opus* perfectum habeat, ut simus perfecti & integri, in nullo deficientes, *Jacob. c. 1. v. 2. 3. & 4.*

15. Tenetur quis de conscientia confidere Deo, absq; omni dubitatione, si hoc non fecerit sauciat conscientiam. Nam *dubitator* est modicæ fidei. *Matth. 14. v. 13.* & pusillanimis. *Ecclesiast. c. 7. v. 10.* hæsitat & similis est fluctui marino, qui à quovis vento movetur & circumfertur. Nec homo sub dubitatione hærens, existimet se dignum munere petito, quod nec recepturus erit à Domino. Quia est VIR DUPLEX ANIMO, ideo inconstans est in omnibus viis. *Jacob. 1. v. 6. 7. 8.* inconstantem autem & in mandatis divinis non permanentem, derelinquit Deus. *Ecclesiast. 2. v. 12.* VÆ INCONSTANTI CORDI *v. 14.* & diffidenti, ne forsan pedibus conculcetur, ut incredulus ille Dux militiæ Samaritanus. *2. Regum. 7. v. 2. & 20.*

CAPUT LVII.

De præcipuis conscientiæ capitibus.

Von etlichen Haupt-Puncten des Gewissens.

1. Muß einer sein Gewissen/ welches allein ein wahrer Ehrenstand/ nicht nach seinem Kopff abmessen / das ist er muß

nicht selbst urtheiln/was Sünd oder nicht Sünd seyn/ohne Gottes Wort: und der Geistlichen Beicht-Vätter Unterricht; Dann es seynd leider viel Menschen welche schändliche und ärgerliche Sachen begehen/weil sie aber ihr Gewissen nach ihrer Phantasey formiren/so stehen sie fest darauff/es müsse alles was sie thun/ wol und löblich gethan heissen / geben aber damit nur Aergerniß und beschemen sich selbst und ihr gantze Familien. Darum fallen sie so plötzlich.

2. Der ander Punct bestehet in geheimen und verborgenen Sünden / welche man in Gewissen wol verstehet / daß es unrecht / man will aber solch Verbrechen verbergen und solches heimliches sündigen ist der rechte Arm und Gewalt des Teuffels/ mit welcher er die Seel sicherlich dahin reist / eben darum weil der Mensch seine Sünd nicht allein vor seines gleichen den Menschen-Kindern/sondern auch vor GOtt zuverhöhlen gedencket / und ob er schon grosse Aergerniß gegeben/ dannoch GOtt kein mal um Verzeihung gebetten.

3. Soll ein jeder sich examiniren ob er auch jemals die correction oder Erinnerung seiner guten Freund/ zu seiner Besserung angenommen/oder vielmehr gehasset und verachtet/dann das ist ein gewisses Zeichen des Untergangs eines/der sich nicht begehrt zu bessern/keine correction und straffbahre Vermahnung leiden/auch die Sünd nicht erkennen noch beichten wollen.

4. Daß sich niemand einbilden soll / wann er seinen Nechsten betrogen / und könne des Betrugs halben/scheinbare Entschuldigung und Ausflucht/daß er nicht übel gethan sondern seiner Einbildung nach wolgehandelt/vorbringen/ gleichwol aber seine Sünd nicht erkennet/weniger beichtet noch GOtt um Verzeihung bittet. Dann ein solcher Betrüger/der seinen Nechsten überfortheilet/ob er schon kein Böß gethan zuhaben sich einbildet/ betreugt er doch seine arme Seel: will er aber seinem Gewissen rahten/so muß er den Betrug entdecken/und den andern den er durch böse Verleitung wider seinen des Betrogenen Willen in Unglück gestürtzet/ hinwiderum

in

in seine freye Willkührigkeit stellen h. e. er muß ihn in vorigen Stand mit Erstattung des Schadens setzen/und ihm hernach seinen freyen Willen gönnen/ob er sich weiter zum Argen verleiten lassen will.

5. Wann einer um seines Interesse und Vortheils willen Ubels gethan / gleichwol aber hernach sich eines bessern besinnet/ und über seinen Nutz und Vorthel accordiren will / so ist es zwar wol gethan/und ist der ander als ein Christ sich zuvertragen schuldig/es ist aber der Vorthelhafftige hinfüro zu vermeiden/ allein um der Ursach willen / daß die Gelegenheit zu sündigen verhütet bleibe.

6. Vor allen aber ist dieses ein grosser Anstoß des Gewissens/ GOttes gerechtes Urthel zu syndiciren/ als warum GOtt zulasse/ und nicht verhindere / daß geschehen Raub / Todtschläge / Krieg/ Auffruhr/Ketzereyen/Verrähtereyen/warum er zulasse/daß ein ehrlicher und unschuldiger Mann ermordet werde/oder auch seinen gebührlichē Stand/und was er von rechts wegen habē solte/nit erhalten könne/ingleichen daß ein unwürdiger unverdienter oder lasterhafftiger Mensch einigen Reichthum erlange/den er doch nicht meritiret, ingleichen/daß einem das tägliche Brod mangele / und dem andern sein Vermögē und Reichthum überflüssig und fast verdrüßlich seye. Also auch daß ein ehrlicher Mann will ein gutes und heiliges Werck verrichten / und solches doch zu thun nicht vermag/ oder einige Hülffe hat/und hingegen/daß ein Böswicht und lasterhaffter Mensch das Vermögen/Hülff und Mittel hat / grosse Sünden zu vollbringen/und daß ein Gottloser einen ehrlichen Mann zu commendiren und zu befehlen hab.

CAPUT LVII.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Bona Conſcientia definitur.

II. Deſcribitur qualis converſatio requiratur in hoc mundo ad tranquillandam conſcientiam.

III. Carnalis ſapientia ſauciat conſcientiam, utile & jucundum præponit honeſto & divino, nititur propriis viribus, fiduciam ponit in malitia ſua & abſcondita conſilia gerit.

IV. In ſimplicitate cordis converſantur, qui puro & ſimplici ſermone utuntur & conſcientiam quotidie ex ſumma Decalogi examinant.

V. Abſcondita ſua delicta celantes, incidunt in rete Diaboli, & manus Dei diu noctuq; eos gravabit.

VI. Peccatum niſi agnitum non poteſt remitti, ergo confeſſione opus eſt.

VII. Inſipientis eſt ſpernere animadverſionem proximi, cujus eſt officium opera maligna arguere.

VIII. Fraudem quâ proximum petiiſti, callidè tegere & exinde laudem aucupari, ſauciat conſcientiam tuam.

IX. Qui machinatur ſibi ipſi malum facere, eſt homo nequiſ-

nequissimus, qui vero alteri machinatur homo est nequior.

X. Fugienda est conversatio malorum ob conscientiam.

XI. Syndicatu blasphemantes petunt Deum, qui ipsum reprehendunt, quasi in hoc ipso, quod permittat & non impediat peccata, injuste ageret.

XII. Est in hoc mundo VANITAS, quando sunt justi quibus mala obveniunt, quasi opera egissent impiorum, & quando sunt impii, qui ita securi sunt quasi justorum facta haberent.

XIII. Explicatur hæc vanitas, & deducitur, quod impiorum novissima sint cum terrore interitus: Piorum novissima, liberatio & salus æterna.

I.



ONA CONSCIENTIA juge & perpetuum est convivium. *Prov.* 15. v. 15. & unicum solatium nostrum *Hebr.* 13. v. 19. quo miseriam humanam mitigamus: nam bona est substantia cui non est peccatum in conscientia. *Ecclesiast.* 1. v. 30 Hinc *Bernhardus lib. de conscientia definit conscientiam esse* hortum deliciarum, aureum declinatorium, ein guldenes Ruhbett/gaudium Angelorum, arcam Fœderis, thesaurum regni, Aulam Dei, habitaculum Spiritus Sancti, librum signatum & clausum in die judicii aperiendum.

2. Ut autem bonam conscientiam assequi valeamus, *ab omni etiam mala specie abstinere debemus,* in conversatione hominum. Wir sollen allen

bösen Schein meiden/ *1. Thessal. 5. v. 22.* Qualis verò conversatio requiratur ad tranquillandam conscientiam *describit Apostolus PAULUS. Nostra hac gloriatio est,* TESTIMONIUM CONSCIENTIÆ NOSTRÆ, quod in simplicitate cordis & in sinceritate Dei, *in Einfältigkeit und Göttlicher Lauterkeit/* & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo, *2. Corinth. 1. v. 12.*

3. Nunc examina conscientiam tuam, utrum in carnali sapientia *h. e. in calliditate seu versutia prophana* absq; timore Dei tecum deliberasti, quid divinum & honestum fuerit: utrum utile & jucundum præposueris honesto & divino: si præposuisti, carnaliter sapuisti, quia Genio tuo indulsisti, & deterior repertus es STOICIS, quorum Genius nec utile censuit, quod non fuit simul honestum *Cicer. l. 3. offic.* (a.) Examina conscientiam, utrum ex toto corde fiduciam in Domino posueris vel potius innixus fueris tuæ prudentiæ propriæ *Proverb. 3. v. 5.* Nam si confisus cordi tuo illudq; secutus fueris, STULTUS *eris. Prov. 28. v. 26.* Si fiduciam habuisti in malitia tua & dixisti, non est qui videt me, *sapientia simul & scientia tua te decepit.* Si dixisti in corde tuo EGO SUM & *præter me non est alter,* veniet super te malum & nescies ortum ejus, & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare precibus & veniet super te miseria quam evitare nescies *Esai. 47. v. 10. & 11.* Væ vobis qui profundi estis, ut à Domino abscondatis consilium vestrum quorum sunt in tenebris opera & dicunt, quis videt nos, & quis novit nos? perversa est eorum cogitatio, quasi verò *lutum* contra *Figulum* cogitet & dicat opus factori suo? NON FECISTI ME: & figmentum *fictori dicat?* NON INTELLIGIS, quid boni malive in me sit. *Esai. 29. v. 15. & 16.*

4. In SIMPLICITATE CORDIS conversari est puro & simplici sermone uti non composito; sit sermo vester EST EST, NON NON: quod autem

(a.) Sic Spartanis susq; deq; habentibus Lycurgi Leges, honestum fuit id quod jucundum: & justum, id quod utile. *Thucid. lib. 5.* quod ipsum ipsis acceleravit excidium. Hoc nostri Statistæ, qui talem quoque fovent opinionem vix credunt, quia non habent conscientiam.

tem his vocibus, vel affirmativis, vel negativis abundantius est, à malo suum trahit ortum *Matth. 5. v. 37.* Sic qui ambiguo & obscuro sermone utuntur plerunq; fallaces reperiuntur: nam imitantur Diabolum, qui per oracula h. e. *dubia responsa* consulentes decipere solet. Utrum conversatus fueris *in simplicitate cordis & sinceritate Dei* examinato conscientiam tuam ex SUMMA DECALOGI; An sc. DEUM tuum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente & totis viribus: PROXIMUM autem tuum sicut te ipsum dilexeris. *Marc. 12. v. 30.* si quod tibi fieri voluisti hoc & alteri feceris *Matth. 7. v. 12.* & si quid juris in alterum statuisti, eodem jure usus fueris: Econtra quod odisti ab alio fieri tibi, ne tu aliquando alteri feceris *Tob. 4. v. 16.* Ad quod principium tanquam normam Lesbiam, omnium hominum actiones & sententias referendas esse, Alexander Severus Imperator statuit, qui licet Gentilis fuit gloriosam sententiam Salvatoris Romæ Basilicis inscripsisse *Lampridius in vita ejus refert.* Hanc Regulam si secutus fueris, in gratia Dei conversatio tua subsistet & CONSCIENTIA erit secura.

5. Ad alterum hujus capitis punctum, hæc pauca notabo: Tu abscondita, abdita & latentia delicta, remotis testibus, commisisti peccata, eademq; celare studes, cave ut incidas in rete Diaboli, cui tanquam Leoni circumeunti non ignota esse possunt peccata & si ignota essent, Angelo tamen tuo, *Ps. 91. v. 11.* quem revereri debes in omni angulo, nota sunt & licet Angulum quoque lateant, omniscio DEO tamen patescunt, cujus manus nocte dieq; Te gravabit, *Psalm. 32. v. 4.* nec cogita, delicta in obscuro à te patrata, non manifestari.

Ne pecces, Deus ipse videt, tuus Angelus adstat,
Accusat Satanas & Lex, mens conscia culpæ,
Mors incerta furit, cruciat Te luridus Orcus.

Audi monentem Isodor. *lib. 2. soliloquior c. 2.* quod intus agis vel dicis palam positum puta, lapides enim quibus consciis loquimur, non celabunt & ipsi parietes, quod audiverunt, non tacebunt; si homines tacent, jumenta loquentur. Ita *divina vox*: Lapis de pariete clamabit & lignum quod inter juncturas ædificiorum est, hoc est, laquear ligneum respondebit. **Die Stein in der Mauren werden schreyen/ und die Balcken am Gesperr werden antworten.** *Habacuc. 2. v. 11.* Sic Theodoricum Gothorum Regem, qui

qui *Symmachum* innocenter gladio puniri jussit, paucis post diebus cœnantem, miræ magnitudinis Piscis decoctum caput appositum, repræsentans caput *Symmachi*, ita terruit, ut morbo correptus, paucis diebus post satis deploratum injustitiæ exemplum, animum expiraverit, *Sigon. lib. 16. Imperii occident.* Sic Bessus parricida ab hirundinibus prodebatur, quarum nidum deturbaverat hasta, ideo quod ipsum parricidam inculpaverint. *Plutarchus de sera Numinis vindicta.* Sic Ibicus Poëta Lyricus à latronibus impetitus in sylva, grues fortuito prætervolantes latrocinii vindices invocabat, illi falsè ridentes trucidant invocantem, sed nec diu post perpetratum latrocinium latrones in Foro Atheniensium, otiosi stantes respiciunt grues easdem vel alias quoq; prætervolantes, & conscientia tacti repetunt ridiculam *Ibici* implorationem, unus alteri alludens his vocibus: *Ecce Ibici vindices!* qua voce audita, Magistratui causa defertur, & post inquisitionem cœdis convicti, mortis pœna plectuntur.

6. Peccatum non potest remitti nisi agnitum, ergò quis tenetur id ipsum de conscientia proximo suo confiteri, *Jacob.5.v.16.* per verba CONFITEMINI ALTERUTRUM PECCATA VESTRA & offensas privatas, post quam confessionem sequi potest deprecatio & satisfactio damni dati. Nam peccata sua reticentibus, vel medullæ ossium exarescent, sentientibus diu noctuq; gravatam Dei manum *Psalm.32.v.3. & 4.* quia Deus ponit nostras iniquitates in conspectu suo & abscondita peccata nostra detecta apparent in illuminatione vultus sui *Psalm.9.v.8.* Ideoq; post exactissimam inquisitionem suimet ipsius, quilibet quævis capitalia peccata commissa etiam occultissima Confessario suo tenetur confiteri, *Concilium Tridentinum sess.4.c.5.* & quidem secundum *Thomam lib 4.distinct.17.* confessio octo circumstantias comprehendit, *quis? quid?* quale peccatum? cum quo? cur? ubi? quando? & quoties commiserit. Hinc apud Catholicos Romanos judiciariam potestatem habet quilibet Confessarius, pro pœna peccatis debita satisfactiones imponendi, quo respexit *noster Author*: nam sicut per remissionem peccatorum pœna *æterna*, sic per satisfactionem *temporalis* tollitur. *Thom.lib.4.distinct.17.* In Ecclesia verò Protestantium Sacerdotes hoc jus & authoritatem non habent, ut imponant satisfactionem, proinde damni dati refusionem cum effectu non possunt urgere, nec etiam adstringuntur peccatores quævis peccata enarrare. Delicta enim sua, quis omnia intelliget? *Psalm.19.v.13.* quæ verò non intelligit, quomodo

modo tàm exactè enarrare posset? AUGUSTINUS *de confess. lib. 10. c. 3. fol. 116. tale format judicium*: quid mihi cum hominibus? ut audiant me confitentem, quasi sanare possent ægritudinem meam. Sæpius enim sunt nimium curiosi ad expiscandum aliorum vitam. Idem *Augustinus de Lazaro conc. 4. tom. 1. fol. 77.* Confitere peccatum, ut justitiam assequaris; quare timidum te pudet peccata tua confiteri? Sed cave, ut homini ea detegas, qui possit tibi eadem crimina posteà objicere, ne confitere quoq; conservo tuo, ut manifestet, sed denudato vulnera tua Domino, qui ea curare potest, confitetor Benigno Deo, qui tuus est medicus. *Idem de incomprehensibili Dei natura hom. 5. fol. 402.* sentit, per verba: Conscientiam tuam exquisita indagatione excute coram Deo, examina & scrutare quid in te sit mali, & detege peccata tua Deo optimo medico. *Chrysostomus in Homil. 2. ad Psalm 50. tom. 2. fol. 16.* Non enim opus est omnia enarrare peccata. Nam illa exquisita indagatio cum omnibus circumstantiis anxia est tortura conscientiæ, quam nemo approbat. *Cassander celeberrimus Catholicus Theolog. in sua consultatione de confess. artic. 11.*

7. Conscientiæ scrupulum injicit, *amicorum correctionem negligere.* Nam sicut proximus tenetur de conscientia arguere opera tua maligna; Ita nec Tu correctus despicere debes animadversionem. Qui enim tacet ad proximi errata, ne ipsius Errantis gratia excidat, sed eâdem fruatur diutiùs, hic sauciat silentio suo impio conscientiam, ac reddit se proximi peccatis coram Deo participem. Præceptum enim Dei tibi injungit correctionem. *Levit. 19. v. 17.* argue PROXIMUM TUUM ne habeas super illo peccatum. Et cum astutus omnia agat cum consilio. *Prov. 14. v. 15.* pro consilio capiet correctionem, ne tandem cogatur deplorare statum conditionis suæ miserrimum, *his verbis*: Cur detestatus sum disciplinam & increpationibus non acquievit cor meum, nec audivi vocem docentium me, & Magistris non inclinavi aurem meam, jam in omni pene malo sum constitutus in medio Ecclesiæ & Synagogæ. *Prov. 5. v. 12. & 13.* Nam sapiens audit consilia *Proverb. 12. v. 15.* ergo qui negligit insipiens est, & licet correctio fiat cum dolore, quem corrigendus sentit, non tamen est reprobanda, melior est enim manifesta correctio, quàm amor absconditus & meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta oscula odientis. *Proverb. 27. v. 5. & 6.* percutiet me justus placidè & objurget me, hoc erit oleum capitis ad caput meum. Der Gerechte schlage mich freundlich/ das wird mir so wol thun/ als ein Balsam auff meinem Haupt/ *Psalm. 141. vers. 5.*

8. Quartum vitium, quod sauciat conscientiam, est; fraudem quâ proximum petiisti *calidè tegere & exinde laudem aucupari.* Bonus & jucundus vir dicitur qui ita disponit negotia sua, ne alteri iniqua inferatur conditio, *Psalm.112 v.5.* Wol dem der seine Sachen darnach anstellet / daß er niemand unrecht thue. Juxta mandatum Dei, nemo decipiat proximum suum *Levit.19.v.13.* Non enim habitabit in monte sancto, qui fecit proximo suo malum *Psalm.115.v.3.* Omnis iniquus motus ad nocendum fratri, in homicidii genere deputatur *c.Homicidium 28. de pœnitentia distinct. 1. caus. 33.quæst.3.* Nam omnis *iniquitas*, *oppressio & injustitia* est JUDICIUM SANGUINIS & licet gladio non occidat, voluntate tamen interficit, ut ex HIERONYMO Jus Pontificium deducit *in c.25.distinct.1.de pœnitent.d.caus.33.* Et licet poluerit mendacium in spem suam, & mendacio quasi protectionem quæsiverit, wann er schon die Lügen zu seiner Zuflucht / und Heucheley zu seinem Schild gemacht. h. e. Wann ein solcher Bößwicht schon meint / er wolle sich mit Lügen durchbeissen / Grando tamen spem mendacii subvertet & protectionem Aquæ inundabunt, so wird doch der Hagel solche falsche Zuflucht wegtreiben / und Wasser werden den Schirm weg schwemmen. *Esai.28.v.15. juncto vers.17.*

9. Qui machinatur sibi ipsi malum facere homo est nequissimus. Es ist ein Ertzbößwicht / der ihm selbst schaden zufüget / si verò alteri machinatur malum homo est nequior. *Proverb.24.v.8. quia debet diligere proximum ac semetipsum* ac considerare non, quæ sua sunt, sed & ea quæ aliorum, *Philipp.2.v.4.* Er soll nicht sehen auff das Seine / sondern auff das was des andern ist / nemlich was zu Nutz des Nechsten gereichet.

10. De fugienda conversatione eorum, qui semel mali fuerunt reperti, noster author agit, & Apostolus Paulus videtur ipsi adstipulari *1. Corinth. 5. v.11.* in illis verbis: Si is, qui frater nominatur aut est avarus aut maledicus, aut rapax, (de fornicatore & idololatra, alibi etiam dictum) cum ejusmodi nec cibum sumere licet; tandem cum epiphomemate claudit. AUFERTE MALUM EX VOBIS IPSIS! ô utinam possent boni, sed deest ipsis facultas eradicandi zizaniam! ratio autem, quare sit vitanda conversatio malorum, JCti hanc dare consueverunt, quia sc. malus semper præsumitur talis & quando in uno malo versatus est, fit suspectus in altero, *l.inter.3.§.1.ff.suspect.tutor.*

quid

quid enim homo ad malitiam semel deditus non invenit nec excogitat? *Novell. 72. in fin. pr.* præcipuè hodiernis temporibus, dum malitia crescit *c. vices 2. Extravag. de Treug. & pac.*

11. Syndicatu petere DEUM *id est*, Deum ut liberrimum agens in divina sua universali gubernatione reprehendere, est mortale peccatum junctâ Blasphemiâ, quasi in hoc ipso, quod permittat & non impediat peccata, injustè ageret. STOICORUM *quidem sententia fuit hec:* quicquid agit causa secunda, illud non nisi cum concursu causæ primæ & universali necessariò agit & operatur, *sive sit bonum sive malum* & sic ex perpetuo causæ primæ seu universalis cum secundarum nexu & ordine fatum necessitatis introduxerunt: Quos secuti VALENTINIANI opinantes: divina necessitate vim quandam homini inferri, quando scelera perpetrat, *teste Ireneo lib. 4. c. 47. & 48.* Verùm hi majestati divinæ multum detraxerunt. Nam si inquirimus in causam peccati, illa duplex est: *voluntas* Diaboli & *voluntas* hominis, post lapsum; uterq; avertit se liberè sua sponte *à Deo illam adversionem nec volente nec approbante* & hæserunt vagantes extra ordinem in objectis contra mandatum Dei, utriq; tamen causæ, neq; est idem modus neq; eadem vis in operando. Nam Diabolus est causa externa indirecta; voluntas humana verò causa interna, propinqua & directa, quæ semetipsum movet ad malum, ad quam malam motionem non concurrit Deus, qui voluntatem hominum ad malum non inclinat; Siquidem non est Deus iniquitatum, *Psalm. 5. v. 5.* quas odisse noscitur, *Ps. 45. v. 8.* movetur autem voluntas objectivè, per objecta rerum sensilium externa, quatenus illa movent appetitum sensitivum, qui facit, ut objectum appareat conveniens ipsi appetenti: *Apostolus Jacobus c. 1. v. 14.* ita exprimit: Unus quisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus, concupiscentia autem cum conceperit, parit peccatum, ergò secundum AUGUSTINUM pariens est CONCUPISCENTIA, partus *peccatum*, sed concupiscentia non parit nisi conceperit: non concipit nisi illexerit, *hoc est* ad malum perpetrandum obtinuerit voluntatis assensum. Significantius *Apostolus Paulus Rom. 7. v. 23.* video, inquit, aliam legem in membris meis, repugnantem *legi mentis mea* & captivantem me *sub lege peccati.* Dedit DEUS homini liberum arbitrium, & reliquit ipsum in manu consilii sui. Sed simul adjecit mandata & præcepta; dedit facultatem deliberandi, ut voluntariè ageret & eligeret, vel *vitam* vel *mortem*; *bonum vel malum*: quod ex utroq; placuerit, ei datur,

 nemi-

nemini tamen mandavit impiè agere, nec ulli dedit licentiam peccandi *Ecclesi.* *15. v. 14. 15. 21.*

12. Sapientissimus Rex SALOMON appellat in hoc mundo VANITATEM; quando *sunt justi quibus mala obveniunt, quasi opera egissent impiorum*: & quando sunt impii qui ita securi sunt, quasi justorum facta haberent, *Ecclesiast. c. 8. v. 14.* Vanitatem autem nominat hanc contingentiam, non ob aliam causam, nisi ut eam vitam desideremus, quæ *sub sole omni vanitate caret*, &ècontra veritatem in se contineat. In diebus tamen vanitatis suæ interest plurimum, utrum homo resistat an obtemperet veritati; & utrum sit expers veræ pietatis an particeps, non propter hujus vitæ vel BONA acquirenda vel MALA fugienda, VANESCENDO TRANSEUNTIA, sed propter futurum judicium, per quod erunt & bonis bona & malis mala, sine fine mansura. *Augustin. de civitat. Dei lib. 20. c. 3.*

13. Neq; est reformandus Deus, qui sæpius piis & fidelibus miseriam cum aceto infundit, impiis & superbis verò divitias & honores indulget, neque ex hac vel alia causa in jus trahendus *Hiob. 14. v. 3.* (*b.*) Nam pium Regem

(*b.*) Intellexerunt hoc etiam Gentiles: *ita enim Cæsar l. 1. de bello Gallico refert:* Consueverunt Dii immortales, quò gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere, & XENEPHON *lib. 6. Hist. Græc.* Consuevit Deus parvos magnos facere, magnos verò parvos. Explorant adversa viros. In jugi felicitate virtus obscuratur: In adversis verò effulget. Theodosio Magno Imperatori fuit Aulicus minister RUFINUS, quem ex infima sorte ad summum dignitatis gradum evexit: Tandem ipsum Administratorem Imperii Orientalis pro Tutela Filiorum ARCADII & HONORII reliquit, sed tanto honore elatus ex bono pessimus fuit factus, scelestissima ausus est facinora, non contentus ferè omnia apud Imper. Arcadium posse, *Alaricum Gothorum Regem* attraxit in (*)

gem Israelis Davidem quoq; tæduit iniquorum pacem, peccatorem non absq; zelo videns. Es verdroß ihm auff die Ruhmrähtigen / da er sahe/ daß es den Gottlosen so wol gieng/ *Psalm.73.v 3.* Ecce, inquit, ipsi peccatores abundantes in seculo obtinuerunt divitias: Ego verò sine causa justificavi cor meum, & inter innocentes relatus lavi manus meas, flagellatus sum toto die & castigatio mea in matutinis reiteratur, ad nihilum redactus sum *jumentum factus sum* apud te DOMINE. Sic dicebam, ita cogitabam & ecce meo præmaturo judicio, mi Deus, generationem tuam (per quam pii intelliguntur, qui filii Dei indigitantur) facillimè reprobassem. Tentavi equidem ut cognoscerem sed laboriosa nimis & intricata quæstio erat, vel ut *Augustinus* ait labor erat ut murus mihi obsistens. Donec intrarem in sanctuarium, SPIRITUS SANCTI sc. officinam, indq; ea melius informatus *NOVISSIMA Eorum* (*impiorum*) intellexerim; Dictum enim mihi fuit: OBSERVA EXITUM: NOTA NOVISSIMA TALIUM. Siehe das End an/am End ligt der Sanck / in fine videbitur cujus toni.

(*) Græciam qui plerasq; urbes sanguine & direptionibus vastavit, Rufino è turbidâ Repub. præbiturus majoris potentiæ materiam. *Sozom. lib. 1. c. 1. & Nicephor. l. 13.* Eodem tempore vivebat Claudianus Poëta à fide christiana alienus & pervicax paganus, respiciens scelestam vitam & actiones nefarias tam protervi & perfidi Nebulonis diu impunè peccantis, dubitare cœpit an Deus sit? tandem cum Rufinus pœnam capitis luebat & ipse caput illius amputatum per Constantinopolin hastæ infixum à militibus circumlatum viderat, *Chron. Hed. Socrat. lib. 3. c. 1.* tumultum cogitationum suarum posuit, *relictis his versibus.*

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem
Curarent Superi terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent, mortalia casu, &c.
Abstulit hunc tantum RUFFINI *pœna tumultum.*
Injustos crevisse queror: *TOLLUNTUR IN ALTUM*
UT LAPSU GRAVIORE RUANT &c.

Hæc autem sunt NOVISSIMA. Tu DEUS, posuisti eos in lubrico & dum allevantur, eosdem dejicis, ecce subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem. Quia tu prosternis eos, ut intereant, velut somnium & phantasma evanuerunt. *Imagines* eorum despectas reddidisti, *IMAGINES hoc est* quibus statuæ honoris positæ erant, non sine ipsorum ignominiâ confringantur, & liberi qui imaginem parentum repræsentant peribunt cum genitoribus; Sicut milites Cæsare Maximino trucidato, etiam filium ejus Pupienum trucidabant Romam scribentes: *de pessimo genere ne catulum esse relinquendum*, quod pœnæ genus & Imperator Mauritius in se & posteritate sua compertus fuit. *Et ut contraria juxta se posita magis elucescant*; Sic pictura vanæ felicitatis impiorum, veram nobis Filiorum Dei prosperitatem egregiè illustrat, sunt *IMPII FILII HUJUS SECULI*, *Luc. 16. v. 8. Pii verò, GENERATIO FILIORUM DEI*, illi in lubrico constituuntur, hi in solido: illi dejiciuntur, hi ad summam felicitatem extolluntur: illi intereunt, hi salvantur: illi terroribus consumuntur, hi placidè in Christi brachiis obdormiscunt; illi intereunt subito: hi citò liberantur. Illi somnio felicitatis deluduntur; hi veluti somniantes resurgent, dicentque MAGNIFICE NOBISCUM EGIT DOMINUS, ideò lætamur *Psalm. 126. v. 3.* Ergo concludit pientissimus Rex David. *Psalm. 73. v. 28. Mihi ADHÆRERE DEO BONUM* est, ponere in Domino meo spem meam: spes enim non confundit *Rom. 5. v. 5.* & sperantem in Dominum misericordia circumdabit, *Psalm. 32. v. 10.*

CAPUT LVIII.

De Nævis generalibus conscientiam sauciantibus.

Sonst seynd beyhero auch diese Gebrechen dem Gewissen verhinder- und schädlich.

1. Wann einer sich mit der Flucht salvirt / und zu verantworten nicht getrauet.

2. Wann er aus negligentz und Ohnachtsamkeit seine Sach nicht überleget / noch bedenckt mit wem er umgehet / und was seines Ampts und Schuldigkeit sey.

3. Wann

3. Wann einer den Lauff Rechtens hemmet/ und die Obrigkeit verwirret und behindert/ daß sie/ die ware Gerechtigkeit nicht ergehen lassen kan/welches ein Stücklein der bösen Advocaten.

4. Wann einer spottet mit GOtt und seinem Wort/ vid. c. 22.n. 11.12.& 13. nicht straffet was Lasterhafft und Böse vid. supra c.41.v.30.&c.prac.n.7. sondern reitzet noch den andern zur Sünd/ damit er ihn verklagen und drüber in Unglück bringen möge/vid. supr.c.29.n. 13.& c.33.& 9.

5. Es examinire ein jeder sein Gewissen/ wie er an verarmeten/betrübten Leuten Mitleiden gehabt/was vor Werck der Barmhertzigkeit er ihnen erwiesen.

6. Item wie treuglicher sich der Beträngten Sach angenommen/und der Beschimpfften Leib / Gut und redlichen Namen vertretten/ob er auch schon darüber in Unglück gerahten. Er erwege gar wol/ob ers ihm also zu Hertzen gezogen/als wanns ihm selbst begegnet/und seine eigene Sach gewesen / oder ob er dazu ihrer gespottet/ und damit verdient/daß er dem gerechten GOtt ein Greuel worden. Prov.24. v. 8.

CAPUT LVIII.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Male sibi conscius Judicem pati non potest, sed fugam arripit.

II. Fidelitas in officio requiritur, neglectus autem officii lædit conscientiam.

III. Fides & Charitas omnes nostras actiones debent concomitari.

IV. Con-

IV. Contra fidem & Charitatem facit, qui ſuadet alteri delictum: Si verò ad peccandum incitatum poſteà accuſat, incarnatum agit Diabolum.

V. Sauciat Conſcientiam, ſceleratum ad officium pro movere.

VI. Qui ad officium quodvis aſpirare vult, debet vires ſuas cum onere ſubeundo meteri, nec quicquam ſuffragii nomine dare.

VII. Juſtitia non eſt retardanda neq; à Judice, neq; ab Advocatis. Aliter facientes graviter lædunt conſcientiam & Deum, qui non eſt Elongator judicii, in gubernatione ſuâ, quam ſtabilire ſolet per juſtitiam, remorantur.

VIII. Verbum Dei ſtolidè interpretantes & Calumniantes graviſſimum ſentient pœnam.

IX. Beneficentia erga afflictos, & paternus affectus erga viduas & orphanos, tranquillam reddit conſcientiam.

I.



Oſter Author porrò recenſet aliquos conſcientiæ nocivos næ vos: Inter quos primo loco fugam ponit, quaſi & hæc ſauciaret conſcientiam. Male enim ſibi conſcius judicem pati non poteſt, *Actor. 7. v. 27.* ſed fugam arripit. *Hinc Reorum fugere proprium. Bart. in l. de die 8. pr. ff. ſatisd. cogantur.* Sic propter juſtitiam animadverſionis multi

multi se in arenam dant, hoc est, fugiunt, celant se & extrema tentant, ut loquitur textus in *L. fin. ff. de fugitiv.* concordat sacra scriptura: nam omnis qui male agit, odit lucem & non venit ad lucem, ne scilicet arguantur opera ejus, *Joh. 3. v. 20.* proinde fuga indicium quandoque facit ad torturam *Rosbach. in process. criminali tit 5. c. 9. n. 5. & 6.* imò est præsumptiva probatio, quæ ex fuga Rei oritur & in delictis occultis ad ipsam etiam condemnationem sufficit, ut *Carpzov. prax. crim. p. 2. quæst. 60. n. 28. deduxit.*

2. Bona conscientia requirit fidelitatem in officio: Neglectus autem officii lædit conscientiam, qui enim fideliter fungitur officio, ille omnem implet justiam secundum Christi actionem *Matth. 5. v. 15.* econtra qui negligit vices suas, ad-implet omnem nequitiam. Fidelitas enim ut maxima virtus in dispensatoribus & ministris requiritur. *1. Corinth. 4. v. 2.* *Hinc notabiliter sanxerunt Impp.* ARCADIUS & HONORIUS, quod nemo ex officialibus & ministris, de infideli interversione convictus, id rursus officium, in quo semel deliquit decoquendo, regerere debeat, licet etiam rescriptum Imperiale clandestina supplicatione ad restituendum impetraverit *l. si aliquid 12. C. de susceptoribus.*

3. FIDES & CHARITAS, in omni actione nostra, sunto Regula & norma nostri officii. Nam omne quod non est ex fide peccatum esse censetur, *Rom. 14. v. ult.* h. e. QUICQUID homo facit, si non certus est ex verbo Dei rectè se agere, sed dubitat adhuc, *actus ipse de quo dubitat, est peccatum.* Deinde opera nostra debent concomitari charitatem. Si enim absque charitate procedunt, nec Deo, nec proximo sunt accepta. Dilectio proximo malum non operatur, sed est plenitudo legis. *Rom. 13. v. 10.* & vinculum perfectionis *Coloss. 3. v. 14.*

4. *Contra fidem & charitatem agit*, qui vel per se vel per alium, suo tamen nomine iniqua suppeditat facta. Hinc qui suadet alteri delictum, ad idq; incitat & impellit, vehementer sauciat conscientiam. Nam eo ipso peccanti operam dare dicitur. *Br. in L. in furti 50. §. ope. 1. in fin. ff. de furtis* & eadem debet puniri pœnâ, certis concurrentibus circumstantiis, quas notat *Socin. cons. 188. Vol. 2.* sicut enim correi in causis contractuum civilibus singuli in solidum tenentur, *§. duo pluresve. Instit. de duobus reis*, quia in cujusq; persona propria singulorum consistit obligatio, *l. 9. §. ult. ff. eod.* ita & inter correos in causis delictorum criminalibus, tenetur quilibet in solidum

L.7.§.fin ff. de jurisd. proindè ejusdem criminis reus, meritò abstinere deberet ab accusatione alterius correi *ex ratione quam supr. c.33.n.9. allegavi.* Si autem nec hoc attendit, sed insuper is ipse, qui incitavit alterum ad peccandum, eundem post patratum peccatum criminis reum facit in judicio, *incarnatus est Diabolus.* Nam eodem modo operatur Sathanas omnem seductionem iniquitatis in hominibus *2.Thessalon.2.v. 10.* & seducit universum mundum *Apocal.12.v.9.* eamq; ob causam ipse Catenis inferni cruciandus in judicium magnæ diei reservatur. *2.Petr.2.v.4.& Epist. Jud.c.un.v.6.* nihilominus tamen stat coram Domino inter Filios Dei. *Hiob. c. 2. v. 1.* & quosvis peccatores diu noctuq; accusat. *Apoc. c. 12. n. 10.* Sic suasit Judæ Salvatoris proditionem; quam in cor ipsius immisit. *Johann.13.n.2.* & idem fuit, qui suasit desperationem, quam insecuta est internecio suimet ipsius, quam Sathanas per strangulationem promovit. *Sic legitur in Vitis Patrum,* quod Sathanas cuidam Eremitæ in specie Angelica apparuerit, eidemque suaserit parricidium, dicendo ad Eremitam: jam jam veniet Diabolus in figura patris tui gerentis ligonem ea mente, ut te occidat, proinde prævenito Tu ipsum, apprehende Ligonem & ipsum occide; quo facto Eremitam dolosè seductum ut Parricidam coram Deo accusavit. Ecce Suasorem & simul accusatorem delicti patrati.

5. Sauciat conscientiam Promotoris, qui sceleratum ad officium, quo indignus est, evehere nititur, nulla alia de causa quam lucri querendi causa. **Wann er einen Unwürdigen befördert** per dativum casum, **um Geschencke willen.** Sed hodie proh dolor! sæpius promoventur pessimi, & defenduntur sub calva ista excusatione: Licet meus minister sit nequissimus, nec ego ipsi fidam, aliis tamen meis officialibus est terrori, quia in ipsorum negligentiam astutus, propter innatam nequitiam, inquirere valet, & per fas & nefas ærarium augere, nefas pudendum audiri hoc inter Christianos, & tamen auditur.

6. Sauciat econtra conscientiam promovendi, qui ad officium aspirare vult, nisi prius vires suas cum hoc, quod est subiturus, onere metitus fuerit: Nam si impar est, abstineat, & ad id cum metu etiam, cui se sufficere existimat, accedat, *c.27.caus.1.quæst.1* qui autem officium publicum corruptis precio suffragiis mercatur, in crimen ambitus incidit. *L. un. ff. de L. Jul. Ambitus. l.ult. C.ad L. jul. repetund.* & meretur pœnam deportationis, *l. un C. ad L.*

ad L. Jul. de ambit. sic qui pro sacerdotio consequendo aliquid dedisse detegitur, à sacerdotio retrahitur & perpetuæ infamiæ damnari potest, *l. 31. in fin. C. de Episcop. & Cleric. Nov. 123. c. 2. §. 1.* quare enim currunt quos non mittit Deus. *Jerem. 23. v. 21.* desiderare quidem potest quis Episcopatum *1. Timoth. 3. v. 1.* & petere præturam. *l. 3. ff. de offic. Prætor.* sed utrumq; fieri debet precibus, non precio. Magistratuum enim nundinatio omnis improbitatis audit initium & finis *Nov. 8, c. 7. junct. Nov. 17. c. 1.* quilibet enim pecuniam in emptione alicujus officii expositam, recuperat à Subditis, eosdem torquendo & vexando, *Menoch. lib. 2. arbitr. jud. cas. 401. n. 11.*

7. Cum Deus sit justus & ipsa JUSTITIA *Dan. 9. v. 7.* apud Deum autem nulla sit mora, nec existat ELONGATOR judicii ut protrahat jus *Eccles. 35. v. 22.* conscientiam graviter lædunt, qui aliter procedunt, cum VICES DEI omnes sustineant seculares Magistratus. Procedant autem in administrandâ justitiâ cum charitate ubi enim CHARITAS non est, ibi non potest esse JUSTITIA *c. 29 caus. 24. quæst. 1.* nam refrigescit Charitas, ubi iniquitas abundat *Matth. 24. v. 12.* valde peccat JUDEX qui cum veritatem habet, vadit per ambages *c. un. Ff. de nov. form. fidelitat.* Vel Advocatus quando est confusor litis & causam, quæ vel una sæpius horâ componi possit, protrahit, ne Justitia per annos plures possit administrari *Adam Kellerus lib. 1. de offic. jur. pol. c. 28.* Nam qui justitiam protelat, ejusq; cursum sistit, est similis ei, qui Deo illudit, eumq; quasi à gubernatione divinâ, quam stabilire solet per Justitiam, retro trahere vel ad minimum in eadem remorari conatur, si ergò puniretur, ut læsæ majestatis divinæ reus, non haberet, de quo conqueri posset.

8. Qui legem Dei quærit, replebitur ab ea, sed qui insidiosè agit, *hoc est*, qui velamentum, pro suo peccato quærit, quivè scrupulosè verbum Dei scrutatur, idq; stolide secundum rationem naturalem explicat vel calumniatur, quando scilicet inanem verborum corticem calumniosè sectatur, ille scandalizabitur ab ea. **Wer Gottes Wort nicht mit Ernst meint/ der wird nur ärger dardurch.** *Ecclesiast. 32. v. 19.* Nam sic in leges divinas impiè agenti, impunè non cedit, & tempus sequens declarabit pœnam certò futuram, *2. Machab. 4. v. 17.* Væ illis qui illudunt Deo, ejusq; verbo. Væ lacessentibus ejus patientiam & longanimitatem in vindicandis hominum malitiis, dicentibus: Festinet Deus & cito veniat opus ejus, ut videamus appropecet & veniat consilium Sancti Israël & sciemus illud. *Esai. 5. v. 19.*

ubi est verbum DOMINI, veniat obsecrò. *Jerem.17. v.17.* Ubi est promissio Adventus ejus ultimi? *2.Petr.3.v.4.* in longum differuntur dies & omnis peribit Visio & vaticinia quævis evanescent, *Ezechiel. 12. v. 22.* At impios occidet blasphemiæ Improbitas *Psalm.34. v. 22.* repentino casu suo interibunt, ut olim urbs maritima Tyrus ejusq; cives & Principes *Ezechiel. 26.v.16.* & valde velociter confundentur. *Psalm. 6. v. ult.* Verbum enim Legis sine mendacio consummabitur. *Ecclesiast.34.v.8.*

9. Tandem quilibet conscientiam debet examinare, utrum beneficus fuerit erga afflictos *Ecclesiast.12.v.5.* an fregerit panem esurienti & animam afflictam solatus fuerit, vel egenos induxerit in domum suam *Esai. 58. v. 10.* & orietur sua lux in tenebris, si hoc fecerit *d. vers.10.* Examinabit & conscientiam, utrum erga Orphanos se gesserit tanquam Patrem & erga viduam tanquam Patremfamilias *Ecclesiastic. 4.v.10.* Qui verò calumniatur egentem pro certo sciat, quod eo ipso afficiat contumeliâ Factorem vel genitorem ejus: Econtra qui miseretur pauperis, quod in ipso honoraverit Deum *Prov. 14 v.31.* Multis si quis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis, non turpis ad te sed miser confugit: *Cicero pro Quintio.* Sed quomodo recepisti confugientem? examina conscientiam tuam: *Regula sit tibi hæc.* Contemptum seu injuriatum, qui famam suam licito modo tuetur, quoties super Honoris tuitionem damnum sibi accersivit, ne abjicito: favorabilem enim causam fovet, & adjuvari debet interpretatione justâ *Didac. Covarruv. variar. resolution lib. 1. c.ult n 5.* ne videaris AFFLICTO AFFLICTIONEM addere: nam despicere *hominem justum*, licet pauperem, econtra magnificare virum peccatorem divitem, utrumque Dei aversatur timori *Ecclesiast. 10.v.26.* nec militat cum verbo Dei contemptum *suum licito modo vindicare.* Ita Apostolus Paulus *in Epistola ad Titum* monet Eundem *Titum.c. 2.v. ult.* ne PATIATUR SE CONTEMNI.

CAP. LIX.

De scrutinio conscientiæ pro Principe & Magistratu, Consiliariis & Subditis.

NAch diesem examinire und erforsche ein jeder sein Gewissen/ in was für einem Zustand / Grad und Qualität er sich befinde/ und

und wie man in solchen Stat, Grad und Qualität sündigen könne. Ein jeder Fürst oder Person/ die einen grossen Hoff oder viel Volcks hat/ stelle sich selbst zum Exempel löblicher Nachfolg / drucke seine Unterthanen nicht zu hart/ und halte über gute justitz, damit bey ihm/ als dem Haupt/ von seinen Untergebenen / keiner den andern Unrecht thue/ oder ihm unbillicher Weiß nachtheilig sey / und so er weiß, daß in seinem Hoff ein insolenter, übermühtiger/ muhtwilliger oder ärgerlicher Mensch befunden werde / soll er solchen alsbald ab und weg schaffen / daß er nicht eine Ursache sey / zu Zwitracht/ Streit und Aergernüß/ dann es entstehen allda gar leicht Schlägereyen und Aergerniß/ wo viel zusammen kommen. Und ist hie zu mercken/ daß wann Zanck oder Hader zwischen zweyen / so in einer Fürstlichen Hoffhaltung sind/ entstehen/ er nicht alle beede zugleich wegschaffe/ sondern nur den jenigen / welcher an dem Verbrechen Schuld hat/ dann bey den Höfen ists der Gebrauch / daß wann bey einem Fürsten einer wol stehet und angesehen ist / alsdann erregen ihm die andern aus Neid unverdiente Feindschafft/ und verursachen zum öfftern Schlägerey / ihn hiedurch von seiner authorität und Ehrn-Stell abzudringen. Und hie mercke der Fürst / daß wann er einem favorisirt und Gnad erzeiget / daß er ihn zugleich damit zum Ziel setze / und mache ein solch Gnaden-Kind zum Schußblat des Neides und der bösen Zungen.

Es muß aber ein Regent wissen / wann er oder seine Ministri einen Lasterhafften Menschen beschützen oder verhindern / daß er nicht gestrafft werde/ daß so dann aller Schad / den derselbe Böß-wicht hernacher thut/ und beginnet/ auff die Seele dessen/ so ihn beschützet/ und von der Straff befreyet/ abfalle/ und ihm zur Last gereiche. Ein Fürst halte über seine Unterthanen/ suche ihr Heyl und Wolfahrt.

Eine Sache ist fürnemlich zu mercken / daß ein Fürst nichts üblers thun kan/ als wann er einem etwas giebt/ das er nicht verdienet/ dann wann dieses die andern am Hoff sehen/ nemlich / daß einer

begabet und remuneriret wird/ welcher es nicht verdienet oder werth ist/ so will ein jeder alsbald um so viel mehr für sich haben / als jener allein bekommen / und also wird der gantze Hoff voll Aergernüß/ Murrens und Unwillens. Besser ists sparsam seyn / dann allzu- freygebig sich erweisen / und hernach selbst darben. Also sollen Räht und Beampte / ob und wie sie ihr Ampt treulich und ohne Seufftzen der Unterthanen verrichten: Die Unterthanen aber/ ob sie in Gehorsam ihre Pflicht und Schuldigkeit unweigerlich abgelegt/ beederseits ihr Gewissen prüfen/ und ja zusehen / daß sie sich an ihrer Obrigkeit/ vor welche sie Vorbitt und Gebet zu GOtt abzulegen schuldig/ in keinerley Weiß versündigen.

CAPUT LIX.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Unus quisque in quo statu & vitæ genere sive sublimiori sive humiliori degat, conscientiam suam examinare debet.

II. Bonus Princeps indagatur conscientiam, utrum semper digna principe cogitaverit? & sapientiam à Deo petiverit?

III. Utrum custodiverit Legem justitiæ?

IV. Utrum rectè monentibus obtemperaverit?

V. Utrum Pastorem bonum egerit in gubernandis subditis.

VI. Bene

VI. Bene consulit conscientiæ, si subditos in eo statu conservat, in quo reperit.

VII. Examinet conscientiam, utrum peccatum peccaverit, cujus causa subditi possent puniri, & totus deleri populus.

VIII. Examinet Reditus, ne plus erogetur, quàm accepta ferant.

IX. Examinet conscientiam utrum Adulatores insolentes & scandulosos Aulicos vel dimiserit vel retinuerit?

X. Utrum scelerosum, ne puniatur, protexerit?

XI. Utrum liberalitatem erga meritos vel immeritos exercuerit?

XII. Consiliarius examinet conscientiam, utrum ambulaverit in justitiâ, semper veritatem locutus, & avaritiam ac munera aversatus fuerit?

XIII. Subditi examinent conscientiam utrum obedientiam cultum & honorem Principi, ut Potestati à Deo ordinatæ, præstiterint?

XIV. Utrum Legibus & constitutionibus lubenter & ex animo obtemperaverint & fuerint parati ad omne opus bonum à Magistratu ipsis injunctum.

XV. Utrum devotas pro Salute Principis preces ad Deum fuderint vel econtrà diras imprecati fuerint.

I. De

I.



Ebet unusquisq́; conſcientiam ſuam examinare, in quo ſtatu, gradu & qualitate vel conditione ſeu vitæ genere degat, & quomodo in tali ſtatu, gradu & qualitate poſſit peccari, patebit hoc ex proponendis ſubſequentibus exemplis.

2. Bonus Princeps examinat conſcientiam, utrum ſemper digna Principe cogitaverit, ob er auch allzeit Fürſtliche Gedancken gehabt/und drüber gehalten *Eſai. 32. v. 8.* (*a.*) utrum juxta monitum ſapientiſſimi Regis Salomonis dilexerit ſapientiam ut in perpetuum regnare poſſit. *Sapient. 6. v.23.* Nam lumen ſapientiæ prælucere debet ei, qui populo præeſſe debet, *v.24.* Et Rex ſapiens erit ſtabilimentum populi ſui *v.27.* (*b.*)

3. Sa-

(*a.*) Rex eſt qui poſuit motus & diri mala pectoris, quem non ambitio impotens & nunquam ſtabilis favor vulgi præcipitis movet. *Senec. in Thyeſt.*

(*b.*) Proinde Salomon petiit à Domino non divitias ſed Sapientiam: DA MIHI DOMINE COR DOCILE, UT POSSIM POPULUM JUDICARE ET DISCERNERE BONUM ET MALUM. 3. *Regum* 3. *v.* 9. & datum ipſi fuit Cor Sapiens & intelligẽs, ut omnes mortales ſuperaverit ſapiẽtiã. & quæ non poſtulavit dedit Deus, addidit enim DIVITAS & gloriam. *Divitiæ* ſunt additamenta, quæ verbum Dei quærentibus adjiciuntur. *Matth.* 6. *v.* 33. denotant nudum adjectum eine ſchlechte Zugab/ſo einem aus freyen Willen zugeworffen wird. Sapientia igitur eſt de ſubſtantia Regiminis, è contra divitiæ ſunt caduca accidentia.

3. Sapiens autem erit, si scilicet rectè judicat & custodit Legem Justitiæ: secus si facit, conscientiam sauciat & durissimum judicium accipiet, cumècontra Exiguo cuivis misericordia patet, potentes enim potenter tormenta patientur. *v.5.6.7.*

4. Sapientiæ autem opponitur imprudentia, quando Principes non satis intelligunt officia gubernationis, aut rectè monentibus non obtemperant, sed mordicus retinent, semel conceptas sententias & præferunt hominum Furiosorum sive Adulatorum consilia rectis & moderatis (c.) vel præferunt juniores Consiliarios Senioribus, horum consilia negligentes, illorum votis inhærentes, ut Rehabeam fecisse legitur *3.Reg.12.v.8.* (d.) Viros

 san-

(c.) Vilissima quandoq; mancipia magnis imperant Regibus, eosq; quocunq; libet impellunt. Sic Alexander Magnus à Thaide scorto, & Bagoa Spadone turpissimo ad immania fuit impulsus facinora. *Curt. lib.5.& 10.*

(d.) Seniores sunt audiendi, nam dies vel in diebus senectus loqui & annorum multitudo docere potest sapientiam. *Hiob.32.v.7.* Hinc elector Saxon. *Fridericus* dicere solitus est: Die Alten/ die Besten/ ad omnia rectius sapiunt SENES; quamvis verum quoq; sit, quod non semper senes intelligant judicium & justitiam *d.c.v.9.* proinde probaverit Princeps illos in votis suis, quæ sit utilitas & necessitas eorundem *Ecclesiast. d c.37.v.9.* possunt enim senes esse infantes dierum, qui impia & frivola consulunt. Hi conferuntur pueris, licet centum annos vixerint sein Knaben von hundert Jahren/ *Esai.65.v.20.* delirant enim aliquando Senes, dann Alter hilfft vor Thorheit nicht/ ut communi proverbio loquimur.

sanctos consulant, *Ecclesiast.37.v.6.* non privatum suum commodum quærentes, qui dicuntur consiliarii in semetipsis, die da rahten auff ihren eigenen Nutzen/ *d.c.37.v.8.* & privatum anteponunt publico commodo *de quibus vide supr.c.27.n.13.* annuant semper Principis placito, dicentes: BONA EST VIA TUA, licet videant pessimam. Hi sunt, qui sæpius stant à contrario, videntes quid Principi suo ex *blandiloquo voto* evenire possit *d.c.37.v.11.* Hos increpat *Seneca in Agam:* quid voce blandiloquâ mala consilia dictas? SOLONIS *potius apophtegma observa,* Principi si consulis, consule non dulciora sed optima, *Agath.lib.1.Capital.in Gordian.3. de qua imprudentia* in consilio vel rogando vel dando *David.in Psalm. 95. v. 10.queritur:* semper hi errant corde suo, quos imprudentia errare facit, in via vocationis suæ.

5. Examinabit conscientiam, utrum bonum Pastorem egerit? cujus officium est vel secundum Tiberii enunciatum *tondere pecus non deglubere,* nam si gregem dederit in rapinam (*Quæstorum,*) & oves in devorationem (*Cameralium*) sive *Nobilis Prosapia* laxaverit potestatem supprimendi subditos, vel eosdem militibus eorumq; præfectis dederit in rapinam: vel si pastor semetipsum paverit, deseruit verò & non quæsivit gregem sibi commissum, ad illum dicet Dominus: Ecce ego requiram de manu tua gregem meum, & cassabo Te Pastorem, ne ultra pascas gregem meum, neve hic Tibi relinquatur in prædam ulteriorem *Ezech. c. 34. v. 8.9.10.& 11.* (e.) Hanc cassationem nemo melius intelligere potest, quam qui legerit *Scriptores* rerum Germanicarum. h.e. Historicos, qui à tempore CAROLI MAGNI, Germanorum Imperatoris Primi in retronumeratis VIII. seculis, Regnorum, Principatuum, Comitatuum vel Rerumpubl. & Familiarum decrementa annotarunt, quomodo sc. Romano-Germanicum Imperium in suis Magnatibus & Proceribus succreverit & iterum defecerit, & videbit innumeras Familiarum extirpationes & totidem possessionum translationes, è quibus veteres migrare coacti fuerunt Possessores.

6. Bene autem consulit conscientiæ suæ, si subditos in eo statu conservat, in quo reperit. *l. neminem 64. in fin. C. de decurionibus* ita enim plerumq;

(e.) Nam si cum Nerone id agas, ne quis quicquam habeat, in gravissimam offensam odiumq; incidas necesse est. *Tacit. lib. ann. 16.*

runq; reversalibus se obligat: *quo statu vos subditos invenio*, in eodem vos conservabo, *Roland. à valle cons. 1. n. 104. lib. 1.*

7. Examinet conscientiam, utrum peccatum peccaverit, cujus causa subditi innocentes possent puniri. Nam communi proverbio dicitur:

Quiquid delirant Reges, plectuntur Achivi.

Sic Rex David, bonus alias Pastor populi sui, cum Angelus Domini populum peste percuteret, lamentabiliter clamabat: *Ego peccavi, Ego inique egi* OVES AUTEM ISTÆ QUID FECERUNT? sit quæso manus tua contra me & contra Domum Patris mei *2. Samuel. 24. v. 17.* ita Pastor bonus intercedere debet pro populo *ad exemplum Moyses*: Aut remitte peccatum eorum aut aut expunge me de libro tuo, quem scripsisti *Exod. 32. v. 32.*

8. Examinare debet reditus, ne plus erogetur, quam accepta ferant: ratio enim quæstuum & necessitas erogationum inter se congruere debent. Hanc Regulam inculcat TACITUS, quem omnes Politici adorant *lib. 13. An. c. 50.* & hoc non absque ratione, nam prodigum sequitur egestas, egestatem verò Tyrannis. *Bodin. lib. 6. de Republ. c. 2.* *(f.)* & testantur Historici Imperatorem CALIGULAM, ob præcedentem profusionem, stipem mendicare coactum. Hodie Principes Germaniæ pleriq;, quibus salus publicæ cordi esse solet, sibi colligunt thesauros, quorum ope in casu necessitatis extremo subsistere & Hostibus externis manu defensiva sese opponere possunt, quod fieri non posset, deficiente rerum gerendarum nervo, qui in parata consistit pecuniâ; Nam funesta illa calamitas *Belli Germanici tandem post 30. annos sopiti*, ut hujus parsimoniæ causa fuit; ita virtutis occasionem præbuit. Utinam, apud omnes peræq; coleretur ista virtus.

9. Examinabit conscientiam, utrum Adulatoribus locum dederit. Miseri enim sunt Magnates, in quorum aulis regnant Adulatores. *Senec. lib. 6. d. benef. c. 30.* qui persuadent falsa. *Curt. suppl. lib. 1.* noxia & damnosa *Justin. lib. 31.*

(f.) Si ærarium ambitiosis largitionibus exhauserimus, per scelera supplendum erit. *Tacit. lib. Annal. 2. c. 38.*

lib.31. & magis Principis evertunt opes ac HOSTES. *Curt. lib. 8.* examinabit & conscientiam Princeps, an secundum *Psalm. 101. v. 8.* homines insolentes & scandalosos, qui causam rixandi dederunt, dimiserit vel retinuerit: An innocentem cum nocenti pasificaverit, hunc cum illo expulserit, forsan ex tædio inquirendi causam & gravius odium à nocente effugiendi, quod sæpius vidimus nostro seculo ita practicari, daß man den Bösen mit den Frommen über einen Kamm geschoren. Pertinet enim AD RELIGIONEM Præsidis Provinciæ, *sive etiam PRINCIPIS* es stehet einem Landes-Regenten Gewissenshalben zu/ ne potentiores viri alios humiliores injuriis afficiant, neve Defensores eorum calumniosis criminibus insectentur innocentes *Ulpianus in L. illicitas. 6. §. 2. ff. de offic. Præsidis.*

10. Quoties enim quis protegit hominem sceleratum, aut impedit, ne castigetur, toties omne damnum, quod iste sceleratus postea fecerit, protectori suo imponitur, ejusdemq; animæ est ONERI, quia incentivum præbet delinquendi: *Audi sapientissimum Regem* SALOMONEM: Dum non profertur citò contra malos sententia, ideoq; absq; timore ullo Filii hominum perpetrant mala *Ecclesiastes cap. 8. v. 11. vid. supr. c. 55. n. 8.* & dissimulatione Magistratus corroborantur criminosi, *l. fin. C. de incest. nuptiis*, proinde judices & omnes justitiæ ministri, si à tenore datæ legis desistunt: h. e. *qui mitiorem Lege sententiam proferunt*, pro privatis habentur, *l. prohibitum 5. C. d. jure fisci X. 1.* & præsumuntur privata pactione remittere pœnam *ordinariam, quæ est publica correctionis.* At verò Legibus nostris prohibitum est, publicam coercitionem tollere privatâ pactione. *L. illud 5. pr. ff. d. pact. dotalibus.* Exemplum memorabile *legimus in Annalibus Galliæ de LUDOVICO IX. Divo Rege Galliæ*, qui ad suggestionem aliorũ, reo capitalis criminis, gratiam fecisset, mox verò incidisset *in versiculum 3. Psalmi 106. BEATI QUI FACIUNT JUSTITIAM OMNI TEMPORE*: protenus revocavit gratiam Reo. *Memorabili sententia edita*: Principem, qui punire potest crimen, nec punit, non minus coram Deo reum esse, quam si illud ipse perpetrasset: pietatis enim opus est, & non sævitiæ, Justitiam facere. LAUDABILE EST EFFATUM REGIS, utinam in omnibus Tribunalibus audiretur.

11. Notetur illud imprimis unum, quod Princeps non possit quid pejus facere, quàm liberalitatem exercere erga eum, qui dona non meretur; quia dum reliqui Aulici vident, hominem minus meritum esse remuneratum

tum

tum statim unus quisq; inter multos tanto plus appetit pro se habere, quantum accepit unus ille, *male sc. meritus*, & sic tota Aula impletur scandalis & murmurationibus v. g. si ÆPHÆSTIONI alicui multa millia dantur, alii bene meritò vel nihil vel perpauca. Hoc vitio ALEXANDER Magnus notatur, quod in compoculatorem suum intimum *Æphestionem* præ aliis liberalitatem exercuerit. Sic *Georgius* Richter/*meminit*, uni datos esse mille aureos, quod tanta ejus virtus fuisset, ut auderet in & supra mensam cacare, idq; in medio convivio: utique erat heroicum facinus & munere dignum *Axiomat. œcom. 102.* ô teterrima Spurcities, porcis fœdissimis, nulli homini, conveniens.

12. Pro Consiliario, qui Principi ita conjunctus est, ut pars ipsius corporis esse dicatur, *l. 5. pr. ibi pars corporis nostri sunt. C. ad L. Jul. Majest.* hanc nota regulam, ex *Esai. c. 33. v. 15.* ut examinet conscientiam, utrum *ambulaverit in Justitia*, & semper locutus fuerit *veritatem*, nullo falso intermixto? utrum projecerit *avaritiam*? utrum excusserit manus suas ab omni *munere*? & obturaverit aures suas ne audiverit sanguinem & clauserit oculos suos, ne viderit malum, *id est*, qui aures & oculos suos non contaminavit sanguinis ullius reatu. Quomodo enim mala punire poterit, quæ ipsemet patravit, *vid. supr. c. 45. n. 11.* consulat conscientiam utrum sit avaritiæ deditus Avaro enim nihil est scelestius, ratio: quia habet animam suam venalem *Ecclesiastic. 10. v. 9 & 10.* Hinc avari dicuntur mala instrumenta Regiminis, des Geitzigen regieren ist eitel Schaden. *Esai. 32. v. 2.* æstimant conservationem vitæ compositam ad lucrum, quod undequaq; ex malo etiam acquirere liceat, es halten die Geitzigen den Menschlichen Wandel vor ein Jahrmarck / und vermeinen sie müssen allenthalben Gewinst suchen / *Sapient. 15. v. 12.* excitant gemitus civium & subditorum *Hiob. 24. v. 12.* Sic Avaritia maximum parit odium gubernantibus & alias omnes virtutes enervat & perimit, imò imperia sæpe numero evertit, *Eccles. 10. v. 8. plura vide* de hoc fœdissimo delicto *supra c. 3. n. ult.*

13. Subditorum conscientiam obligat S. Apostolus Paulus ad obedientiam *Rom. 13.* tenentur igitur subditi de conscientia *PRINCIPI suo*, ut Potestati à Deo ordinatæ, absq; ullâ resistentiâ parere *v. 2.* & ut Domino sive sit bonus & humanus, sive sit pravus & dyscolus *1. Petr. 2. v. 18.* morem gerere: Nam omnis ANIMA supereminentibus potestatibus subjecta

esto, *Rom.c.13. v.1.* (g.) Resistentes verò Principi, Deo resistunt & sibi damnationem acquirunt. *v. 2.* sunt autem subditi ex necessitate subjecti non solum propter iram (*qua vindicat inobedientiam pœnis meritis*) sed etiam propter CONSCIENTIAM *v.5.* quæ mandato *Dei* nixa exigit reverentiam & cultum obedientiæ. Ideo enim præstare debent Tributa, vectigal, timorem & honorem *v.7.* atq; censum *Matth.22.v.17.*

14. Te-

(g.) THEODORETUS hunc locum propter generalem locutionem ad Clericos quoq; extendit, dum ita scribit: sive est Sacerdos aliquis sive Antistes, sive Monasticam vitam professus, iis obediat, quibus sunt mandatæ Magistratus vices: clarum autem hoc est, si Magistratus cum pietate imperent, non verò si Dei Præceptis repugnent, Magistratibus parere permittitur, nempe hic obtinet quod dici solet: USQUE AD ARAS. Nam si impia mandet Magistratus, magis oportet obedire Deo quàm hominibus, *Actor. c. 5. v. 29.* pulchre AUGUSTINUS in Psalmum *125.* commentatus: JULIANUS, Inquit, infidelis extitit Imperator. Nonne extitit Apostata, iniquus Idololatra? Milites Christiani servierunt Imperatori infideli. Ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum, qui in cœlo erat. Quando volebat, ut Idola colerent & thurificarent, præponebant illi Deum. Quando autem dicebat, producite aciem, ita contra illam Gentem statim obtemperabant, Distinguebant enim Dominum Æternum à Domino Temporali.

14. Tenentur igitur de conscientia dicto Principum obedire. *Nam omni humanæ CREATURÆ* h. e. statutis & Legibus ab hominibus, qui ex ordinatione Divinâ gerunt Magistratum, constitutis, *1. Petr. 2. v. 13.* lubenter & ex animo debent obtemperare, & esse PARATI ad omne opus Bonum, à Magistratu injunctum, vel ad Reipublicæ Commodum & conservationem spectans. Et hæc obedientia est præstanda non tantum Regi & Principi, sed & eorundem Mandatariis & subdelegatis. *d. c. 2. v. 14.*

15. Tenentur etiam de conscientia pro Regibus & omnibus in sublimitate constitutis Magistratibus devotas fundere *preces, orationes & obsecrationes*, ut quietam & tranquillam agant vitam in omni pietate & honestate. Nam hoc (*UT SACRIFICIUM Psalm. 141. v. 2.*) bonum & acceptum est coram Salvatore nostro Deo *1. Timoth. 2. v. 1. & 2.* Inter alias precum formulas hæc esto: DOMINE SALVUM FAC REGEM NOSTRUM *Psalm. 20. v. ult.* ut lætemur in Salute ipsius. *d. Psalm. v. 6.* acclamare debent voce gratulabundâ: VIVAT Rex. Vivat *Princeps. 1. Samuel. 10. v. 24.* econtra non debent detrahere Magistratibus, qui *Diis* assimilantur *Psalm. 82. v. 1. & 6.* eisdemq; nec maledicere, *quia Lex Dei prohibet: PRINCIPI* populi tui non maledicas. *Exod. 22. v. 28. Actor. 23. v. 5.* in his omnibus examinent subditi conscientiam suam, utrum in hoc vel illo quid prætermiserint faciendum, vel contra id quod facere prohibitum, committendo peccaverint, & res eorum salva erit, cum salva conscientia.

CAPUT LX.

De scrutinio conscientiæ pro Duce Belli & Militibus.

Wann jemand ein General-Feld-Hauptmann über ein Kriegs-Volck seyn will/ so examinire er sein Gewissen/ solcher Gestalt:

Ob er habe seine protestation vor dem Krieg gethan (und sich verwahret) wegen aller der Schäden/ interesse und Aergernissen/ so

so der Krieg in unterschiedlichen Gelegenheiten mit sich bringen oder nach sich ziehet/und ob er das/was er thut/gezwungen thue/und nicht mit Willen.

2. Soll er sein Gewissen prüfen/ ob und was er bey der militz für Gerechtigkeit halte/ob er auch verschaffe und gebiete/ daß seine Soldaten andern Leuten kein Unrecht thun / noch in ihren Logimenten und Quartieren Gewalt üben/und fürnemlich soll er sehen/ so viel müglich/daß die Soldaten absonderlich logirt werden/ dann dieses / daß sie ihr Logiment absonderlich haben / ist die heiligste Sach/als müglich seyn kan.

3. Ob er gute Justitz unter den Soldaten selbst halte / daß einer den andern kein torto oder Unrecht thue: Absonderlich aber soll er Assistenten und Auffseher auff deren conversation und Wandel bestellen und halten/wieder die Spötter / Verächter/ und die/so eines bösen Lebens sind inquiriren, und da er wahr nimmt/daß sich ein Widerwillen oder Zanck unter ihnen erhoben/sie wieder vertragen und ohnverletzter Ehren/sie zu guten Freunden sprechen.

4. Dann soll auch der also genannte Gottes-Bann unter den Soldaten in acht genommen und gehalten werden/ dadurch die occasion und Anlaß zu Zanck und duellen verhütet bleibe / deswegen ein eigen Magistrat expresse und eigentlich zu solchen Gottes-Bann zubestellen/um zuvermeiden die Gemeinschafft und das Umgehen mit den bösen Buben und Spöttern. Quid in genere & specie de Banno populari mea fuit opinio. *Vid. supr. c. 41. n. 20. cum seq.*

5. Item soll ein General vorhero wol zusehen/ob er ein oder mehr Spitäl für die Krancken und verwundete Soldaten halte.

6. Fürnemlich soll er Achtung geben/daß kein Soldat / ob er schon ein Fürst oder sehr reicher Cavallier wäre/stattlich und köstliche/von Seiden oder Gold gestickte Kleider antrage/oder auch nur halb Seiden-Gewand oder Tücher von grossen Werth und Kosten zur Kleidung zeuge / sondern sollen alle (einer wie der ander) auff

gut

gut Soldatisch in der Kleidung gleichformig seyn / und also keine gemahlte / angestrichene oder verguldte Waffen oder Gewehr / sondern allein wie solche zum Krieg nötig / führen:

Wobey 7. ein jeder Officirer nicht mehr Diener / Bagage und Pferde halten sollen / als viel es von nöhten seyn will.

8. Soll absonderlich sich der General-Capitain examiniren, wie er habe die Ehre des Kriegs-Heers erhalten und bewahrt / solches bestehet darinn / daß seine Person von den Soldaten respectiret / geehret und hochgehalten werde / welche Ehr und respect dardurch erhalten werden kan / wann er seiner untergebener militz kein böß Exempel oder Aergerniß giebt / ingleichen wann er darob hält / daß die nachgesetzte Officirer / Haupt- und Befehls-Leute ihre Soldaten nicht übel halten und schlagen: oder sie zu Handwercken und andern Verrichtungen zur Marcketenterey oder Handlung gebrauchen / dann sie seyn zum Kriegsdienst bestellet / dem sie allein obliegen sollen.

Wann 9. Ehrenstell im Krieg ausgetheilet / oder einem und andern ein sonderbahrer Vortheil und Beförderung gethan werden soll / mag solches niemaln geschehn / man habe dann zu förderst durch den Fiscalischen Advocaten und Kriegs-Schreiber inquiriret und untersuchet / ob einem und andern ein solche Stell zu conferiren gebühren woll / alsdann und anderer Gestalt nicht / mag allein dem der es meritiret, die Beförderung gedeyen. Darum wird diese Macht allen Haupt-Leuten benommen / Fähnrich / Sergenten und Corporalen zu machen / und hingegen diß alles vermittels solcher Justitz, denen gegeben / so es gebühret.

LII CAP.

XIX. Sic quoq; sauciant conscientiam milites, qui ob induratiouem corporis illicita Magiâ, veluti arte Passaviensi vel indusio magico, utuntur.

XX. Pœna illorum temporalis est, ex communicatio ab Ecclesia Catholica.

I.



DUx vel Capitaneus Generalis alicujus exercitus, conscientiam informare debet ex volumine Legis, quod ad exemplum Ducis Israelitici Josuæ meditari necesse habet diebus & noctibus, ut custodiat & faciat omnia, quæ in eo sunt scripta, & secum erit Dominus in omnibus, ad quæcunque perrexerit, *Jos.c.1.v.8.& 9.*

2. Author noster requirit à Duce examen conscientiæ, quod consistit in facto protestationis, debet enim, inquit, examinare conscientiam suam, an sit, antequam accingatur ad militiam, protestatus de damnis interesse & scandalis, quæ bellum secum portat in variis occasionibus, & an illud quod facit, faciat coactè & non voluntariè.

3. Canonistæ *protestationem* dicunt esse vehementem affirmationem *ad c. cum qui 2. X. de dol. & contumac. in sexto.* quam licet Dux Exercitus interposuerit, & mediante illa animi sui declarationem, damnum depellendi causa, *vehementer contestatus* fuerit, non tamen securus erit in conscientiâ, quando factum protestationi contrarium subsecutum fuerit: quia protestatio facta contraria *l.60.§.6.ff.locati, Surd. cons. 271. n. 67.vol.3.* & ut hîc in genere interposita non relevat. *Cald. Pereira obs. 106. lib.2.* aut enim Dux, bello indicto, *commoratur in hostico, sive hostilis terra*, & damnum dare permissum erit, & sic securus erit absq; protestatione, nam hostem non tantum perimere *l.fin.ff.ad L. Jul. Majest.* Sed & ejusdem bona furari & prædari licet, *Bald.l.2, C.de commerc.* Hostis milites sunt Ventilatores, ventilant

lant terram eamq; spoliant, in quam irruunt. Sie fegen das Land aus/ *Jerem.51.v.2.* omne frumentum conceditur eis in cibum & quodvis vinum in potum *Es.62.v.8.* denudant homines vestimentis & tollunt vasa gloriæ, gladio concidunt mares & igni comburunt ædificia *Ezech.23. v. 25.26.* & hæc damnisatio non obligat, Ducem in conscientia: Nam bello indicto justis præsertim ex causis, quicquid deinde cædium & rapinarum consequitur, Jura BELLI defendunt. Nec apertè an ex insidiis agas ex eo tempore interest, *Xenophon in Agesilao.* Cum quis justum bellum susceperit utrum apertâ pugna vel ex insidiis vincat, nihil ad justitiam interest, inquit apud Gratianum AUGUSTINUS. *Aut verò Dux in terra, quam defendere tenetur, commoratur,* utiq; omnia damna data incolis, qui in protectionem se dederunt, resarcire debet, nec revelabit ipsum sive ante sive post bellum interposita PROTESTATIO: factum enim suorum militum in damno, sive voluntariè sive coactè dato, præstare debet. *l. 2. C. de pasc. publ. & privat XI. 60. Mornac. ad L. fin. C. de jurisdictione.* Concordat Käiserliche Reuter-Bestellung/ de Anno 1570. artic. 91 & 92. es sollen die arme Leut um ihre Schäden ordentlich bezahlt werden.

4. Sed quid nostri milites Teutonici hodie faciunt: quo sive eunt sive redeunt, constuprant, rapiunt, furantur, pulsant, abigunt pecora, pertusis vasis, sinunt effluere vinum, quid multis? Crudelius tractant suos quàm hostes, dum plus damni amicis ac confœderatis dent, quàm ipse hostis, imò immanissimus Turca, aut Scytha dare posset *Gœden. cons. 17. n. 305.* **Sed non eget hujus Doctoris attestato,** ***ubi adsunt*** **& facti evidentia &** ***rerum experimenta*****: nam ferocientes milites depopulantur quotidie agros, Viarum fiunt obsessores & Latrones viatorum, Postas earundemq; cursores, qui summis alias privilegiis gaudent, invadunt, eosdemq; spoliant, Illorum ergo est impia rabies & libido, de qua testatur Imperator MAXIMILIANUS II. in** ***Comit. Spirensibus Anno 1570. in præfatione*** **der Reuter Bestallung/ es ist nunmehr dahin kommen / daß die alte teutsche Freyheit in Kriegs-Zügen zu viel mißbraucht / die Einfältige arme Leut allenthalben bes schwert / beleidiget / alle erbare disciplin und Ordnung in Vergeß und Veracht gerahten will. Item** ***artic. 43.*** **Es ist ein zeitlang unter dem teutschen Kriegs-Volck viel Ungehorsam/Unordnung/ wildes und freywilliges Leben und Wesen / wider der löblichen alten Teutschen Brauch und Herkommen/ die vor allen andern Nationen in Mannheit / Fromkeit und Kriegs-Zucht den Preiß gehabt/eingerissen.**

Nam nunc quid bello petitur nisi præda? nec hostem
Sed socium vitâ est expoliasse decus.

5. Melius & tutius est, Ducem *pro conservandâ bonâ conscientiâ* belligerandi causam examinasse? an causa fuerit justa, utpote quæ vel concernit 1. gloriam Dei. *R. J.* zu Augspurg/ de anno 1532. §. und damit solcher ꝛc. ibi. zu forderst GOtt dem Allmächtigen zu Ehren und Beschirmung unsers Christlichen Glaubens/ vel concernit 2. Salutem reipublicæ R. J. Spiræ Anno 1542. §. und dieweil nun dieser Ausschlag ibi: Zu Schutz und Schirm unsers gemeinen Vatterlandes teutscher Nation, und unser aller Freyheit/ vel 3. consistit in sui suorumq; defensione & bonorum conservatione s. recuperatione *Gail. l. de P P. obs. 4. n. 40.* (*a.*) non in nocendi CUPIDITATE non ulciscendi crudelitate, non REBELLANDI FERITATE vel LIBIDINE DOMINANDI *c. quid culpatur 4. caus. 23. quæst. 1.*

6. Si has causas bene ponderavit, & ad bellum accesserit Dux, præcavere debet, damna de quibus protestatus fuit. *Consistunt autem damna in vastatione vel particulari vel universali.* Vastatione particulari sata exuruntur, arbores exscinduntur, prædia ruunt, naves incenduntur, pecora & armenta sternuntur. *Vastatio universalis* complectitur totale excidium hostilis terræ. An autem hæc omnia juri divino conveniant, secum deliberare debet, quia *Deus* in Præceptis militaribus per MOSEM datis, arbores suburbanas exscindi, nisi fortè ad machinarum in obsidendo usum, vetuit. *Deuter. c. 20. v. 19. & 20.* ubi castra ponunt, agant amicè cum incolis terræ & vicinis, ut advehant necessaria victualia, imitentur exemplum GIDEONIS rogantis viros *Socoth.* Date obsecrò panes populo, qui mecum est, quia valdè defecerunt *Jud. 8. v. 5.* Sic Recessibus Imperii non convenit aratra & molendina spoliare. Vinum effundere, frumenta vel farinam dispergere. Vide des H. Reichs Reutter-Bestallung zu Speyer de anno 1570.

artic.

(*a.*) Justum bellum Isiodoro *c. 23. quæst.* 2. est quod ex edicto geritur de rebus repetendis aut propulsandorum hostium causa.

artic. 69. Fuß-Knecht Bestallung de eodem anno artic. 53. Nec decet seniles, Ecclesiasticos, mulieres nec infantes trucidare d. Reuterbestallung artic. 70. Fuß-Knecht-Best: artic. 54.

7. Sed quid judicandum erit de facto? quo *Tres Reges*, (inter quos & pius Rex JOSAPHAT fuisse legitur) Civitates Moabitarum destruxerunt, & quemq; agrum bonum injectis in eundem lapidibus impleverunt, & universas Aquarum fontes obturarunt, ac omnes arbores fructiferas succiderunt. 2. *Regum 3. v. 25.* quam atrocitatem vaticinatus fuit propheta *Elisa d. c. 3. v. 19.* Respondere licet, hoc admodum singulare fuisse exemplum, quod vel in *odium rebellionis*, cui pertinaciter insistebant Moabitæ statutum, vel *quod Gens Moabitica ex incestu Lothi nata* & in Ecclesiæ communionem non admissa, *peculiari execrationi* subdita fuerit. Sic ELISA, *tragica* HASAËLIS futuri Regis Siriæ, multis incommodis Israelitas affecturi, *facinora*, cum fletu & gemitu prædixit: *Munitiones eorum committes igni & Juvenes eorum gladio occides & infantes eorum allides & pregnantes eorum diffindes. 2. Reg. 8. v. 10. 11. & 12.* Qui bellorum fructus sunt execrabiles & quidem eorum quæ Turca contra Christianos gerere solet. Utinam ipsi Christiani inter se detestarentur talia facinora, sed proh dolor immanis consuetudo & eos invehit, sic & ipsi fiunt detestabiles omnes, quotquot eam sequuntur. *ut audivimus d. Germanis supr. n. 4.*

8. Illæsam autem retinent conscientiam milites, qui JOHANNIS BAPTISTÆ monitum amplectuntur NEMINEM CONCUTIATIS neq; calumniam faciatis, sed contenti estote stipendiis vestris, *Luc. 3. v. 14.* & hoc fieri potest: Si in disciplina militari quæ olim parentibus Romanis antiquior fuit, quàm charitas liberorum *l. 19. §. 7. ff. de captiv. & post lin. reverss.* milites retinentur, juxta quam disciplinã, quæ constat certis articulis, quos milites juraméto suo confirmant, vivere debet. Generalis observet bonã Justitiã inter milites, ne unus alteri sit injurius. Ideo conducit habere observatores conservationum, contra irrisores & illusores, contemptores & homines malæ vitæ; & quando oriuntur duella, rixæ & querelæ reconcilientur & componantur. Hinc disponitur *in Recess. Imperii de anno 1570. artic. 43.* Reutters Bestallung, daß sie vor allem Gottlosen leichtfertigen bösen Leben: sonderlich vor Gotteslästerung (welche an Ehr Leib und Leben zu straffen *artic. 47.*) Verachtung seines heiligen Worts/vor Beschwerung und Ver-

gewal-

gewaltigung des armen Manns sich hüten/ und keine unzüchtige Weiber mit sich führen sollen. Soll auch keiner sich gegen dem andern einer gewehrten Hand gebrauchen / noch mit ihm sich balgen oder schlagen bey Leib- und Lebens-Straff/ *artic.66.*

9. Notabilis inter alias est Lex militaris, quæ in militibus ebrietatem detestatur & commissa in ebrietate crimina atroci & quidem dupli pœna punire sancivit. Soll auch die Trunckenheit zu keiner Entschuldigung oder Milderung der Straff angezogen oder angesehen werden / sondern vielmehr das in trunckenem Muht verübte Verbrechen desto schärffer/ schwerer und GEDOPPELT gerechtfertiget und gestrafft werden. artic. 50. der Reutter Bestallung. Hic Artic. corrigit Jus civile *in l.6.§.7.ff. de re militari* ubi Arrius Menander parùm piè disponit, quod militibus lapsis, *per VINUM & lasciviam*, pœna sit remittenda, vel loco capitalis pœnæ, tantummodo militiæ mutatio h.e. degradatio possit irrogari; *quem textum multi ex nostris JCtis ad quosvis paganos,* (a.) *Ebrios sive* homicidas sive alios facinorosos, pro mitigandâ pœna ordinaria pessimè applicant, *superaddita ratione*: quia sc. non habent voluntatem & propositum delinquendi. *l.14.ff.ad L. Cornel.d.sicar.l.14.ff.d.pœnis.*

10. Verùm nisi *ebrietas* fuerit *immodica, Nicol. Reusn. lib. 2. decis.14. n.26.* inducens totalem mentis alienationem, *Damhaud.prax.cr.c.84.n.29.* *quam* allegans *testibus* debet probare, *Prosp. Farinac. part. 3. oper. crim. quæst.93.n.16.* vel his deficientibus *torturâ*, *Hippol.d.Marsil.in l.1.n.78. C. ad L.corn.de sicar.* ordinariam delicti patrati pœnam mitigare nequit; nec tamen *ebriosus* qui solitus est bene potatus percussione & offensione in alios furere, ad hanc probationem admittendus erit, sive enim totaliter vel ex parte dementatus fuerit, indistinctim ordinaria plectendus est pœna : nam ex habitu & consuetudine sciens prudensq; inebriatus, debet puniri ordinariâ pœnâ *Gail.lib.2.obs.110. n.29.* Sic & is, qui cessante ebrietate, licet immodica fuerit probata, in se reversus, de delicto gloriatus fuerit. *Jac. Menoch.de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cas.236. n.10.* nam hæc gloriatio ratificationem facinoris inducit & malignum præsumit animum. Tandem nec is, qui

(a.) Pagani dicuntur qui non sunt milites, & opponuntur iisdem ut togati sagatis *l.50.ff.locati Cond.*

is, qui occidendi propositum fovens illud ebrius factus in effectum deduxit, à pœnâ ordinariâ erit eximendus. *Ha sunt restrictiones*, quæ sparsim à ICtis Regulæ istæ Generali: *Ebriis pœna est mitiganda*, opponuntur, secundum quas in bene constitutis judiciis formari solet sententia. Sed ego dixerim, quia Ebrietas est *insania voluntaria*, non naturalis nec fatalis, quod quilibet immodicè Ebrius sibi imputare debeat, quare istam sibi insaniam ultrò accersiverit, & ex Homine sit factus Bestia, ex animali rationali Brutum, quod durante ebrietate & nondum decocta crapula, caret voluntate & rationis usu. Utiq; scire debet ut Christianus, Ebrietatem illam immodicam esse æquè peccatum mortale ac adulterium & homicidium in foro poli. *Galat.c.5.v.21.* 1. *Corinth.6.v.10.* licet in foro soli non æquali puniatur pœnâ. Nam verissimum est illud BASILII, quod Ebrietas expellat Spiritum Sanctum, nemo enim *teste* HIERONYMO potest simul vino & Spiritu Sancto impleri, & AUGUSTINUS nominat im̃odicè Ebrium licet nihil egerit inquietè, *blandum dæmonem*. Ergò is qui furiosè grassatur, erit truculentus Diabolus. Ideò SOLON *qui inter septem Græciæ sapientes primus numeratur*, pœnam capitalem constituisse legitur, etiam contra *Principem* Ebriosum. Ebrii enim nihil rectè agere possunt, quod Macedonica illa Fœmina observans, cum Rex Philippus ebrius sententiam iniquam pronunciasset, non tam facetè quàm graviter exclamasse dicitur: *Se ad Philippum provocasse non ebrium sed sobrium.* Ergo cum Ebrietas sit fons omnium malorum, ut probatum *fuit supr. c.40.n.10.* quare non obturare vult Magistratus istum fontem venenatum, pœnæ capitalis dictamine, quod si fieret, *causa sine quâ non* removeretur, & simul cum ea cessarent tot maleficia per se capitalia, quæ tamen ut plurimum ex impia Germanorum consuetudine impunita remanent, quoties in ebrietate perpetrata asseruntur. Testantur passim Historiæ tùm Sacræ tùm prophanæ, quando Diabolus viros integræ etiam vitæ, ad capitale delictum non movere potuit, quod suaserit illis ebrietatem, quâ mediante adulterium, incestum, homicidium aliudve crimen, imò sæpius conjunctim plura maleficia perpetraverint, in quæ delicta non incidissent, si sobriè vixissent. At verò qui duo pluravè delinquit delicta in nullo erit immunis. *Ecclesiastic. 7. v. 8.* Si ergo milites depugnantes cum Hoste mundano dupli pœnam luere debent, si quid per ebrietatem peccaverint: Utiq; & nobis omnibus Christianis, qui militiam bonam militare, 1. *Timoth. 1. v.18.* & succincti lumbos mentis nostræ SOBRII 1. *Petr.1.v.13.* depugnare debemus cum Diabolo, nos ut Leo rugiens, circumeunte, resistendum erit tanquam fortibus fide. 1. *Petr. 5. v.9.*

at quomodo resistere possumus, si caro nostra debellata, mens capta, ratio perdita, & quod maximũ, Spiritus Sanctus sit expulsus, nonne ergò dupli pœnam potiùs meremur, quam milites seculares, si peccata cum peccatis cumulamus. Nulla esse debet negligentiæ venia, ubi de salute certatur. *Veget. lib. 3. d. re milit. c. 5.* negligimus autem nostram salutem æternam, si in ebrietate morimur. *Galat. 5. v. 21.* Ergò severior pœna statuatur.

11. Milites porrò licet Principes fuerint vel admodum divites non utantur vestitu sumptuoso, nimirũ serico, phrygiato vel aurato, nec habeant vestes sericas ex panno magni pretii, sed in omnibus vivant milites æqualiter utentes vestitu necessario in usum belli: *vide quid de militari veste statutum sit tit. 40. C. lib. 12.* ratio forsan hæc dari potest, ne hostes alios pavidi ex splendore vestium, sub spe obtinendi prædas opimiores, animosiores reddantur, ut sæpius factum deprehendimus etiam in nupero bello contra Suecos suscepto, vel quia milites nomen à militiâ h. e. duritiâ & laborum patientia acceperunt. *Test. Pomp. in lib. de V. S.* quos molescere iniquum esset. Sic Imperator VESPASIANUS moderabatur luxum; cibo fortuito, veste habituq; vix à gregario milite discrepabat. *Tac. 2. histor. c. 5.* non enim decet fortes vestis serica, quæ viros quosvis fœdat. *Tac. 2. Annal. c. 33.* Nam milites certant de victoria. Hæc autem est donum Dei, quod largitur cui vult, nam de cœlo fortitudo venit *1. Machab. 3. v. 19.* Nunquam verò conceditur victoria superbis, quorum preces à Deo non exaudiuntur *Judith. 9. v. 16.* precibus autem obtineri victoriam à Deo certum est. *Sapient. 18. v. 21.*

12. Generalis Capitaneus vel Imperator bellicus Rebus secundis non insolescat, quod vitium egregios Duces quoq; infestat & insectatur. *Tac 2. historiar. c. 7. vide quæ supr. c. 45. n. ult. dixi.* sed Prudentii potius monitum sequatur:

Desinat elatis quisquam confidere rebus
Instabilesq; Deos & lubrica numina discat.

Sic dum AMASIAS Rex Judæ XII. percusserat Edomitarum decem millia in valle salinarum superbire cœpit, & JOÆ Regi Israëlitarum XI. indixit bellum, mediante hâc denunciationis formulâ: *veni & videamus nos*, somm

ber

her lass uns miteinander besehen und versuchen/wer den andern etwas abgewinnen kan. 2. Reg. 24. v. 7. & seqq. ferro vitam, cernamus utriq;. Rex Israël respondebat: *Percutiens Edom invaluisti & sublevavit te cor tuum, contentus esto gloriâ & sede in domo tuâ, quare provocas malum, ut cadas tu & Judaicus populus tecum?* sed non acquievit *Amasias*: ideoq; adscendit *Joas* Rex Israël & SE VIDERUNT, ipse & Amasias Rex Judæ, non procul à *Betsames* oppido Judæ. *Et percussus est Juda* ab Israël, milites fugerunt, & captivatus fuit AMASIAS, quem adduxit Joas in Jerusalem & interrupit murum, auferens omne aurum & argentum, & universa vasa, quæ inveniebantur in domo *Dei* & in regiis thesauris: Filiosq; Regis ut obsides secum duxit cum triumpho reversus in *Samariam 2. Paralipom. 25. v. 17. & seqq.* Ex unico hoc exemplo licet discere, præstanti quâdam opus esse moderatione ac temperantiâ, nequis prospero fortunæ cursu fiat insolentior & ea deinde consilia sequantur quæ ad præcipitium deducunt, id quod non paucis florentissimis viris accidisse testatur. *Cominaeus. lib. 2. comentar.* Sic Pompejus qui *Parem* non pati potuit, prælio fusus à Julio Cæsare, & Hic ob multas victorias partas superbissimus & omnium quot fuerunt ambitiosissimus, licet Imperator I. Romanorum, nondum Imperii anno quinto completo 23. plagis confossus fuit.

13. Spectet *Dux militiæ* in honoribus dandis claritudinem militiæ, ut satis possit constare non alios potiores fuisse, quàm is cui confertur *Tacit. ann. 4. c. 6.* Hinc secundum Authorem nostrum neminem ex militibus ad officia evehere potest, absq; præcedenti deliberatione, quam instituere debet cum Jurisperitorum judicio. *Sed* milites hodie bonarum Literarum Mastiges sunt, *proinde literatorum judicium in conferendis honorum titulis non audiunt.* Verùm nostri Authoris sententia non est iniqua. Nam & olim CICERO (*lib. 1. officior.*) SOLONEM Themistocli, LYCURGUM Pausaniæ Lysandroq; Ducibus prætulit, *rationem addit*: quod domesticæ fortitudines non inferiores sint militaribus, quia in his minus, in illis plus operæ studiiq; ponendum est: *parva enim sunt foris arma, nisi consilium sit Domi*: tandem concludit:

Cedant Arma Togæ, concedat Laurea linguæ
Nam
Major ab Arte venit gloria, Marte minor.

so der Krieg in unterschiedlichen Gelegenheiten mit sich bringet oder nach sich ziehet/und ob er das/was er thut/gezwungen thue/und nicht mit Willen.

2. Soll er sein Gewissen prüfen/ ob und was er bey der militz für Gerechtigkeit halte/ob er auch verschaffe und gebiete/ daß seine Soldaten andern Leuten kein Unrecht thun / noch in ihren Logimenten und Quartieren Gewalt üben/und fürnemlich soll er sehen/ so viel müglich/daß die Soldaten absonderlich logirt werden/ dann dieses / daß sie ihr Logiment absonderlich haben / ist die heiligste Sach/als müglich seyn kan.

3. Ob er gute Justitz unter den Soldaten selbst halte / daß einer den andern kein torto oder Unrecht thue: Absonderlich aber soll er Assistenten und Auffseher auff deren conversation und Wandel bestellen und halten/wieder die Spötter / Verächter/ und die/so eines bösen Lebens sind inquiriren, und da er wahr nimmt/daß sich ein Widerwillen oder Zanck unter ihnen erhoben/sie wieder vertragen und ohnverletzter Ehren/sie zu guten Freunden sprechen.

4. Dann soll auch der also genannte Gottes-Bann unter den Soldaten in acht genommen und gehalten werden/ dadurch die occasion und Anlaß zu Zanck und duellen verhütet bleibe / deswegen ein eigen Magistrat expresse und eigentlich zu solchen Gottes-Bann zubestellen/um zuvermeiden die Gemeinschafft und das Umgehen mit den bösen Buben und Spöttern. Quid in genere & specie de Banno populari mea fuit opinio. *Vid. supr. c. 41. n. 20. cum seq.*

5. Item soll ein General vorhero wol zusehen/ob er ein oder mehr Spitäl für die Krancken und verwundete Soldaten halte.

6. Fürnemlich soll er Achtung geben/daß kein Soldat / ob er schon ein Fürst oder sehr reicher Cavallier wäre/stattlich und köstliche/von Seiden oder Gold gestickte Kleider antrage/oder auch nur halb Seiden-Gewand oder Tücher von grossen Werth und Kosten zur Kleidung zeuge / sondern sollen alle (einer wie der ander) auff

gut

gut Soldatisch in der Kleidung gleichformig seyn / und also keine gemahlte / angestrichene oder verguldte Waffen oder Gewehr / sondern allein wie solche zum Krieg nötig / führen:

Wobey 7. ein jeder Officirer nicht mehr Diener / Bagage und Pferde halten sollen / als viel es von nöhten seyn will.

8. Soll absonderlich sich der General-Capitain examiniren, wie er habe die Ehre des Kriegs-Heers erhalten und bewahrt / solches bestehet darinn / daß seine Person von den Soldaten respectiret / geehret und hochgehalten werde / welche Ehr und respect dardurch erhalten werden kan / wann er seiner untergebener militz kein böß Exempel oder Aergerniß giebt / ingleichen wann er darob hält / daß die nachgesetzte Officirer / Haupt- und Befehls-Leute ihre Soldaten nicht übel halten und schlagen: oder sie zu Handwercken und andern Verrichtungen zur Marcketenterey oder Handlung gebrauchen / dann sie seyn zum Kriegsdienst bestellet / dem sie allein obliegen sollen.

Wann 9. Ehrenstell im Krieg ausgetheilet / oder einem und andern ein sonderbahrer Vortheil und Beförderung gethan werden soll / mag solches niemaln geschehn / man habe dann zu förderst durch den Fiscalischen Advocaten und Kriegs-Schreiber inquiriret und untersuchet / ob einem und andern ein solche Stell zu conferiren gebühren woll / alsdann und anderer Gestalt nicht / mag allein dem der es meritiret, die Beförderung gedeyen. Darum wird diese Macht allen Haupt-Leuten benommen / Fähnrich / Sergenten und Corporalen zu machen / und hingegen diß alles vermittels solcher Justitz, denen gegeben / so es gebühret.

LII CAP.

CAPUT LX.

Exegesis annexo Judicio

Summaria.

I. Dux exercitus in volumine Legis meditetur & ex eodem informet conscientiam ad exemplum Josuæ.

II. Examinet conscientiam, utrum protestatus sit ante cingulum militare de damnis interesse & scandadalis, quæ bellum sequuntur.

III. Sed hæc protestatio, quam author noster requirit, invalida est Ducem securum constituere in conscientiâ.

IV. Causam belligerandi examinâsse reddit tranquillam conscientiam.

V. Nostrorum militum mores in Germania depinguntur.

VI. Damnorum illatio consistit in vastatione vel particulari vel universali, an & in quantum licita sit? de jure divino disquiritur.

VII. An Moabiticum excidium propter ejusdem enormitatem sit excusandum? ℞. quod sic.

VIII. Milites illæsam conscientiam retinent, quando stipendiis contenti vivunt, & articulis, quos juramento firmarunt, obtemperant.

IX. Pia

IX. Pia est Lex militaris in artic. 50. der Reutter Bestallung/ quæ militibus ebrietatem prohibet & commissa in ebrietate crimina dupli pœna punit.

X. Latè deducitur, an & quomodo delicta, in ebrietate commissa, puniri debeant? recensetur *Dd. opinio fallax*, quæ indistinctim in Ebriis delinquentibus mitigationem pœnæ suadet, & confutatur.

XI. Vestitus militaris non debet esse sumptuosus, in quo superbire posset miles & quare?

XII. Nec Dux exercitus insolescat in rebus secundis.

XIII. Honor militaris non aliis, quam promotione dignis, conferatur.

XIV. Valetudinariorum curam conscientia Ducis requirit.

XV. Honor exercitus consistit in bona disciplina militari & ne Dux ipse vel alii officiales gregariis militibus scandalum præbeant, eosve ad alia quam militaria opera trahant.

XVI. Liberalitas decet Ducem, à quo avaritia longe abesse debet.

XVII. Militum est strictim exequi mandata, non verò inquisitionem causæ, *ob quam sunt commissa*, scrutari.

XVIII. Sauciat conscientiam militis qui vulnera sua *unguento armario: vel arte S. Anselmi* sanare vel curam à Filiis parasceves petere satagunt.

XIX. Sic quoq; sauciant conscientiam milites, qui ob indurationem corporis illicita Magiâ, veluti arte Passaviensi vel indusio magico, utuntur.

XX. Pœna illorum temporalis est, ex communicatio ab Ecclesia Catholica.

I.



DUx vel Capitaneus Generalis alicujus exercitus, conscientiam informare debet ex volumine Legis, quod ad exemplum Ducis Israelitici Josuæ meditari necesse habet diebus & noctibus, ut custodiat & faciat omnia, quæ in eo sunt scripta, & secum erit Dominus in omnibus, ad quæcunque perrexerit, *Jos.c.1.v.8.& 9.*

2. Author noster requirit à Duce examen conscientiæ, quod consistit in facto protestationis, debet enim, inquit, examinare conscientiam suam, an sit, antequam accingatur ad militiam, protestatus de damnis interesse & scandalis, quæ bellum secum portat in variis occasionibus, & an illud quod facit, faciat coactè & non voluntariè.

3. Canonistæ *protestationem* dicunt esse vehementem affirmationem *ad c. eum qui 2. X. de dol. & contumac. in sexto.* quam licet Dux Exercitus interposuerit, & mediante illa animi sui declarationem, damnum depellendi causa, *vehementer contestatus* fuerit, non tamen securus erit in conscientiâ, quando factum protestationi contrarium subsecutum fuerit: quia protestatio facta contraria *l.60.§.6.ff.locati, Surd. cons. 371. n. 67.vol. 3.* & ut hîc in genere interposita non relevat. *Cald. Pereira obs. 106. lib.2.* aut enim Dux, bello indicto, *commoratur in hostico, sive hostili terra*, & damnum dare permissum erit, & sic securus erit absq; protestatione, nam hostem non tantum perimere *l.fin.ff.ad L. Jul. Majest.* Sed & ejusdem bona furari & prædari licet, *Bald.l.2, C.de commerc.* Hostis milites sunt Ventilatores, ventilant

lant terram eamq; spoliant, in quam irruunt. Sie fegen das Land aus/ *Jerem.51.v.2.* omne frumentum conceditur eis in cibum & quodvis vinum in potum *Es.62.v.8.* denudant homines vestimentis & tollunt vasa gloriæ, gladio concidunt mares & igni comburunt ædificia *Ezech.23. v. 25.26.* & hæc damnisatio non obligat, Ducem in conscientia: Nam bello indicto justis præsertim ex causis, quicquid deinde cædium & rapinarum consequitur, Jura BELLI defendunt. Nec apertè an ex insidiis agas ex eo tempore interest, *Xenophon in Agesilao.* Cum quis *justum* bellum susceperit utrum apertâ pugna vel ex insidiis vincat, nihil ad *justitiam* interest, inquit apud Gratianum AUGUSTINUS. *Aut verò Dux in terra, quam defendere tenetur, commoratur*, utiq; omnia damna data incolis, qui in protectionem se dederunt, resarcire debet, nec revelabit ipsum sive ante sive post bellum interposita PROTESTATIO: factum enim suorum militum in damno, sive voluntariè sive coactè dato, præstare debet. *l. 2. C. de pasc. publ. & privat XI. 60. Mornac. ad L. fin. C. de jurisdictione.* Concordat Käiserliche Reuter-Bestellung/ de Anno 1570. artic. 91 & 92. es sollen die arme Leut um ihre Schäden ordentlich bezahlt werden.

4. Sed quid nostri milites Teutonici hodie faciunt: quo sive eunt sive redeunt, constuprant, rapiunt, furantur, pulsant, abigunt pecora, pertusis vasis, sinunt effluere vinum, quid multis? Crudelius tractant suos quàm hostes, dum plus damni amicis ac confœderatis dent, quàm ipse hostis, imò immanissimus Turca, aut Scytha dare posset *Gœden. cons. 17. n. 305.* Sed non eget hujus Doctoris attestato, *ubi adsunt* & facti evidentia & *rerum experimenta*: nam ferocientes milites depopulantur quotidie agros, Viarum fiunt obsessores & Latrones viatorum, Postas earundemq; cursores, qui summis alias privilegiis gaudent, invadunt, eosdemq; spoliant, Illorum ergo est impia rabies & libido, de qua testatur Imperator MAXIMILIANUS II. in *Comit. Spirensibus Anno 1570. in præfatione* der Reuter Bestallung/ es ist nunmehr dahin kommen / daß die alte teutsche Freyheit in Kriegs-Zügen zu viel mißbraucht / die Einfältige arme Leut allenthalben beschwert / beleidiget / alle erbare disciplin und Ordnung in Vergeß und Verachtt gerahten will. Item *artic. 43.* Es ist ein zeitlang unter dem teutschen Kriegs-Volck viel Ungehorsam/Unordnung/ wildes und freywilliges Leben und Wesen / wider der löblichen alten Teutschen Brauch und Herkommen/die vor allen andern Nationen in Mannheit / Fromkeit und Kriegs-Zucht den Preiß gehabt/eingerissen.

Nam nunc quid bello petitur nisi præda? nec hostem
Sed socium vitâ est expoliasse decus.

5. Melius & tutius est, Ducem *pro conservandâ bonâ conscientiâ* belligerandi causam examinasse? an causa fuerit justa, utpote quæ vel concernit 1. gloriam Dei. *R. J.* zu Augspurg/de anno 1532. §. und damit solcher &c. ibi. zu forderst GOtt dem Allmächtigen zu Ehren und Beschirmung unsers Christlichen Glaubens/vel concernit 2. Salutem reipublicæ R. J. Spiræ Anno 1542. §. und dieweil nun dieser Ausschlag ibi: Zu Schutz und Schirm unsers gemeinen Vatterlandes teutscher Nation, und unser aller Freyheit/vel 3. consistit in sui suorumq; defensione & bonorum conservatione s. recuperatione *Gail. 1. de PP. obs. 4. n. 40.* (a.) non in nocendi CUPIDITATE non ulciscendi crudelitate, non REBELLANDI FERITATE vel LIBIDINE DOMINANDI *c. quid culpatur 4. caus. 23. quæst. 1.*

6. Si has causas bene ponderavit, & ad bellum accesserit Dux, præcavere debet, damna de quibus protestatus fuit. *Consistunt autem damna in vastatione vel particulari vel universali.* Vastatione particulari sata exuruntur, arbores exscinduntur, prædia ruunt, naves incenduntur, pecora & armenta sternuntur. *Vastatio universalis* complectitur totale excidium hostilis terræ. An autem hæc omnia juri divino conveniant, secum deliberare debet, quia *Deus* in Præceptis militaribus per MOSEM datis, arbores suburbanas exscindi, nisi fortè ad machinarum in obsidendo usum, vetuit. *Deuter. c. 20. v. 19. & 20.* ubi castra ponunt, agant amicè cum incolis terræ & vicinis, ut advehant necessaria victualia, imitentur exemplum GIDEONIS rogantis viros *Socoth.* Date obsecrò panes populo, qui mecum est, quia valdè defecerunt *Jud. 8. v. 5.* Sic Recessibus Imperii non convenit aratra & molendina spoliare. Vinum effundere, frumenta vel farinam dispergere. Vide des H. Reichs Reutter-Bestallung zu Speyer de anno 1570. attic.

(a.) Justum bellum Isiodoro *c. 23. quæst. 2.* est quod ex edicto geritur de rebus repetendis aut propulsandorum hostium causa.

artic. 69. Fuß-Knecht Bestallung de eodem anno artic. 53. Nec decet seniles, Ecclesiasticos, mulieres nec infantes trucidare d. Reuterbestallung artic. 70. Fuß-Knecht-Best: artic. 54.

7. Sed quid judicandum erit de facto? quo *Tres Reges*, (inter quos & pius Rex JOSAPHAT fuisse legitur) Civitates Moabitarum destruxerunt, & quemq; agrum bonum injectis in eundem lapidibus impleverunt, & universas Aquarum fontes obturarunt, ac omnes arbores fructiferas succiderunt. 2. *Regum 3. v. 25.* quam atrocitatem vaticinatus fuit propheta *Elisa d. c. 3. v. 19.* Respondere licet, hoc admodum singulare fuisse exemplum, quod vel in *odium rebellionis*, cui pertinaciter insistebant Moabitæ statutum, vel *quod Gens Moabitica ex incestu Lothi nata* & in Ecclesiæ communionem non admissa, *peculiari execrationi* subdita fuerit. Sic ELISA, *tragica* HASAËLIS futuri Regis Siriæ, multis incommodis Israelitas affecturi, *facinora*, cum fletu & gemitu prædixit: *Munitiones eorum committes igni & Juvenes eorum gladio occides & infantes eorum allides & pragnantes eorum diffindes. 2. Reg. 8. v. 10. 11. & 12.* Qui bellorum fructus sunt execrabiles & quidem eorum quæ Turca contra Christianos gerere solet. Utinam ipsi Christiani inter se detestarentur talia facinora, sed proh dolor immanis consuetudo & eos invehit, sic & ipsi fiunt detestabiles omnes, quotquot eam sequuntur. *ut audivimus d. Germanis supr. n. 4.*

8. Illæsam autem retinent conscientiam milites, qui JOHANNIS BAPTISTÆ monitum amplectuntur NEMINEM CONCUTIATIS neq; calumniam faciatis, sed contenti estote stipendiis vestris, *Luc. 3. v. 14.* & hoc fieri potest: Si in disciplina militari quæ olim parentibus Romanis antiquior fuit, quàm charitas liberorum *l. 19. §. 7. ff. de captiv. & post lim. revers.* milites retinentur, juxta quam disciplinā, quæ constat certis articulis, quos milites juramēto suo confirmant, vivere debet. Generalis observet bonā Justitiā inter milites, ne unus alteri sit injurius. Ideo conducit habere observatores conservationum, contra irrisores & illusores, contemptores & homines malæ vitæ; & quando oriuntur duella, rixæ & querelæ reconcilientur & componantur. Hinc disponitur *in Recess. Imperii de anno 1570. artic. 43.* Reutter-Bestallung, daß sie vor allem Gottlosen leichtfertigen bösen Leben: sonderlich vor Gotteslästerung (welche an Ehr Leib und Leben zu straffen *artic. 47.*) Verachtung seines heiligen Worts / vor Beschwerung und Vergewal-

gewaltigung des armen Manns sich hüten / und keine unzüchtige Weiber mit sich führen sollen. Soll auch keiner sich gegen dem andern einer gewehrten Hand gebrauchen / noch mit ihm sich balgen oder schlagen bey Leib-und Lebens-Straff / *artic.66.*

9. Notabilis inter alias est Lex militaris, quæ in militibus ebrietatem detestatur & commissa in ebrietate crimina atroci & quidem dupli pœna punire sancivit. Soll auch die Trunckenheit zu keiner Entschuldigung oder Milderung der Straff angezogen oder angesehen werden / sondern vielmehr das in trunckenem Muht verübte Verbrechen desto schärffer / schwerer und GEDOPPELT gerechtfertiget und gestraffet werden. artic. 50. der Reutter Bestallung. Hic Artic. corrigit Jus civile *in l.6.§.7.ff. de re militari* ubi Arrius Menander parùm piè disponit, quod militibus lapsis, *per VINUM & lasciviam*, pœna sit remittenda, vel loco capitalis pœnæ, tantummodo militiæ mutatio h. e. degradatio possit irrogari; *quem textum multi ex nostris JCtis ad quosvis paganos*, (*a.*) *Ebrios sive* homicidas sive alios facinorosos, pro mitigandâ pœna ordinaria pessimè applicant, *superaddita ratione*: quia sc. non habent voluntatem & propositum delinquendi. *l.14.ff.ad L. Cornel.d.sicar.l.14.ff.d.pœnis.*

10. Verùm nisi *ebrietas* fuerit *immodica, Nicol. Reusn. lib. 2. decis. 14. n.26.* inducens totalem mentis alienationem, *Damhaud.prax.cr.c.84.n.29.* *quam* allegans *testibus* debet probare, *Prosp. Farinac. part. 3. oper. crim. quæst.93.n.26.* vel his deficientibus *torturâ*, *Hippol.d.Marsil.in l.1.n.78. C. ad L.corn.de sicar.* ordinariam delicti patrati pœnam mitigare nequit; nec tamen *ebriosus* qui solitus est bene potatus percussione & offensione in alios furere, ad hanc probationem admittendus erit, sive enim totaliter vel ex parte dementatus fuerit, indistinctim ordinaria plectendus est pœna: nam ex habitu & consuetudine sciens prudensq; inebriatus, debet puniri ordinariâ pœnâ *Gail.lib.2.obs.110. n.29.* Sic & is, qui cessante ebrietate, licet immodica fuerit probata, in se reversus, de delicto gloriatus fuerit. *Jac. Menoch.de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cas.236. n.10.* nam hæc gloriatio ratificationem facinoris inducit & malignum præsumit animum. Tandem nec is, qui

(*a.*) Pagani dicuntur qui non sunt milites, & opponuntur iisdem ut togati sagatis *l.50.ff.locati Cond.*

is, qui occidendi propositum fovens illud ebrius factus in effectum deduxit, à pœnâ ordinariâ erit eximendus. *Hæ sunt restrictiones*, quæ sparsim à ICtis Regulæ istæ Generali: *Ebriis pœna est mitiganda*, opponuntur, secundum quas in bene constitutis *judiciis* formari solet sententia. Sed ego dixerim, quia Ebrietas est *insania voluntaria*, non naturalis nec fatalis, quod quilibet immodicè Ebrius sibi imputare debeat, quare istam sibi insaniam ultrò accersiverit, & ex Homine sit factus Bestia, ex animali rationali Brutum, quod durante ebrietate & nondum decocta crapula, caret voluntate & rationis usu. Utiq; scire debet ut Christianus, Ebrietatem illam immodicam esse æquè peccatum mortale ac adulterium & homicidium in foro poli. *Galat.c.5.v.21. 1. Corinth.6.v.10.* licet in foro soli non æquali puniatur pœnâ. Nam verissimum est illud BASILII, quod Ebrietas expellat Spiritum Sanctum, nemo enim *teste* HIERONYMO potest simul vino & Spiritu Sancto impleri, & AUGUSTINUS nominat immodicè Ebrium licet nihil egerit inquietè, *blandum dæmonem*. Ergò is qui furiosè grassatur, erit truculentus Diabolus. Ideò SOLON *qui inter septem Græciæ sapientes primus numeratur*, pœnam capitalem constituisse legitur, etiam contra *Principem* Ebriosum. Ebrii enim nihil rectè agere possunt, quod Macedonica illa Fœmina observans, cum Rex Philippus ebrius sententiam iniquam pronunciasset, non tam facetè quàm graviter exclamasse dicitur: *Se ad Philippum provocasse non ebrium sed sobrium.* Ergo cum Ebrietas sit fons omnium malorum, ut probatum *fuit supr. c.40.n.10.* quare non obturare vult Magistratus istum fontem venenatum, pœnæ capitalis dictamine, quod si fieret, *causa sine quâ non* removeretur, & simul cum ea cessarent tot maleficia per se capitalia, quæ tamen ut plurimum ex impia Germanorum consuetudine impunita remanent, quoties in ebrietate perpetrata asseruntur. Testantur passim Historiæ tùm Sacræ tùm prophanæ, quando Diabolus viros integræ etiam vitæ, ad capitale delictum non movere potuit, quod suaserit illis ebrietatem, quâ mediante adulterium, incestum, homicidium aliudve crimen, imò sæpius conjunctim plura maleficia perpetraverint, in quæ delicta non incidissent, si sobriè vixissent. At verò qui duo pluravè delinquit delicta in nullo erit immunis. *Ecclesiastic. 7. v. 8.* Si ergo milites depugnantes cum Hoste mundano dupli pœnam luere debent, si quid per ebrietatem peccaverint: Utiq; & nobis omnibus Christianis, qui militiam bonam militare, *1. Timoth. 1. v.18.* & succincti lumbos mentis nostræ SOBRII *1. Petr. 1. v.13.* depugnare debemus cum Diabolo, nos ut Leo rugiens, circumeunte, resistendum erit tanquam fortibus fide. *1. Petr. 5. v. 9.*

at quomodo resistere possumus, si caro nostra debellata, mens capta, ratio perdita, & quod maximũ, Spiritus Sanctus sit expulsus, nonne ergò dupli pœnam potiùs meremur, quam milites seculares, si peccata cum peccatis cumulamus. Nulla esse debet negligentiæ venia, ubi de salute certatur. *Veget. lib. 3. d. re milit. c. 5.* negligimus autem nostram salutem æternam, si in ebrietate morimur. *Galat. 5. v. 21.* Ergò severior pœna statuatur.

11. Milites porrò licet Principes fuerint vel admodum divites non utantur vestitu sumptuoso, nimirũ serico, phrygiato vel aurato, nec habeant vestes sericas ex panno magni pretii, sed in omnibus vivant milites æqualiter utentes vestitu necessario in usum belli: *vide quid de militari veste statutum sit tit. 40. C. lib. 12.* ratio forsan hæc dari potest, ne hostes alios pavidi ex splendore vestium, sub spe obtinendi prædas opimiores, animosiores reddantur, ut sæpius factum deprehendimus etiam in nupero bello contra Suecos suscepto, vel quia milites nomen à militiâ h. e. duritiâ & laborum patientia acceperunt. *Test. Pomp. in lib. de V. S.* quos molescere iniquum esset. Sic Imperator VESPASIANUS moderabatur luxum; cibo fortuito, veste habituq; vix à gregario milite discrepabat. *Tac. 2. histor. c. 5.* non enim decet fortes vestis serica, quæ viros quosvis fœdat. *Tac. 2. Annal. c. 33.* Nam milites certant de victoria. Hæc autem est donum Dei, quod largitur cui vult, nam de cœlo fortitudo venit *1. Machab. 3. v. 19.* Nunquam verò conceditur victoria superbis, quorum preces à Deo non exaudiuntur *Judith. 9. v. 16.* precibus autem obtineri victoriam à Deo certum est. *Sapient. 18. v. 21.*

12. Generalis Capitaneus vel Imperator bellicus Rebus secundis non insolescat, quod vitium egregios Duces quoq; infestat & insectatur. *Tac 2. historiar. c. 7. vide quæ supr. c. 45. n. ult. dixi.* sed Prudentii potius monitum sequatur:

> Desinat elatis quisquam confidere rebus
> Instabilesq; Deos & lubrica numina discat.

Sic dum AMASIAS Rex Judæ XII. percusserat Edomitarum decem millia in valle salinarum superbire cœpit, & JOÆ Regi Israëlitarum XI. indixit bellum, mediante hâc denunciationis formulâ: *veni & videamus nos*, komm

her

her laß uns miteinander besehen und versuchen/wer den andern etwas abe gewinnen kan. *2. Reg. 24. v. 7. & seqq.* ferro vitam, cernamus utriq;. Rex Israël respondebat: *Percutiens Edom invaluisti & sublevavit te cor tuum, contentus esto gloriâ & sede in domo tuâ, quare provocas malum, ut cadas tu & Judaicus populus tecum?* sed non acquievit *Amasias*: ideoq; adscendit *Joas* Rex Israël & SE VIDERUNT, ipse & Amasias Rex Judæ, non procul à *Betsames* oppido Judæ. *Et percussus est Juda* ab Israël, milites fugerunt, & captivatus fuit AMASIAS, quem adduxit Joas in Jerusalem & interrupit murum, auferens omne aurum & argentum, & universa vasa, quæ inveniebantur in domo *Dei* & in regiis thesauris: Filiosq; Regis ut obsides secum duxit cum triumpho reversus in *Samariam 2. Paralipom. 25. v. 17. & seqq.* Ex unico hoc exemplo licet discere, præstanti quâdam opus esse moderatione ac temperantiâ, nequis prospero fortunæ cursu fiat insolentior & ea deinde consilia sequantur quæ ad præcipitium deducunt, id quod non paucis florentissimis viris accidisse testatur. *Cominaeus. lib. 2. comentar.* Sic Pompejus qui *Parem* non pati potuit, prælio fusus à Julio Cæsare, & Hic ob multas victorias partas superbissimus & omnium quot fuerunt ambitiosissimus, licet Imperator I. Romanorum, nondum Imperii anno quinto completo 23. plagis confossus fuit.

13. Spectet *Dux militiæ* in honoribus dandis claritudinem militiæ, ut satis possit constare non alios potiores fuisse, quàm is cui confertur *Tacit. ann. 4. c. 6.* Hinc secundum Authorem nostrum neminem ex militibus ad officia evehere potest, absq; præcedenti deliberatione, quam instituere debet cum Jurisperitorum judicio. Sed milites hodie bonarum Literarum Mastiges sunt, *proinde literatorum judicium in conferendis honorum titulis non audiunt.* Verùm nostri Authoris sententia non est iniqua. Nam & olim CICERO (*lib. 1. officior.*) SOLONEM Themistocli, LYCURGUM Pausaniæ Lysandroq; Ducibus prætulit, *rationem addit*: quod domesticæ fortitudines non inferiores sint militaribus, quia in his minus, in illis plus operæ studiiq; ponendum est: *parva enim sunt foris arma, nisi consilium sit Domi:* tandem concludit:

Cedant Arma Togæ, concedat Laurea linguæ
Nam
Major ab Arte venit gloria, Marte minor.

 Hinc

Hinc Judices qui calamo populum regunt, Ducibus qui gladio præsunt potiores esse adstruitur *ex c.5. Judic. v. 14. ibi.* de ZABULON Duces progressi qui calamo rexerunt ISRAËLEM. Hi enim & bellum indicere & pacem facere possunt, illis non est concessum. Nam Duces belli non possunt de belli causis & consequentibus transigere *Grot. d. jur. Belli & Pacis lib. 3. c. 22. n. 7.* Icti dirimunt rem *distinctione,* vel enim aliquid bello & armis est discutiendum, miles præferendus est Doctori vel ejus dicto Standum; Vel aliquid est enodandum de jure, eo casu Doctor erit præferendus, *per text. L. 1. C. d. offic. vicar.* Bonum est hoc argumentum nam *Impp.* VALENT: VALENS & GRATIANUS in IV. seculo *post natum Christum,* hanc temperaturam adhibeberunt in discernendis honoribus militum & Literatorum. Comitem Militum h. e. DUCEM belli tunc temporibus concomitabatur VICARIUS, qui loco Imperatorum cognitionem habebat & repræsentabat Cæsarem in caussis civilibus, & hic Vicarius prælatus fuit Duci exercitus, econtra in negotiis militaribus postpositus. Ergò fuit Præses Dux Belli in causa militari, econtra in causa justitiæ Præsidem egit Vicarius, assidente Duce. Cessante igitur bello & negotiis militaribus finitis, semper Præsides judiciorum Exducibus præferantur. Quod autem Jurisperiti bellorum Ducibus sint associandi multa testantur veterum exempla. Licet enim bello unus præficiendus sit Dux, ne tamen moliri aliquid possit, unus vel alter ex senatu addendi sunt, qui illius evagantem, si forsan irrepere velit, coerceant potentiam, more VENETORUM: sic *Corinthi* in bello contra *Corcyrenses* Ducem belli elegerant XENOCLIDEM, additis eidem non uno sed quatuor collegis, qui illius potestatem temperarent. *Thucid. lib. 1 pag. 51.*

14. Est quoq; de conscientia Ducis, valetudinarios inspicere, *ut monet ICtus Macer. in l. 12. §. ult. in verbis finalibus ff. de re militari:* & hoc est, quod author vult, quod hospitalia in promptu esse debeant, pro miseris & egenis militibus. *Utinam fuissent in promptu anno 1664.* in bello Hungarico contra Turcas gesto! tot millia militum mortem non oppetiissent.

15. Deinde examinet conscientiam quomodo defenderit honorem exercitus; utrum præbuerit malum exemplum & scandalum, quod prohibitum in allegirter Reuter Bestallung/art. 44. ibi. soll seinen untergebenen kein böß Exempel geben/sondern vor sich selbst eines Christlichen und guten Wandels befleissigen ꝛc. examinet & conscientiam: utrum indulserit

Ma-

Magistris militum Sub-præfectis, Centurionibus & Capitaneis suos milites verberibus male tractandi licentiam: vel ut eisdem ad alia ministeria & opificia abutarentur, qui tantum ad belli exercitum destinati sunt. Hinc Macer ICtus *in l. 12. princ. ff. de re militari*, ait; Officium regentis exercitum consistit non tantum in danda sed etiam observanda DISCIPLINA (*a.*) ut querelas comilitonum diligenter audiat, & delicta secundum suæ authoritatis modum castiget. *d l. 12. §. 2.* Ipse verò exemplo sit militibus. Hi enim ex moribus Imperatorum vel severitatem æmulantur vel tempestivis conviviis gaudent, vel etiam sunt intentiores, aut licentiores. Nec imitetur Dux VITELLIUM Imperatorem, apud quem omnia indispoſita, temulenta, pervigiliis ac Bachanalibus, quàm disciplinæ ac castris propiora fuerunt. *Tacit. 2. Histor. c. 68.* (*b.*) Præceptum necessarium *Alexander Severus* Tribunis militum præscripsit: si vis Tribunus esse, *imò si vivere vis*, manus militum contine, nemo segetes atterat, nemo salem, oleum, ligna auferat, nemo avem alterius rapiat, annonâ suâ sit contentus miles, è præda hostium, non ex lachrymis provincialium habeat. *Lamprid. in Alexand.* Aliud exemplũ inculcat *Macer ICtus per verba*: Duces qui armatis volũt præesse, eisdem paucissimè debent dare commeatum id est *abeundi licentiam seu salvum conductum* neq; milites ad opus privatum, utpote piscatum, venatum

(*a.*) Ea enim præcipuum fundamentum & stabilimentum Imperii semper extitit *Valer. Max. l. 2. c. 7.* quâ disciplina acriter retentâ, Romanum Imperium ortum à Romuli casa, totius terrarum orbis fecit columen. Per illam ab hostibus suis reportarunt victoriam; eâ autem spretâ non bellum geritur, sed latrocinium exercetur, non utilitas Reipubl. & Populi Salus procuratur, sed ejusdem pernicies ac ruina acceleratur. *Lipsius.*

(*b.*) Sic Scipio *Numantinorum ferociam* repulsurus exercitum licentiâ luxuriâq; corruptum, gravitate & munificentia ad generosissimam disciplinæ severitatem revocavit, scorta castris ejecit & omnia deliciarum Instrumenta sustulit, atq; ita hostes, qui anteriorum Ducum ignaviâ Victores fuerunt, vicit & funditus delevit. *Flor. lib. 2. c. 18.*

mittere *d.l.12.§.1.ff.d.R.M.* nam & disciplina AUGUSTI militem ad fabribilia opera adhibere noluit *d.l.§.1.*

16. Decet porrò Ducem LIBERALITAS: hujus virtutis defectus VESPASIANUM aliàs fortissimum aliis Ducibus postponit, nam si avaritia à Vespasiano abfuisset, antiquis ducibus par fuisset *Tacit. 2. Histor. c. 5.* Et Imperator MAURITIUS hoc crimine petitus, pœnas luit acerbas. Nam cum bellum gessisset contra *Caganum Avarum Regem* & hic Barbarus 12. millia Romanorum cœpisset, dimidiumq; saltem numisma in singula capita petiisset, surdas aures Mauritus pulsavit, avaritiâ *spernentis* jacturam militum. Quâ re vehementer exasperatus CAGANUS, omnes occidione occidit. *Paul.Diac.lib.17.* MAURITIUS cum quinq; filiis,& cum 3. filiabus ipsa Augusta CONSTANTINA gladio periit, & avaritiæ crimen pœnâ sat acerbâ luit, *d. Paul.Diacon.*

17. Milites debent non tam interpretando quàm exequendo jussa Ducum alacres esse, *Tac. 2. Historiar c.39.* Nam parendo potiùs, quàm imperia Ducum sciscitando res militares continentur. *Idem Tac. 1. Historiarum c.84.* proinde mandatum militare strictissimi est juris, nec aliter potest impleri nisi per idem, non verò per aliud æquè utile, aut utilius quàm erat id quod Mandator præscripserat. Militaria enim mandata omnia concipiuntur sub specialissima forma, quam transgredi nec in minimis licet. Multo minus quis absq; singulari mandato etiam utilissima peragere potest. Hinc legimus quod Manlius Torquatus Filium, quod se inscio, ab hoste provocatus pugnasset, licet feliciter necari jusserit. Sic *Livius* refert FABIUM Papyrii Dictatoris Magistrum Equitum pene securi percussum, quod contra ejus edictum cum Samnitibus quanquam feliciter pugnasset.

18. Cum deniq; Milites plurima quotidie mortis pericula subire debeant quæritur, utrum eadem quavis arte licet magicâ avertere liceat? R. quod non. Nam sauciat conscientiam *Militis*, sive fuerit gregarius sive officialis qui vulneratus unguento armario s. Martis sympathetico Wund- oder Waffensalb in sanandis vulneribus utitur. Et licet THEOPHRASTUS *in tract. d. persicaria & Henr. PETRÆUS part. 2. d. Nosol. harmon. disp 48. coll. 10. aliiq;*, hanc curam ut licitam fieri asserant propter conjunctionem astralem & elementarem, ac esse tria, quæ per hoc unguentum tàm mirabilem effe-

ctum

ctum causentur: 1. Sympathiam physicam, 2. Influentiam cœlestium corporum perficientem suas operationes per elementa; & 3. Balsamum quod præditum sanandi virtute homini cuilibet naturaliter est inditum. Wann man das Gewehr/damit jemand verletzt und verwundet worden/ verbindet nicht anders/als ob der Patient selbst gegenwärtig / ohnerachtet er offt viel Meilwegs abwesend ist. Nihilominus pactum Diabolicum tacitum in esse huic curæ probarunt. *Libav. in tract. d. impostura Vulnerum per unguent. armar. Johann. Robert. è Societ. Jes. in Anatom. in Magnetic. Vulner. curat.* Sic miles, qui arte *S. Anselmi* solo habitu vel attactu Vulnera sanat, opera utitur Sathanæ. *Torreblanc. lib. 2. d. Magia c. 49. n. 34. & seqq.* Simili modo omnia Vulnera lethalia & morbos sanare, dicuntur Filii Parasceves Charfreytags-Kinder. *Petr. d. Lancre in tract.* von Geheimnuß der Zauberey *c. 10. fol. 58. & 67.*

19. Sic illi qui ob tutelam corporis sui, ejusq; indurationem illicita Magia utuntur, Diabolo se suamq; conscientiam sacrificant, das sein die Kugelfänger/Schuß und Stichfreye Vestmacher und gefrorne / welches Laster bey den Soldaten bey diesen Kriegsläufften gar gemein JACOB SPRENGER/ *in Malleo malefic. part. 2. c. 16.* Ejusdem farinæ sunt qui Passaviensi arte vel indusio magico utuntur, welche sich der Passauischen Kunst und des Nohthembds gebrauchen / ut in bellis à quocunq; telorum & sphærularum bombardicarum ictu & armorum injuriis liberi perdurarent, & quodvis aliud corporis incommodum declinarent securi; vel qui eo fine *Psalmi 91. versiculum septimum* recitant, eumq; trina voce iterant; aut EVANGELIUM S. JOHANNIS *cap. 1.* usurpant, vel crucifixi Christi effigiem mutilant in partibus corporis, quibus salvi volunt existere; quæ omnia nominis divini & venerandi crucis signi nefandum abusum denotant.

20. Hi omnes & singuli à CATHOLICA Ecclesia ut membra morbida excommunicari debent. *Cæsalpin. d. investigat. Dæmon. c. 15. Torreblanc d. l. 2. c. 49. n. 39. & n. 48. cum. seqq.* Catholicam autem Ecclesiam illam intelligimus, quæ Patris & Filii & Spiritus Sancti unam Deitatem sub pari majestate & sub pia Trinitate credit. *juxta Imper. Gratian. Valentinian. & Theodos. enunciatum in l. 1. pr. C. de summa Trinit.* quam definitionem tradit & ATHANASIUS, videatur. *Sozom. l. 7. c. 4.* sub qua Catholica Ecclesia quoq; confessioni Augustanæ addicti Protestantes comprehenduntur.

CAP.

CAP. LXI.

Scrutinum conſcientiæ pro Medico & Mercatore.

Ein Medicus examinire bey ſich drey Sachen / ob er ſeine Kunſt und profeſſion alſo verſtehe / daß er im Gewiſſen ſich würdig halte / damit die Artzney treiben könne. Ingleichen ob er von andern Medicis übel geredet / ſie unbillicher Weiß traducirt, und ob er nicht bißweilen gewolt / daß die Artzneyen / ſo ein anderer Medicus verordnet / nicht gemacht würden / damit der ander Artzt nicht die Ehre haben möchte / daß er den Patienten curirt habe. Er erforſche ſein Gewiſſen / ob er nicht des andern Artzneyen verfälſchet / das iſt / das jenige / was der ander verſchrieben oder verordnet geändert habe / und etwas anders gemachet / damit er und nicht der ander den Gewinn davon haben möchte. Dann iſt ein Medicus ſchuldig zu ſagen / diß iſt meine Meinung / hingegen ſoll er auch nicht übel auffnehmen / was von andern Medicis von ſeiner cur geurtheilet wird / und er etwann in ſeinem Gewiſſen befindet / daß ein anderer recht habe / ihm ſo dann billich weichen und nachgeben. Ingleichen examinire ein Kauffmann ſein Gewiſſen / ob er einen andern Kauffmann Schaden und Nachtheil zugefüget / vid. ſupra c. 20 n. 19. & 20. und da er ihm hätte können helffen / nicht geholffen / ob er ſchon ſolches ohne ſeinen Schaden und intereſſe thun können. Item ob er falſche Maaß und Gewicht gebraucht oder ſonſt ſeinen Nechſten argliſtig betrogen.

CAPUT LXI.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Medicus examinet Conscientiam, utrum experientiâ doctus curare valeat ægrotum, nisi velit ipsum interimere.

II. Nihil magis est periculosum immaturâ Medicinâ.

III. Fides & spes ægri erga Medicum plus sæpe valet, quam ipsa Medicina.

IV. Curam, quam semel cœpit Medicus, negligere non debet, aliàs ut reus culpæ tenebitur: idem quoq; dicendum est, si medicamento perperam usus fuerit, vel sectionem malam fieri curaverit.

V. Si omnem curam adhibuit experientissimus & mors insecuta fuerit, eventus mortalitatis eidem non erit imputandus.

VI. Medicus haud gravatim ferat, si æger plures consulat Medicos, quibus melius consulentibus de conscientia & absque invidiâ, se conformare debet.

VII. Ægroti verò pessimè consulunt conscientiæ, si incantatores, veratores, sagas & veretrices consulunt, in curandis morbis.

VIII. Laxam habent Mercatores conſcientiam, & difficulter ſibi cavent à delicto.

IX. Si conſulere volunt Conſcientiæ ſuæ Mercatores, unum pondus & unam menſuram habeant.

X. Sunt ſæpius exquiſitores intelligentiæ, viam tamen Sapientiæ negligunt, quando circumveniunt in negotio fratrem.

XI. Pauſanias græcum Mercatorem omnibus negotiatoribus in exemplum ſequelæ proponit, qui lucrum ex negotiatione iniquè acquiſitum pauperibus diſtribuit.

I.

DE MEDICO.



MEdicus examinet conſcientiam, an ita teneat & ſciat artem, ut in ſua conſcientia dignum & idoneum ſe exiſtimet, ſe poſſe medicari vel medicinam facere, nam plures Medicaſtri & Medicaſtræ, quàm veri medici ubivis ferè locorum inveniuntur, *ut vel ex notis conſtat verſiculis.*

Fingunt ſe Medicos omnes, Idiota, Sacerdos,
Judæus, Monachus, Hiſtrio, Raſor, Anus.
Miles, Mercator, Cerdo: Nutrix & Arator,
Vult medicas quivis Nanus habere manus.

Vide elegantem deſcriptionem Cornelii *Agrippa c. 83. de medicina operatrice.* Nam plurimum conducit diſtinctio veri Medici, utrum nudus ſit THEORETICUS, an verò PRACTICUS. Ille per multa experimenta periculo ægrotorum ſe habilem reddit & eget novo cæmiterio. Ein

neues

neuer unerfahrner Artzt / erfordert einen neuen Kirchhoff und Gottes-Acker. Hic non item. Hinc multa hominum millia medicorum inexperientiâ moriuntur, non atroci sed officiosa manu. Nam soli Latrones, sicarii, venefici, inhumaniter homines occidunt, sed imperiti medici humanissimè & officiosissimè imò solenniter & impunè interimunt.

2. Et hæc interemptio plerunq; contingere solet, ex imaturæ Medicinæ applicatione. Hinc monet SENECA in morbis nihil esse magis periculosum quam *immaturâ medicinâ*. Itaq; si neq; ars, neq; Judicium neq; etiam tempus & affectus ægri observatur, res periculo præsentissimo non caret. *Exemplum præbet* ARISTOTELES. Cum hic olim morbo teneretur, quendam medicum his præmonere voluit verbis *: ne Medice me cures vel ut bubulcum vel ut fossorem, sed prius causam edissere*: Sic enim facili persuasione me morigerum reddideris: periculosum est, si Medici neq; ætatem, neq; complexionem, neq; sexum neq; anni tempus neq; consuetudinem neq; efficaciam, neq; alias qualitates vel circumstantias considerant.

3. Eodem respexit AVICENNAS ubi dixit: *Fidem ac spem ægri*, erga medicum & medicinam sæpè plus efficere, quàm ipsam cum Medico medicinam, nec frustra *PLINIUS c. 26.* miratur, quod nulli magis, quàm se medicum profitenti credatur, cum tamen in nullo mendacio sit periculum majus.

4. Ergò & Medicus examinet conscientiam *nisi velit in curam ICtorum incidere*, utrum neglexerit etiam alicujus servi, nedum liberi hominis curationem, quam semel suscepit: nam de negligentia tenebitur. *§. præterea Institut. d. Leg. Aquilia.* Si forsan vel medicamento perperam usus fuerit, vel sectionem fecerit malam vel utpote loquuntur ipsi Medici, *cauteria* actualia chirurgi operâ per modum adustionis pessimè impresserit *Thom. Fien. lib. 3. d. cauter. c. 19.* vel ut loquitur ICtus Cajus in *L. idem juris 8. pr. ff. Ad L. Aquil.* si bene etiam secuerit, dereliquerit tamen curationem, securus non erit, sed Reus intelligitur CULPÆ, quam præstare tenetur.

5. Nam culpa est in eo, qui profitetur peritiam & pro artifice se gerit, cum imperitus sit *L. imperitia 174. ff. de R. I.* Ideò etiam tenetur ex locato, ut in terminis de Medico *textus in L. 7. § ult. ff. ad L. aquil.* disponit, si ta-

men Medicus experientissimus omnem curam adhibuerit in ægro & mors insecuta fuerit, ei non debet eventus mortalitatis imputari, iterum est *text. in l.6.§.7.ff. de officio præsidis.* Languorem quidem brevem potest præcidere; Sed prolixior ipsum Medicum gravare dicitur. *Ecclesiast.10.v.12.* Wann der Artzt schon lang an Krancken flickt / ob er gleich der gröste Potentat von der Welt wär / so gehets doch endlich also: Heut König / morgen todt. Nam

Non est in medico, semper relevetur ut æger.

6. Quod si verum est, haud gravatim ferat Medicus, si æger consuluerit plures in arte peritos, nec contradicat ex æmulatione aliis, eosvé impediat, qui simultaneam operam in medicando præbent ægroto. Nam multùm molestiæ creatur Curando, dum Exanimis exspectare debet conciliationem contrariarum inter se opinionum. Sed proh dolor! qui plures consulit, à compluribus etiam multa perpeti necesse habet. Sicut Mulier Hæmorrhousa omnem ferè substantiam impendorat in Medicos, nec tamen quicquam levationis inde sensit *Marc. 6.v.26.*

7. Examinet quilibet ægrotus conscientiam, utrum cum *AHASIA* nuncios ad *Beelzebub*, Deum Acharan miserit, sciscitatum, quæ sibi spes sit salutis. *4. Regum 1.v.2.& 3.* h.e. utrum consuluerit incantatores, veratores Sagas & Veratrices? Ob er Zauberer / Warsager und Segensprecherinne zu Rath gezogen? qui quævе latenter dolores ægri mitigare vel morbum repellere conantur, potestate verborum maximè barbarorum, cum prophanatione Divini Numinis, quod invocare solent, sed reverâ Dæmonem colunt. *Torreblanc.lib.2. de Magia c.9.& c.54.n.38. & seqq.* nam per carmina superstitiosa, per ligaturas, per brevia vel etiam charecteres, imagunculas, sigilla & amuleta, durch Zauber-Sprüch / gesegnete Binden / angehängte Brieffkin / durch Bilder und Zeichen tentant ægros curare, non Dei sed Diaboli ope. *Azor. lib.2. Institut: Moral. c.44. Levin. Lemnius de occultis natur. miraculis c.17.* Hi omnes sive consilium dant sive rogant, ex communicationem merentur, quia ejusmodi superstiosis utentes remediis, si non per expressum, tacitum tamen & implicitum pactum Diabolo serviunt. *Remig. lib.1. d. Dæmonolatr.c.1, Suarez. lib.2. de relig. c.9.* & fiunt participes incantationis & Veneficii. *Sprenger. in malleo maleficar. part. 2. quæst. 1. c.6. & seqq.*

& seqq. ac per consequos pessimè consulunt conscientiæ suæ, quam Diabolo immolant. *Roder. à Castro. in medico polit. lib. 4. c. 2.*

DE MERCATORE.

8. Laxam plerunq; habent Mercatores conscientiam & difficulter poterunt sibi cavere à delicto. *Ecclesiast. 26. v. ult.* sicut enim in medio compaginis lapidum figitur palus, sic & inter medium venditionis & emptionis angustatur sive coarctatur peccatum. *Ecclesiast. c. 27. v. 2.*

9. Si autem conscientiæ suæ consulere velit, non habebit Mercator pondus majus & minus, nec mensuram majorem & minorem. Utrumq; enim abominabile est apud Deum *Proverb. c. 20. v. 10.* **mancherley Gewicht und Maaß / ist beedes dem HErrn ein Greuel.** Idem est quod Moyses prædixit non habebit diversa pondera majus & minus, nec erit in domo ejus, *MODUS MAJOR & MINOR*, sed pondus habebit verum, justum & æquum. Abominatur enim Dominus eum, penes quem inveniuntur hæc, *Deuter. 25. v. 15. & 16.*

10. Nec dicatur de mercatoribus ut dictum est *de negotiatoribus in Theman.* quòd exquisitores quidem fuerint intelligentiæ, viam autem sapientiæ nescíverint *Baruch. cap. 3. v. 23.* Multi enim quærunt scientiam: pauci verò conscientiam, *BERNHARDUS lib. d. intern. dom. c. 21.* In auribus Mercatorum vox Dei resonet: NEMO SUPERGREDIATUR NEQUE CIRCUMVENIAT IN NEGOTIO FRATREM SUUM: quoniam vindex est DOMINUS de his omnibus 1. *Thessalon. 4. v. 6.* **Niemand soll zu weit greiffen und seinen Bruder im Handel vervortheilen.**

11. *PAUSANIAS Histor. in Chronic. Laconic.* historiam recenset, quòd Mercator in Græcia negotiorum causa per annum continuum profectus, filiis duobus negotiationem commiserit cum mandato, ut bene sibi prospicerent, ne post reditum suum in rationibus reddendis pudore confunderentur. Filii intereà temporis opes paternas magnopere adauxerunt: Pater reversus *deprehendens augmenta*, examinat operam filiorum perpensa sedulitate, eosdemq; ita alloquitur: *ô filii* (non mei sed *Mammonis*) *male administrastis negotia vobis commissa*: nam rerum precia crescere fecistis,

 utpo-

utpote merces vili precio emptas maximo vendidiſtis, Contrahentes vobiſcum in mercatura ut impoſtores ſupplantaſtis. Scio per longam experientiam, quantum lucri per bonam conſcientiam ex mercibus provenire potuiſſet, quod igitur ultra acceſſit, cum proximi detrimento auxit noſtras opes. *Nec male judicavit hic Mercator*: Nam & de jure civili lucrum quæſitum ex damno alterius quærētem cōſtituit in dolo *l.17.§.4.ff.de inſtitutor.actione.* *Mercator* pergit: *retinere non poſſumus bonâ conſcientiâ ultra æquitatem acquiſita.* Proinde id quod ſuperfluum ex lucro conceſſo remaniſiſſe animadvertit, *diſtribuit inter pauperes.* Et hic *Mercator* probè conſcientiam examinavit, imitatus aliquo modo ZACHÆUM publicanum, qui dixit Domino: *Ecce dimidium bonorum do pauperibus*, & ſi in aliquo quem defraudavi eidem reddo quadruplum. *Luc.19.v.8.* ſi ita inſtitueretur examen conſcientiæ à *Mercatoribus*, plures ſalvarentur, quos perire vidit Deus.

CAPUT LXII.

Scrutinium conſcientiæ pro Patrefamilias & alio quolibet privato.

Ein Haußvatter examinire ſein Gewiſſen / wie er ſich habe gehalten gegen ſeine Kinder/ob er partheyiſch und einen geneigter als dem andern geweſt. Ob er einen Sohn oder Tochter unbillicher Weiſe gehaſſet/oder einen nöhtigē wollē. vid.c.31.n.11. Geiſtlich zu werden/oder ins Cloſter zu gehen / wider ſeinen Willen/ob er zugelaſſen/daß ein Bruder den andern unterdrucke / ob er ſeinen Kindern böß Exempel oder Aergerniß gegeben/ in dem er ſich coleriſch / jeh-zornig/ boßhafft oder ſchalckhafft und leichtfertig erzeiget/und ob er ſeine Kinder zum böſen Leben verführet.

Ein junger Menſch examinire und erforſche ſein Gewiſſen/ über die Tollſinnigkeit und unbendiges Toben der Jugend/ das iſt/ ob er die Ruhe und ſtilles Leben verachte/ ob er ſein eigen Famili gering gehalten/ob er den Schweiß/ Mühe und Arbeit / ſeiner Vorfahren übel anwende/ ob er ſich des Habers / Zancks und Schlägereyen

reyen beflissen/böse Händel angefangen und ander Leut Verderben gesucht/und sonst dem Müssiggang ergeben gewest.

Wann einer ein Diener ist/so erforsche er sein Gewissen / wie treu und redlich er seinem Herrn gedienet / ob er ihm allzeit gebührlichen Gehorsamen erzeigt. Hingegen aber ihme nicht offt Widerpart gehalten/oder sich mit ihme gemein gemachet / und dadurch den respect und Ehrerbietung gegen ihm fahren lassen. Item es erforsche ins gemein ein jeder sein Gewissen / was er alle Tag Guts oder Böses begangen / ob er Falschheit und Betrug in seinem Hertzen verspürt/ob er seinem Nechsten nicht mit Verleumdung wehe gethan; Ob er das Gute so er verrichtet zu Gottes Ehr und des Nechsten Nutz und nicht vielmehr zu seinen eyteln Ruhm vermeynet. Ob er wider sich auffm Fall seines schuldigen Gewissens Gottes Rach provociren oder bey seiner Unschuld sich Göttlicher Güt und Gnad könne trösten / ob er den sündigen affecten den Zaum gelassen/oder seine Glieder zu Waffen der Gerechtigkeit dargereichet.

CAPUT LXII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Paterfamil. Vitæ turpitudinem de conscientia, devitare debet, ne scandalum præbeat domesticis.

II. Dominus acerbum imperium in servos familiares non exerceat, sed moderata disciplina utatur.

III. Patris privati conscientia requirit filiorum educationem in disciplina & correctione Domini : quid requi-

requirat Regii Patris conſcientia in filio primogenito, additur.

IV. Liberorum Conſcientia requirit gratitudinem erga Deum & Parentes.

V. Servorum miniſterium non ſit ad oculum ſervitus.

VI. Tres Regulæ poſſunt cujusvis conſcientiam informare quarum 1. eſt *Pythagoræ* 2. *Senecæ*.

VII. Et deniq; 3. *Virgilii* de Viro Bono.

VIII. Qui opus ſuum ſcrutinio accuratiori probatum reddit, in ſemetipſo gloriationem habebit, h. eſt, lætitiam bonæ conſcientiæ ſentiet.

IX. Non ſentiet autem, ſi collationem inſtituit cum alio tertio forſan graviter lapſo, vel ſi innocentiam ſuam ex aliorum vitiis æſtimat.

X. Provocatio ad omniſcium Deum non fieri poteſt niſi ab innocente, qui falſò inculpatus fuit, ad exemplum Regis DAVIDIS.

XI. Nemo debet peccato *membra ſua* ut arma iniquitatis *exhibere*, & murmurare, ſed Deo, ut arma juſtitiæ reſervare.

I.



Xaminet conſcientiam Paterfamilias utrum liberis vel domeſticis ſuis præbuerit ſcandalum. Væ enim homini per quem ſcandalum venit per vitam improbam *Matth.* 18, v. 1. & ei qui ſcandalizaverit unum de puſillis, expediret,

pediret, ut suspenderetur mola asinaria de collo ejus & demergeretur in profundum maris *d.c.18.v.6. Vid. c. 56. n. 13.* Nam cujus vita turpis est, is nec servos, nedum liberos quidem objurgandi libertatem sibi relinquit, cui accedit, ut talis pater scelerum consultor & Doctor filiis suis existat; nam ubi senes sunt impudentes, ibi adolescentes quoq; esse inverecundissimos necesse est: nos Germani utimur proverbio, wie die Alten sungen / so zwitschen auch die Jungen.

2. Examinet conscientiam Dominus an acerbè tractaverit Servos. *Clementis Romani* constitutio olim erat hæc: Cave Servo aut Ancillæ imperes acerbo animo. Hinc *Clemens Alexandrinus* Servis nos vult uti tanquam alteris nobis. Sunt enim homines non minus quàm nos. CATONIS *regulam* sequatur: Familiæ ut bene sit provideto, ne algeat neve esuriat. *quam SENECA ita explicat,* est aliquid quod Dominus *Servo* præstare tenetur, *utpote cibaria & vestiaria.* Sic Lex Mosaica olim in Servis duritiem improbavit, dum servo aut ancillæ non tantum pro oculo sed & dente excusso libertatem concessit *Exod. 21. v. 26. & 27.* Cum hodie in Germania non dentur Servi, sed omnes simus liberi, eo minus licebit in domesticos sævire. Nã ut Majores nostri Dominis omnem invidiam & servis omnem contumeliam detraherent, Dominum appellarunt Patremfamiliæ, servos verò familiares. *Vid. Senecam in Epist. 47.* at in familiares sævire non est signum placidi, sed male temperati animi & denotat tyrannicum dominatum in eos, quos non tantùm natura sed consuetudo nobis pares fecerunt. *Vide quæ dixi de moderata disciplina domestica supr. c. 23. n. 15. & c. 31. n. 10.*

3. Examinabit conscientiam Pater utrum filios ad iracundiam provocaverit, vel utrum eos educaverit in disciplina & correctione Domini *Ephes. 6. v. 4.* Apud Catholicos Pater filium etiam impuberem *ut eò melius in Domino corrigatur,* Religioni *& vitæ monasticæ* potest offerre, sed eundem tamen *juxta Authoris nostri sententiam* non debet cogere. Omne enim votum debet esse Spontaneum, quod ultroneo liberrimæ voluntatis motu vovetur & si quis noluerit polliceri absq; peccato erit *Deut. 23. v.22.* Si tamen oblatus fuerit filius post pubertatis annum à Prælato monitus, *si voluerit,* monasterium egredi potest. Si verò professionem fecerit, vel factam de se ratam habuerit, ulteriùs pœnitentiæ locus non datur. Cùm se professione facta Monasterii Regulæ adstrinxerit. *c. cum Virum 12. X. d. Regular. & transf. ad religion. c. illud autem 10. caus. 20. q. 1.* Professionem autem facit in

scriptis, qui suscipit habitum monachalem *c. ult. caus. 20. q. 1.* promittendo 1. CONTINENTIAM SERVARE INVIOLATAM, quantum sc. pro humana imbecillitate poterit 2. Prælato Obedientiam & ex Regulæ præceptis debitam observantiam. Pollicendo 3. malam vitæ consuetudinem in melius mutaturum & 4. bona omnia repudiaturum. *c. 13. & 22. X. d. Regularibus &c. cum ad monasterium 6. X. d. stat. Monach.* Examinabit conscientiam Pater utrum æquali amore prosecutus fuerit liberos suos? quos pari affectu diligere debebat, quia Lex omnes EX ÆQUO sine disparitate ad successionem vocat. *c. 48. Nov. 22.* Vel utrum unum filium præ alio prægravaverit odio, quod fieri non debet, nisi ex causa impietatis odium attraxerit *l. 8. pr. ibi pietatis sibi conscius. C. d. in offic. testam.* vel exhæredationem meruerit, cujus causæ 14. recensentur *c. 3. Nov. 115.* potest tamen pater honorare magis unum filium gratum quàm minus gratum *Schurf. cons. 71. n. 4. cent. 1.* An PATRIARCHA ISAAC justè egerit, quod minus Jacobum, magis verò Esavum dilexerit *Gen. c. 25. v. 28.* quæritur? dum Esavo animo destinaverat benedictionem *Gen. 27. v. 4.* econtra Deus dilexerit Jacobum, Esavum verò odio habuerit, *Rom. 9. v. 13.* ℞. lapsum fuisse in senili ætate intuitu Juris Primogenituræ, quem lapsum tamen correxit ipso facto, dum Primogenito destinatam benedictionem astutè quidem sed matris suasu præripuit Jacob simulans se Esavum *d. c. 27. v. 19. & 35.* idq; non contra Dei voluntatem de qua Rebecea Oraculi decreto vel potius Dei responso edocta fuerat. MAJOREM sc. Esavum MINORI sc. Jacobo SUBDITUM FORE *c. 25. v. 23.* non obstante primogenituræ jure, quod Esavus edulio Lentis vendidit Jacobo, & contractum juramento confirmavit *d. c. 25. v. 33. & 34.* quod juramentum validum reddit contractum quemvis licet aliàs invalidum, *c. quamvis 2. X. d. pactis in sexto. latè Panormitanus in c. cum contingat 28. Col. 9. X. d. jurejurand.* Examinet ergò conscientiā quilibet Paterfamilias, utrum in regiis familiis filio primogenito, utpote successori concesserit materiam ad ostentandam sævitiam, movendasq; populi vel subditorum offensiones *Tac. lib. 1. Ann c. 76.* Sic Salomon Rex aliàs Sapientissimus filio *Rehabeam* materiam aggravandi populum reliquit, unde supplex populus filio prostratus pro imminuendo jugo durissimo, & ecce ob denegatas preces horrenda distractio regni sui subsecuta fuit, *3. Regum. 12. v. 11.* modo in conscientiā non esset secuta suimet ipsius damnatio, quam metuit HENRICUS I. DUX Megapolitanus cujus precatio quotidiana fuit in senectute: *Mi Deus, ne subditorum tribulationem à me causatam in extremo judicio vindicato!*

4. Econ-

4. Econtra filii examinent conscientiam utrum contumaces erga parentes: an verò eosdem amore & honore prosecuti fuerint, utrum grati fuerint pro beneficiis, quæ ab ineunte ætate præstiterint ipsi parentes, quibus non reddi potest æquivalens remuneratio, vel utrum Deo grates persolverint, quod ex piis sint progeniti Parentibus, de quibus potest dici, quod olim Gabelus de Tobia juniore: *Benedicat Te Deus Israël, quia Filius es optimi Viri & justi & timentis Deum* & eleemosynas facientis. *Tob. c. 9. v. 9.* nam de patre impio queruntur filii, quoniam propter illum sunt in opprobrio. *Eccles. c. 41. v. 10.*

5. Servi examinare debent conscientiam utrum Dominis carnalibus cum timore ac tremore in simplicitate cordis sui, sicut Christo obediverint, *utrum tantummodo ad oculum servi verint* (dann heutiges Tags seyn die meisten Augen-Diener) quasi hominibus placentes, an ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino non ut hominibus: Scientes quodcunq; fecerint bonum, hoc recipient à Domino *Ephes. c. 6. v. 5. 6. 7. & 8.*

6. Coronidis loco Tres ponam Regulas, secundum quas quilibet se quotidiè examinare potest. Prima esto PYTHAGORÆ Regula, *his verbis prolata*: *Quid quôq; die dixeris, audiveris, egeris, vesperi commemora. Et*

Principio venerare Deum, ut lege receptum est,
Et jusjurandum colito post armipotentes
Heroas &c.

Secunda sit SENECÆ Regula *accuratior, quia fit cum judicio, & censura rei gestæ, & his comprehenditur verbis*: Utor hac potestate & quotidiè apud me causam dico, *hoc est*: expostulo mecum, cùm sublatum à me Lumen est: *totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior*, nihil mihi ipsi abscondo, nihil transeo: quare enim quicquam ex erroribus meis transirem, cùm possim dicere ad memet ipsum: vide ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco. Nam in omni vitâ tuâ ne quidem transversum unguem te oportet discedere *Cicero.*

7. Tertia esto VIRGILII Regula DE VIRO BONO. Quæ Regula ex emplificat SENECÆ judicium, sequentibus comprehensa versibus:

Non prius in dulcem declinat lumina somnum
Omnia quàm longi reputaverit acta diei,
Quæ præter-gressus, quid gestum in tempore, quid non?
Cur igitur facto decus abfuit, aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? Cur hæc sententia sedit?
Quam melius mutare fuit? miseratus egente?
Cur aliquem fractâ persensi mente dolorem?
Quid volui, quid nolle bonum foret? utile honesto
Cur malus ante tuli? num dicto aut deniq; VULTU
Perstrictus quisquam? cur me natura magis quàm
Disciplina trahit: Sic dicta & facta per omnia
Ingrediens, ortoq; à vespere cuncta revolvens,
Offensus pravis, dat palmam & præmia rectis.

Hos versus ut perpulchros complacent, ita germano idiomate reiterare lubet.
Wer da will vor einen redlich- und auffrichtigen Mann gehalten werden / der legt sich nicht eher zum Schlaff nieder / er hab sich dann zuvor alles dessen erinnert und wohl zu Gemüht geführet / was er den gantzen Tag über gethan? was er versäumt? was er zu rechter Zeit verrichtet oder zur Unzeit unterlassen? Warum er bey einem seiner Werck und Verrichtung der Erbarkeit vergessen? Das andere Werck aber nicht gnugsam erwogen? Ob er etwas Vernachlässiget? Warum er auff seiner Meinung so hart bestanden / da es doch besser gewesen / daß er seinen Sinn geändert und andern die vernünfftiger gerahten / gefolget hätte? Dann hat er bey sich selbst zugedencken; hab ich mirs auch leid seyn lassen / daß ich mich über einen Dürfftigen durch Guts thun erbarmet? Warum hab ich heut in meinen erschrocken und furchtsamen Sinn und Gemüt ein Schmertzen und Reu empfunden; Was hab ich gewolt / daß es besser wäre / ich hätte es nicht gewolt? Warum hab ich mehr auff meinen Nutzen und Vortheil / als darauff was der Erbar- und Redlichkeit gemeß / gesehen? Hab ich auch mit meinen Worten oder meinem sauren

Gesicht /

Gesicht/ (wie mancher wann ihm die offentlich Rach entstehet/) jemand beleidiget? Womit hab ich mehr meiner bösen Natur/ als dem was ich weiß das Gut/ gefolget? Also durchsucht und examinirt ein rechtschaffener Mensch alle seine Wort und Werck / die er vom Morgen biß auff den Abend verrichtet/ er betrübt sich darüber/ wann er etwas böses an ihm findet/ und erfreuet sich über das/ was recht von ihm gethan.

8. Hoc est quod & *Apostolus PAULUS monet verbis subsequentibus:* OPUS SUUM scrutinio conscientiæ unusquisq; PROBATUM REDDET, ET SIC IN SEMETIPSO GLORIATIONEM HABEBIT, *Galat. 6. v. 3.* Gloriam in semetipso habere, hîc non denotat *multum existimationis sibi ipsi tribuere,* nam si quis existimet se aliquid esse, cum tamen nihil sit? ipse semetipsum seducit *vers. præced. 2.* sed denotat LÆTITIAM BONÆ CONSCIENTIÆ SUÆ quam sentit. Debet unus quisq; ad normam verbi divini facta sua exigere, & quæ bona opera præstat, non præstare per simulationem *jactabundus* aut desiderio vanæ laudis, sed animo sincero ad Dei gloriam & commodum proximi, *& tunc in semetipso gloriationem habebit*, non quod de se, de virtutibus & operibus suis ambitiosè gloriari debeat, sed quòd testimonio sui ipsius, quod bona conscientia suggerit, frui & in ea acquiescere possit. *Duæ* autem sunt res quæ faciunt, ut quis acquiescere possit. CONSCIENTIA & FAMA: *Conscientia* est necessaria tibi: *Fama* proximo, qui fidit conscientiæ suæ tantum; negligit autem famam suam, is dicitur in semetipsum esse crudelis. *Augustin. Serm. 52. ad Fratrem in eremo Tom. 10.* & plenariam quietem non invenit.

9. Unica igitur gloriatio nostra est TESTIMONIUM CONSCIENTIÆ NOSTRÆ *ut supr. c. 57. n. 2. dictum*: quod scilicet cum simplicitate & sinceritate versati simus in mundo inter homines *1. Corinth. 1. v. 12.* ad eum modum gloriabitur quisquis in semetipso, NON IN ALIO h. e. respicere debet in semetipsum & non in alium, proinde nullam *cum alio* quovis Tertio collationem instituere debet, quasi sibi soli probus videatur, *alio forsan graviter* lapso. (*a.*) Quemadmodum inter cæcos melior dicitur luscus; Fus-

(*a.*) Mali enim omnes sumus, & quicquid in alio deprehenditur unusquisq; in suo inveniet sinu. *Senec. d. ira c. 26.* noli igitur æstimare hanc horam aut hunc diem. Totum inspice mentis tuæ habitum, etiamsi nihil male fecisti, potes facere *Idem Senec. c. 27. d. tr. d. irâ.*

cus inter nigros se album putat, nec enim quisquam *justus censebitur*, quia invenitur alius ipso deterior. Considerare igitur debes temetipsum ne simili modo tenteris *vers. 1. d. c. 6.* quia sc. Tu etiam ipse HOMO es, nihil ergo *humani* à te alienum puta, ideoq; si forsan superatus fuerit frater tuus, in aliquo delicto, *instaura ipsum cum spiritu mansuetudinis* h. e. spiritu mansueto & commonitionibus utere blandis & lenibus, ne ad desperationem ille adigatur *2. Corinth. 11. v. 7.* Nam in die quo judicabit Dominus de rebus occultis hominum *Rom. 11. v. 16.* unusquisq; suum onus portabit: *In quo Judicii extremi die* nemo examinabitur de delictis & lapsu proximi sui, sed quisq; *ex propriis factis æstimabitur.* Omnes enim sistemur coram Tribunali Christi & unus quisq; nostrum de semetipso rationem reddet Deo. *Rom. 14. v. 10. & 12. 2. Corinth. 5. v. 10.* ne igitur in peccata irruas unicum hoc tibi dictum esto: IN OMNIBUS OPERIBUS TUIS MEMORA NOVISSIMA & in æternum non peccabis. *Ecclesiastic. 7. v. 40.* Gedenck an das End / so wirst du nimmermehr sündigen. Memento iræ in die consummationis & tempus retributionis respice in die mortis. *Ecclesiast. 18. v. 29.* Unusquisque igitur in semetipsum descendat & suam innocentiam ex aliorum vitiis non æstimet, neq; delinquentibus insultet, sed potius erga lapsos exerceat officia charitatis. Si hoc modo nosmet ipsos judicaremus, non *judicaremur. 1. Corinth. 11. v. 31.* si sc. nostros examinaremus mores, considerantes, quod utentibus Eucharistiâ non conveniat vita dissoluta, eamq; sponte emendaremus *non judicaremur*, quod judicium divinum tot pœnis nos castigare incipit etiam in hac vita ad nostram salutem. Dum enim judicamur à Domino corripimur, ne cum mundo damnemur *v. 32. d. c. 11.* castigat nos Deus, ut erudiat & saluti nostræ consulat, & nos exorbitantes in viam revocet, ne cum mundo in condemnationem præcipites rapiamur.

10. Ergò qui conscientiam probè examinare vult, ad Exemplum Regii Prophetæ potest ad ipsum ipsius Dei omniscii tribunal provocare: quæ provocatio fieri potest, *quando omniscio Deo peccata sua detegit, seq. omni pœnarum genere noxium profitetur* & tamen innocentiam in hoc vel illo singulari crimine falso inculpatus contestatur. Ejusmodi contestationem fecit *Deo suo Divus Psaltes his formalibus*: *DOMINE, DEUS MEUS, si hoc feci, si tale crimen commisi,* cujus fallò insimulor, si est iniquitas in manibus meis, vel molitus fuero iniqua contra hunc vel illum, si retribui mala iis, qui mecum vixerunt pacificè, vel spoliavi hostes meos sine causa,

aut


aut ut HIERONYMUS vertit, dimisi hostes meos vacuos. (b.) Persequatur inimicus animam meam & comprehendat & conculcet in terrâ vitam meam & gloriam meam in pulverem deducat *Psalm. 7. v. 4. 5. 6.* sed tu Deûs, meam nosti innocentiam, sicq; bonâ fretus conscientiâ & vitam & famam TE CUSTODE illæsam retinebo.

11. Deniq; quis stomachando indignari non debet, si forsan metuit pro peccatis suis iram vel pœnam Dei, quid enim murmuret homo vivens, Vir pro peccatis suis? scrutetur vias Dei easdemq; quærat & revertatur ad Dominum *Jerem. 3. v. 39. 40.* Examinet conscientiam suam utrum, quando & quoties peccatum regnaverit in corpore suo, vel eidem in concupiscentiis obediverit, utrum quando & quoties exhibuerit PECCATO *membra* sua ut *arma iniquitatis*, & quoties omiserit exhibere Deo membra sua ut *arma Justitiæ*: An quando & quoties dominium peccati senserit, eidemq; subjectus fuerit, vel econtra vicerit affectus iniquos fugiendo peccatum, *secundum monitum Apostol. Pauli. ad Rom. c. 6. v. 12. 13. 14.*

Si hoc feceris bonam habebis conscientiam, quam TIBI & mihi non tantùm largiatur sed & conservet ad extremum Spiritus halitum DEUS, CUI SIT LAUS & GLORIA IN ÆVITERNA SECULA AMEN.

(b.) Vindicta enim est prohibita, cogitare *enim quomodo quis remordeat mordentem & nocenti noceat, Fera & non Hominis est proprium. MUSONIUS.*

FINIS.



IN-

utpote merces vili precio emptas maximo vendidiſtis, Contrahentes vobiscum in mercatura ut impoſtores ſupplantaſtis. Scio per longam experientiam, quantum lucri per bonam conſcientiam ex mercibus provenire potuiſſet, quod igitur ultra acceſſit, cum proximi detrimento auxit noſtras opes. *Nec male judicavit hic Mercator*: Nam & de jure civili lucrum quæſitum ex damno alterius quærẽtem cõſtituit in dolo *l.17.§.4.ff.de inſtitutor.actione.* *Mercator* pergit: *retinere non poſſumus bonâ conſcientiâ ultra æquitatem acquiſita.* Proinde id quod ſuperfluum ex lucro conceſſo remaniſiſſe animadvertit, *diſtribuit inter pauperes.* Et hic *Mercator* probè conſcientiam examinavit, imitatus aliquo modo ZACHÆU*M* publicanum, qui dixit Domino; *Ecce dimidium bonorum do pauperibus*, & ſi inaliquo quem defraudavi eidem reddo quadruplum. *Luc.19.v.8.* ſi ita inſtitueretur examen conſcientiæ à *Mercatoribus*, plures ſalvarentur, quos perire vidit Deus.

CAPUT LXII.

Scrutinium conſcientiæ pro Patre-ſamilias & alio quolibet privato.

EIn Haußvatter examinire ſein Gewiſſen / wie er ſich habe gehalten gegen ſeine Kinder/ob er partheyiſch und einen geneigter als dem andern geweſt. Ob er einen Sohn oder Tochter unbillicher Weiſe gehaſſet/oder einen nöhtigẽ wollẽ. vid.c.31.n.11. Geiſtlich zu werden/oder ins Cloſter zu gehen / wider ſeinen Willen/ob er zugelaſſen/daß ein Bruder den andern unterdrucke / ob er ſeinen Kindern böß Exempel oder Aergerniß gegeben/ in dem er ſich coleriſch / jeh-zornig/ boßhafft oder ſchalckhafft und leichtfertig erzeiget/und ob er ſeine Kinder zum böſen Leben verführet.

Ein junger Menſch examinire und erforſche ſein Gewiſſen/ über die Tollſinnigkeit und unbendiges Toben der Jugend/ das iſt/ ob er die Ruhe und ſtilles Leben verachte/ ob er ſein eigen Famili gering gehalten/ob er den Schweiß/ Mühe und Arbeit / ſeiner Vorfahren übel anwende/ ob er ſich des Haders / Zancks und Schlägereyen

reyen beflissen/böse Händel angefangen und ander Leut Verderben gesucht/und sonst dem Müssiggang ergeben gewest.

Wann einer ein Diener ist/so erforsche er sein Gewissen / wie treu und redlich er seinem Herrn gedienet / ob er ihm allzeit gebührlichen Gehorsamen erzeigt. Hingegen aber ihme nicht offt Widerpart gehalten/oder sich mit ihme gemein gemachet / und dadurch den respect und Ehrerbietung gegen ihm fahren lassen. Item es erforsche ins gemein ein jeder sein Gewissen / was er alle Tag Guts oder Böses begangen / ob er Falschheit und Betrug in seinem Hertzen verspürt/ob er seinem Nechsten nicht mit Verleumbdung wehe gethan; Ob er das Gute so er verrichtet zu Gottes Ehr und des Nechsten Nutz und nicht vielmehr zu seinen eyteln Ruhm vermeynet. Ob er wider sich auffm Fall seines schuldigen Gewissens Gottes Rach provociren oder bey seiner Unschuld sich Göttlicher Güt und Gnad könne trösten / ob er den sündigen affecten den Zaum gelassen/oder seine Glieder zu Waffen der Gerechtigkeit dargereichet.

CAPUT LXII.

Exegesis annexo Judicio.

Summaria.

I. Paterfamil. Vitæ turpitudinem de conscientia, devitare debet, ne scandalum præbeat domesticis.

II. Dominus acerbum imperium in servos familiares non exerceat, sed moderata disciplina utatur.

III. Patris privati conscientia requirit filiorum educationem in disciplina & correctione Domini : quid requi-

pediret, ut suspenderetur mola asinaria de collo ejus & demergeretur in profundum maris *d.c.18.v.6.* *Vid. c. 56. n. 13.* Nam cujus vita turpis est, is nec servos, nedum liberos quidem objurgandi libertatem sibi relinquit, cui accedit, ut talis pater scelerum consultor & Doctor filiis suis existat; nam ubi senes sunt impudentes, ibi adolescentes quoq; esse inverecundissimos necesse est: nos Germani utimur proverbio, wie die Alten sungen / so zwitschen auch die Jungen.

2. Examinet conscientiam Dominus an acerbè tractaverit Servos. *Clementis Romani* constitutio olim erat hæc: Cave Servo aut Ancillæ imperes acerbo animo. Hinc *Clemens Alexandrinus* Servis nos vult uti tanquam alteris nobis. Sunt enim homines non minus quàm nos. CATONIS *regulam* sequatur: Familiæ ut bene sit provideto, ne algeat neve esuriat. *quam SENECA ita explicat,* est aliquid quod Dominus *Servo* præstare tenetur, *utpote cibaria & vestiaria.* Sic Lex Mosaica olim in Servis duritiem improbavit, dum servo aut ancillæ non tantum pro oculo sed & dente excusso libertatem concessit *Exod. 21. v. 26. & 27.* Cum hodie in Germania non dentur Servi, sed omnes simus liberi, eo minus licebit in domesticos sævire. Nã ut Majores nostri Dominis omnem invidiam & servis omnem contumeliam detraherent, Dominum appellarunt Patremfamiliæ, servos verò familiares. *Vid. Senecam in Epist. 47.* at in familiares sævire non est signum placidi, sed male temperati animi & denotat tyrannicum dominatum in eos, quos non tantùm natura sed consuetudo nobis pares fecerunt. *Vide quæ dixi de moderata disciplina domestica supr. c. 23. n. 15. & c. 31. n. 10.*

3. Examinabit conscientiam Pater utrum filios ad iracundiam provocaverit, vel utrum eos educaverit in disciplina & correctione Domini *Ephes. 6. v. 4.* Apud Catholicos Pater filium etiam impuberem *ut eò melius in Domino corrigatur,* Religioni *& vitæ monasticæ* potest offerre, sed eundem tamen *juxta Authoris nostri sententiam* non debet cogere. Omne enim votum debet esse Spontaneum, quod ultroneo liberrimæ voluntatis motu vovetur & si quis noluerit polliceri absq; peccato erit *Deut. 23. v. 22.* Si tamen oblatus fuerit filius post pubertatis annum à Prælato monitus, *si voluerit,* monasterium egredi potest. Si verò professionem fecerit, vel factam de se ratam habuerit, ulteriùs pœnitentiæ locus non datur. Cùm se professione facta Monasterii Regulæ adstrinxerit. *c. cum Virum 12. X. d. Regular. & trans. ad religion. c. illud autem 10. caus. 20. q. 1.* Professionem autem facit in

scriptis

scriptis, qui suscipit habitum monachalem *c. ult. cauſ. 20. q. 1.* promittendo 1. CONTINENTIAM SERVARE INVIOLATAM, quantum ſc. pro humana imbecillitate poterit 2. Prælato Obedientiam & ex Regulæ præceptis debitam obſervantiam. Pollicendo 3. malam vitæ conſuetudinem in melius mutaturum & 4. bona omnia repudiaturum. *c. 13. & 22. X. d. Regularibus &c. cum ad monaſterium 6. X. d. ſtat. Monach.* Examinabit conſcientiam Pater utrum æquali amore proſecutus fuerit liberos ſuos? quos pari affectu diligere debebat, quia Lex omnes EX ÆQUO ſine diſparitate ad ſucceſſionem vocat. *c. 48. Nov. 22.* Vel utrum unum filium præ alio prægravaverit odio, quod fieri non debet, niſi ex cauſa impietatis odium attraxerit *l. 8. pr. ibi pietatis ſibi conſcius. C. d. in offic. teſtam.* vel exhæredationem meruerit, cujus cauſæ 14. recenſentur *c. 3. Nov. 115.* poteſt tamen pater honorare magis unum filium gratum quàm minus gratum *Schurf. conſ. 71. n. 4. cent. 1.* An PATRIARCHA ISAAC juſtè egerit, quod minus Jacobum, magis verò Eſavum dilexerit *Gen. c. 25. v. 28.* quæritur? dum Eſavo animo deſtinaverat benedictionem *Gen. 27. v. 4.* econtra Deus dilexerit Jacobum, Eſavum verò odio habuerit, *Rom. 9. v. 13.* R. lapſum fuiſſe in ſenili ætate intuitu Juris Primogenituræ, quem lapſum tamen correxit ipſo facto, dum Primogenito deſtinatam benedictionem aſtutè quidem ſed matris ſuaſu præripuit Jacob ſimulans ſe Eſavum *d. c. 27. v. 19. & 35.* idq; non contra Dei voluntatem de qua Rebecca Oraculi decreto vel potius Dei reſponſo edocta fuerat. MAJOREM ſc. Eſavum MINORI ſc. Jacobo SUBDITUM FORE *c. 25. v. 23.* non obſtante primogenituræ jure, quod Eſavus edulio Lentis vendidit Jacobo, & contractum juramento confirmavit *d. c. 25. v. 33. & 34.* quod juramentum validum reddit contractum quemvis licet aliàs invalidum, *c. quamvis 2. X. d. pactis in ſexto. latè Panormitanus in c. cum contingat 28. Col. 9. X. d. jurejurand.* Examinet ergò conſcientiã quilibet Paterfamilias, utrum in regiis familiis filio primogenito, utpote ſucceſſori conceſſerit materiam ad oſtentandam ſævitiam, movendasq; populi vel ſubditorum offenſiones *Tac. lib. 1. Ann c 76.* Sic Salomon Rex aliàs Sapientiſſimus filio *Rehabeam* materiam aggravandi populum reliquit, unde ſupplex populus filio proſtratus pro imminuendo jugo duriſſimo, & ecce ob denegatas preces horrenda diſtractio regni ſui ſubſecuta fuit, *3. Regum. 12. v. 11.* modo in conſcientia non eſſet ſecuta ſuimet ipſius damnatio, quam metuit HENRICUS I. DUX Megapolitanus cujus precatio quotidiana fuit in ſenectute: *Mi Deus, ne ſubditorum tribulationem ã me cauſatam in extremo judicio vindicate!*

4. Econ

4. Econtra filii examinent conscientiam utrum contumaces erga parentes: an verò eosdem amore & honore prosecuti fuerint, utrum grati fuerint pro beneficiis, quæ ab ineunte ætate præstiterint ipsi parentes, quibus non reddi potest æquivalens remuneratio, vel utrum Deo grates persolverint, quod ex piis sint progeniti Parentibus, de quibus potest dici, quod olim Gabelus de Tobia juniore: *Benedicat Te Deus Israël, quia Filius es optimi Viri & justi & timentis Deum* & eleemosynas facientis. *Tob. c. 9. v. 9.* nam de patre impio queruntur filii, quoniam propter illum sunt in opprobrio. *Eccles. c. 41. v. 10.*

5. Servi examinare debent conscientiam utrum Dominis carnalibus cum timore ac tremore in simplicitate cordis sui, sicut Christo obediverint, *utrum tantummodo ad oculum servi verint* (dann heutiges Tags seyn die meisten Augen-Diener) quasi hominibus placentes, an ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino non ut hominibus: Scientes quodcunq; fecerint bonum, hoc recipient à Domino *Ephes. c. 6. v. 5. 6. 7. & 8.*

6. Coronidis loco Tres ponam Regulas, secundum quas quilibet se quoti diè examinare potest, Prima esto PYTHAGORÆ Regula, *his verbis prolata*: *Quid quóq; die dixeris, audiveris, egeris, vesperi commemora. Et*

> Principio venerare Deum, ut lege receptum est,
> Et jusjurandum colito post armipotentes
> Heroas &c.

Secunda sit SENECÆ Regula *accuratior, quia fit cum judicio, & censura rei gesta, & his comprehenditur verbis*: Utor hac potestate & quotidiè apud me causam dico, *hoc est*: ex postulo mecum, cùm sublatum à me Lumen est: *totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior*, nihil mihi ipsi abscondo, nihil transeo: quare enim quicquam ex erroribus meis transirem, cùm possim dicere ad memet ipsum: vide ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco. Nam in omni vitâ tuâ ne quidem transversum unguem te oportet discedere *Cicero.*

7. Tertia esto VIRGILII Regula DE VIRO BONO. Quæ Regula ex emplificat SENECÆ judicium, sequentibus comprehensa versibus:

Non prius in dulcem declinat lumina somnum
Omnia quàm longi reputaverit acta diei,
Quæ præter-gressus, quid gestum in tempore, quid non?
Cur igitur facto decus abfuit, aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? Cur hæc sententia sedit?
Quam melius mutare fuit? miseratus egente?
Cur aliquem fractâ persensi mente dolorem?
Quid volui, quid nolle bonum foret? utile honesto
Cur malus ante tuli? num dicto aut deniq; VULTU
Perstrictus quisquam? cur me natura magis quàm
Disciplina trahit: Sic dicta & facta per omnia
Ingrediens, ortoq; à vespere cuncta revolvens,
Offensus pravis, dat palmam & præmia rectis.

Hos versus ut perpulchros complacent, ita germano idiomate reiterare lubet. Wer da will vor einen redlich- und auffrichtigen Mann gehalten werden/ der legt sich nicht eher zum Schlaff nieder / er hab sich dann zuvor alles dessen erinnert und wohl zu Gemüht geführet / was er den gantzen Tag über gethan? was er versäumt? was er zu rechter Zeit verrichtet oder zur Unzeit unterlassen? Warum er bey einem seiner Werck und Verrichtung der Erbarkeit vergessen? Das andere Werck aber nicht gnugsam erwogen? Ob er etwas Vernachlässiget? Warum er auff seiner Meinung so hart bestanden / da es doch besser gewesen / daß er seinen Sinn geändert und andern die vernünfftiger gerahten / gefolget hätte? Dann hat er bey sich selbst zugedencken; hab ich mirs auch leid seyn lassen/ daß ich mich über einen Dürfftigen durch Guts thun erbarmet? Warum hab ich heut in meinen erschrocken und furchtsamen Sinn und Gemüt ein Schmertzen und Reu empfunden; Was hab ich gewolt/ daß es besser wäre/ich hätte es nicht gewolt? Warum hab ich mehr auff meinen Nutzen und Vortheil/als darauff was der Erbar- und Redlichkeit gemeß/ gesehen? Hab ich auch mit meinen Worten oder meinem sauren Gesicht/

Gesicht; (wie mancher wann ihm die offentlich Rach entstehet/) jemand beleidiget? Womit hab ich mehr meiner bösen Natur/als dem was ich weiß das Gut/ gefolget? Also durchsucht und examinirt ein rechtschaffener Mensch alle seine Wort und Werck / die er vom Morgen biß auff den Abend verrichtet/er betrübt sich darüber/wann er etwas böses an ihm findet/und erfreuet sich über das/was recht von ihm gethan.

8. Hoc est quod & *Apostolus PAULUS monet verbis subsequentibus:* Opus suum scrutinio conscientiæ unusquisq; PROBATUM REDDET, ET SIC IN SEMETIPSO GLORIATIONEM HABEBIT, *Galat. 6. v. 3.* Gloriam in semetipso habere, hîc non denotat *multum existimationis sibi ipsi tribuere*, nam si quis existimet se aliquid esse, cum tamen nihil sit? ipse semetipsum seducit *vers. praeced. 2.* sed denotat LÆTITIAM BONÆ CONSCIENTIÆ SUÆ quam sentit. *D*ebet unus quisq; ad normam verbi divini facta sua exigere, & quæ bona opera præstat, non præstare per simulationem *jactabundus* aut desiderio vanæ laudis, sed animo sincero ad Dei gloriam & commodum proximi, *& tunc in semetipso gloriationem habebit*, non quod de se, de virtutibus & operibus suis ambitiosè gloriari debeat, sed quòd testimonio sui ipsius, quod bona conscientia suggerit, frui & in ea acquiescere possit. *Duæ* autem sunt res quæ faciunt, ut quis acquiescere possit. CONSCIENTIA & FAMA: *Conscientia* est necessaria tibi: *Fama* proximo, qui fidit conscientiæ suæ tantum; negligit autem famam suam, is dicitur in semetipsum esse crudelis. *Augustin. Serm. 52. ad Fratrem in eremo Tom. 10.* & plenariam quietem non invenit.

9. Unica igitur gloriatio nostra est TESTIMONIUM CONSCIENTIÆ NOSTRÆ *ut supr. c. 57. n. 2. dictum*: quod scilicet cum simplicitate & sinceritate versati simus in mundo inter homines *1. Corinth. 1. v. 12.* ad eum modum gloriabitur quisquis in semetipso, NON IN ALIO h. e. respicere debet in semetipsum & non in alium, proinde nullam *cum alio* quovis Tertio collationem instituere debet, quasi sibi soli probus videatur, *alio forsan graviter* lapso. (*a.*) Quemadmodum inter cæcos melior dicitur luscus; Fuscus

(*a.*) Mali enim omnes sumus, & quicquid in alio deprehenditur unusquisq; in suo inveniet sinu. *Senec. d. ira c. 26.* noli igitur æstimare hanc horam aut hunc diem. Totum inspice mentis tuæ habitum, etiamsi nihil male fecisti, potes facere *Idem Senec. c. 27. d. tr. d. irâ.*

cus inter nigros se album putat, nec enim quisquam *justus* censebitur, quia invenitur alius ipso deterior. Considerare igitur debes temetipsum ne simili modo tenteris *vers.1. d.c. 6.* quia sc. Tu etiam ipse Homo es, nihil ergo *humani* à te alienum puta, ideoq; si forsan superatus fuerit frater tuus, in aliquo delicto, *instaura ipsum cum spiritu mansuetudinis* h. e. spiritu mansueto & commonitionibus utere blandis & lenibus, ne ad desperationem ille adigatur *2. Corinth.11. v.7.* Nam in die quo judicabit Dominus de rebus occultis hominum *Rom. 11. v. 16.* unusquisq; suum onus portabit: *In quo Judicii extremi die* nemo examinabitur de delictis & lapsu proximi sui, sed quisq; *ex propriis factis æstimabitur.* Omnes enim sistemur coram Tribunali Christi & unus quisq; nostrum de semetipso rationem reddet Deo. *Rom.14. v. 10. & 12. 2. Corinth. 5. v. 10.* ne igitur in peccata irruas unicum hoc tibi dictum esto: IN OMNIBUS OPERIBUS TUIS MEMORA NOVISSIMA & in æternum non peccabis. *Ecclesiastic.7. v.40.* Gedenck an das End / so wirst du nimmermehr sündigen. Memento iræ in die consummationis & tempus retributionis respice in die mortis. *Ecclesiast.18. v.29.* Unusquisque igitur in semetipsum descendat & suam innocentiam ex aliorum vitiis non æstimet, neq; delinquentibus insultet, sed potius erga lapsos exerceat officia charitatis. Si hoc modo nosmet ipsos judicaremus, non judicaremur. *1. Corinth.11. v.31.* si sc. nostros examinaremus mores, considerantes, quod utentibus Eucharistiâ non conveniat vita dissoluta, eamq; sponte emendaremus *non judicaremur*, quod judicium divinum tot pœnis nos castigare incipit etiam in hac vita ad nostram salutem. Dum enim judicamur à Domino corripimur, ne cum mundo damnemur *v.32. d. c. 11.* castigat nos Deus, ut erudiat & saluti nostræ consulat, & nos exorbitantes in viam revocet, ne cum mundo in condemnationem præcipites rapiamur.

10. Ergò qui conscientiam probè examinare vult, ad Exemplum Regii Prophetæ potest ad ipsum ipsius Dei omniscii tribunal provocare: quæ provocatio fieri potest, *quando omniscio Deo peccata sua detegit, seq; omni pœnarum genere noxium profitetur* & tamen innocentiam in hoc vel illo singulari crimine falso inculpatus contestatur. Ejusmodi contestationem fecit *Deo suo Divus Psaltes his formalibus*: *DOMINE, DEUS MEUS, si hoc feci, si tale crimen commisi,* cujus fallò insimulor, si est iniquitas in manibus meis, vel molitus fuero iniqua contra hunc vel illum, si retribui mala iis, qui mecum vixerunt pacificè, vel spoliavi hostes meos sine causa,

aut


aut ut HIERONYMUS vertit, dimisi hostes meos vacuos. (*b.*) Persequatur inimicus animam meam & comprehendat & conculcet in terrâ vitam meam & gloriam meam in pulverem deducat *Psalm. 7. v. 4. 5. 6.* sed tu Deûs, meam nosti innocentiam, sicq; bonâ fretus conscientiâ & vitam & famam TE CUSTODE illæsam retinebo.

11. Deniq; quis stomachando indignari non debet, si forsan metuit pro peccatis suis iram vel pœnam Dei, quid enim murmuret homo vivens, Vir pro peccatis suis? scrutetur vias Dei easdemq; quærat & revertatur ad Dominum *Jerem. 3. v. 39. 40.* Examinet conscientiam suam utrum, quando & quoties peccatum regnaverit in corpore suo, vel eidem in concupiscentiis obediverit, utrum quando & quoties exhibuerit PECCATO *membra* sua ut *arma iniquitatis*, & quoties omiserit exhibere Deo membra sua ut *arma Justitiæ*: An quando & quoties dominium peccati senserit, eidemq; subjectus fuerit, vel econtra vicerit affectus iniquos fugiendo peccatum, *secundum monitum Apostol. Pauli. ad Rom. 6. v. 12. 13. 14.*

Si hoc feceris bonam habebis conscientiam, quam TIBI & mihi non tantùm largiatur sed & conservet ad extremum Spiritus halitum DEUS, CUI SIT LAUS & GLORIA IN ÆVITERNA SECULA AMEN.

(*b.*) Vindicta enim est prohibita, cogitare *enim quomodo quis remordeat mordentem & nocenti noceat, Feræ & non Hominis est proprium. MUSONIUS.*

FINIS.



IN-

Syllabus Capitum, quæ hunc tractatum in quinq; partibus absolvunt.

Ppp LII.

Index Rerum & Verborum hujus Tractatus, in quo Num. 1. denotat paginam, Num. 2. paragraphum paginae.

 Be-

Furem

actio-

Per-

Q.

R.

Renun-

novus

Errata sic corrigantur.

Pag. 15. num. 10. lin. 1. pro popilio legatur Opilius. p. 19. n. 33. l. 5. veterum leg. veterem. p. 22. n. 46. l. 8. extinguatur vocula *non*. p. 30. n. 27. l. 7. leg. depositis. p. 44. n. 10. l. 5. leg. completum. p. 52. n. 4. l. 5. pro Füß leg. Schuch. p. 62. n. 10. l. 3. reperi. p. 101. n. 19. l. 8. ponatur Cothm. cons. 11. deleatur 5. & pro vel pon. volum. p. 104. n. 33. in fin pro 1603. leg. 1614. p. 125. n. 3. l. 3. leg. misericordiam. p. 126. n. 9. l. 1. pro eum leg. cum. p. 129. n. 19. l. 1. ponatur (quo) sine accentu. p. 187. l. 9. post verba instituatur (adde) discursus. p. 250. n. 4. totus §. est omissus, qui hisce verbis suppletur §. 4. Nam contradictores criminando, quod pravo cuidam & callido facillimum factu bonos & modestos anteire solent. Tacit. lib. 1. Histor. c. 87. deinde pro n. 4 ponatur 5. p. 260. corrige pag. pro oro & in n. 3 l. 5. pone debent. p. 262. n. 14. l. 8 leg. insidiantur. p. 286. n. 22. l. 4. pro weil leg. dann. p. 294. n. 17. l. 7. leg. proclamatio. p. 308. n. 10. l. 2 leg. conformen. p. 331. n. 10. l. 2. leg. delicto. p. 335. n. 2. l. 4. leg. de Sicariis. p. 339. n. 2. l. 1. Civil leg. Civilis. p. 340. n. 3. l. 4. leg de liberis & posthum. p. 340. n. 5. l. 2. leg. egisti. p. 343. n. 14. l. 7. leg. infaustas. p. 346. n. 1. l. 15. leg. Assassinorum. p. 348. n. 7. l. 10. leg. cap. 19. v. 11. p. 354. n. 7. l. 1. leg. cultello. p. 371. n. 7. l. 10 leg. ablatam. p. 376. n. 1. l. 3. leg quasdam. p. 382. n. 5. l. 3. leg. succubi. p. 384. n. 13. l. 5. leg. simplicitas. p. 395. l. 9. leg in Judicem. p. 396. n. 13. l. 14. leg. quod. p. 406. n. 11. l. 6. leg. satisdar. p. 419. l. 20. leg. scelestam. p. 422. n. 1. l. 6. leg. qui satisdar. eos. p. 459. l. 1. leg. consequens. *In Indice.* Num. 1. omnibus adde judiciis.

FINIS.





